THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS
LIBRARY
580.1
L64s14
NATURAL
HISTORY
LIBRARY

67797

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/carolilinneqvi01linn

CAROLI A LINNÉ

EQVITIS

SYSTEMA VEGETABILIVM

SECVNDVM

CLASSES ORDINES GENERA SPECIES

CVM

CHARACTERIBVS ET DIFFERENTIIS

Linnaeus Carolus

EDITIO DECIMA QVARTA

PRAECEDENTE LONGE AVCTIOR ET CORRECTIOR

CVRANTE

IO. ANDREA MVRRAY

EQVITE ORD. R. DE WASA

CONSILIARIO R. AVL. PROFESSORE MEDIC. ET BOTAN. O. IN ACAD. R. GOTTING. PRAEFECTO HORTI R. BOT. SOCIETATVM SCIENTIARVM GOTTINGENS. STOCKHOLM. VPSAL. GOTHENB. ET LVNDENS. MEDICARVM PARISIENS. NANC. HAFN. ATQVE OECONOMICARVM BERNENS. ET CELL. MEMBRO.

GOTTINGAE

TYPIS ET IMPENSIS JO. CHRIST. DIETERICH

1784.

Opera JEHOVAE magna!
expoſita omnibus, qui delectantur illis;
glorioſum et decorum opus Eius!

DAVID.

J Crzl
M. Dr

580.1
L64S14

VIRO

ILLVSTRI ET GENEROSISSIMO

NICOLAO IOSEPHO DE IACQVIN

REI METALLICAE CONSILIARIO CAESAR.

BOTANICES ET CHEMIAE

IN ACADEMIA VINDOBONENSI PROFESSORI

QVI IPSE HOC OPVS NVMEROSISSIMIS

INVENTIS ET OBSERVATIONIBVS

CONDECORAVIT

IDEM

IN DOCVMENTVM OBSERVANTIAE ET

PERENNIS STVDII

DICAT

IO. ANDREAS MVRRAY.

449095



PRAEFAMEN
EDITIONIS XIV.

Diſtractis praecedentis editionis huius libri exemplis, de noua adornanda diſpicere opus fuit. Ea primum proſpiciendum erat indigentiae praeſtantiſſimorum auditorum, qui iam per duas fere aeſtates filo demonſtrationum, quibus vaco, ſtirpium, caruerant, dein votis botanicorum exterorum ſatisfaciendum. Acquieſcere vnice poſt decennium in recudenda editione XIII. eaque ſphalmatibus typographicis mundanda, ſub tanta nouiter detectarum ſtirpium

et expolitionum in characteribus bene multarum vetuſtiorum vbertate, quae intra hancce temporis intercapedinem emerſit, deſidis fuiſſet, nec de pomoeriis rei herbariae ampliandis ſolliciti. Etenim poſt illud tempus, quo b. LINNEVS, pater, Syſtemati perficiendo operam vltimam daret, frequentes in remotiſſimas et partim plane antea ignotas regiones peregrinationes a botanicis inſtitutae ſunt, quarum fructus vel peculiaribus libris vel diſperſis per varia ſcripta, nominatim Societatum litterariarum commentationes, obſeruationibus continentur. Nec inficiandum, etiam ex indigenorum Europae noſtrae vegetabilium numero quaedam protracta, quae priſtinae aetatis aciem effugerant. Quantae igitur acceſſiones in rem herbariam redundarunt nouae ex FORSKÅHLII itinere in Aegyptum et Arabiam, AVBLETII in Guianam gallicam et Inſulam Franciae, SONNERATI in nouam Guineam et Indiam orientalem, BANKSII et SOLANDRI, et, alia peregrinatione, FORSTERORVM, in mare auſtrale, SPARRMANI in Africam auſtralem, THVNBERGII in eandem Africae partem, Zeylonam, Iauam, Iaponiam, PALLASII, GEORGII aliorumque naturae ſcrutatorum per ampliſſimam Roſſiam. Quam multarum nouarum cognitionem debemus continuato IACQVINI ſtudio, item ſeriori GOVANI operae. Haud parum augmenti quoque cepit numerus ſtirpium iis, quas in *Supplemento plantarum*

Brun-

Brunſuigae a. 1781. edito vterque LINNEVS primum propoſuit. Hoſce reliquosque omnes et ſingulos fontes adire, protrahere reconditos theſauros, ſuisque loculis inſerere, vt quousque hodie Florae dominium pateat, cognoſceretur, vtut difficilis labor, non detrectandus tamen eſſet, modo non timendum, ne, ſi in transſcribendi potiſſimum negotio res ſubſiſteret, innumeris erroribus Pinax inquinaretur. In multarum enim ſtirpium deſcriptione vnum vel plura momenta deficiunt, ſine quibus character conſtitui nequit. Saepe ſtirpes vt nouae in medium proferuntur, quas alius ſagacior in ſummi LINNEI operibus detegit; licet nec hoc negauerim, exiſtere pauculas aliquot ſtirpes ab EO memoratas, de quibus ob breuitatem deſcriptionum vix, niſi inſpecta eiusdem collectione herbaria, iudicium ferri poteſt, prout olim variae BAVHINIANAE nonniſi ſimili illuſtratione extra dubium poſitae ſunt. Grauiter paſſim in LINNEI obſeruationes inſurgitur, quum tamen ſaepe aperte aliam ſtirpem intellexerit LINNEVS, aliam moroſus vel ſibimet ſolus placens cenſor. Ad hoſce ſcopulos vitandos tutiſſimum omnino quidem eſt, non alias ſtirpes deſcriptas adoptare tanquam nouas, nec aliis animaduerſionibus ſubſcribere, quam quae comparationem cum ipſa praeſente planta, de qua ſermo eſt, ſuſtinuerunt. Fac vero copiam nobis in hunc finem fieri poſſe tot rariſſimarum vndique conquiſita-

 rum

rum plantarum, harumque quidem exempla perfectiſſima et iuſtum numerum ſuppetere, ne Varietas imponat (quod dubito an fieri poſſit, niſi BANKSII opes cum eodem eius in plantas amore amice conſpirent): plurium ſane annorum ſpatium requiritur, antequam ſub hac lege ad finem operis peruenias. In harum defectu ſaepe vel ad fidem modo auctoris aliis notis comprobatam confugere, vel iconem deſcriptioni adiectam in dignitatem plantae viuae ſurrogare, oportet. Fateor ſubſidiaria haecce adminicula lubrica ſaepe eſſe, et praeſenſi formidoloſus diſcidia ex quarundam ſtirpium vel emendationum receptione aliarumque omiſſione, cuius rei rationes dari breuiarii anguſti limites non concederent.

Hiſce difficultatibus diſtrictus contrahendi vela conſilium inii, et, niſi opus omnibus numeris abſolutum, vtile tamen, et praeſenti neceſſitati accommodatum, nec praerogatiua prae reliquis eius editionibus deſtitutum, praeſtandi. Nam omnes et ſingulas ſtirpes ad hunc vsque annum detectas vna complectendi tanto minus ambitio me capere potuit, quum vel ex ſerioribus inclytis peregrinationibus multas adhuc in futurum tempus ſeruauerint BANKSIVS, FORSTERI, THVNBERGIVS, SPARRMANVS. Vt igitur mox in fronte noſcatur, quoſnam in tam amplo campo cancellos egomet mihi praeſcripſerim, ſic habeto. Quum ad nouam LIN-

NEANI

NEANI operis editionem me accingerem, in iis auctariis et emendationibus ſubſiſtendum credidi, quae vel LINNEOS ipſos auctores habent, vel viros ex LINNEI, patris, ſchola profectos vel et alios, qui, licet ab ill. viri ore non pependerint, ad eius tamen praecepta nouos prouentus memoriae prodiderunt fidemque accuratione deſcriptionum et iconum ſibi conciliarunt.

Secundum haſce leges *Supplementi plantarum* a iuniori LINNEO typis mandati ante omnia ratio habenda fuit. Iuncta patris filiique opera hoc concinnatum eſſe, tanto certius eſt, quum pater, duos fere ante mortem annos Mantiſſam plantarum tertiam conſcribere ſibi proponens, mihi plagulas manu ſcriptas tradere promitteret curamque eius edendae, quod propoſitum autem decreſcens animi vis et ſubſequens triſtiſſimus eius morbus ſuppreſſit, etiamſi iam cum bibliopola de pretio laboris pactus fuiſſem. Quid patri in hoc ſit proprium, quid filio, plerumque haud difficulter ex tempore acceſſionum et adiectis botanicorum, qui ſuppetias tulerunt, nominibus colligitur: aegrius, quando haec indicia deficiunt, niſi ad mirabilem iſtam artem reſpicias, qua callebat pater, aeque concinne ac breuiter ſtirpes determinandi, et denominandi, quam ipſam, ſi dicendum quod res eſt, eatenus non aeque feliciter filius, aliis licet nominibus meritiſſimus, aſſe-

 quutus

ſtributione molitus eſt cel. Profeſſor in Diſſertatione de Muſcis, aliud quidpiam quam ſpecies nouas adiectas in vſum vertere. Nam multas in alia genera tranſtulit, quae iuſtius vetuſta loca occuparent nominaque priſtina tuerentur, quod et acutiſſimus harum ſtirpium ſcrutator cl. HEDWIG (*Hiſt. nat. muſc. frondoſ. P.* 2. *p.* 70.) agnoſcit. THVNBERGII opera multum ad perficiendum Syſtema hocce contulit. Vt enim ſilentio praeteream, quid eidem Supplementum debeat, opportune accidit, vt elegantiſſimae eiusdem Diſſertationes *de Gardenia, de Protea*, *de Oxalide*, *de Ixia*, *de Iride*, item tres aliae, quae *noua genera plantarum* proponunt, in lucem prodirent, item *Actis Academiae ſcientiarum* Stockholmienſis aliarumque Societatum litter. Suecicarum multae eximiae obſeruationes ab eo traderentur. Palmas eo ſuaſore (*Vet. Acad. Handl.* 1782. *p.* 286.) in *Appendicem*, ob partes fructificationis non rite cognitas, olim abiectas, lubentiſſime in ſuas claſſes transmiſiſſem, modo characteres generis addidiſſet: nomina tamen generum in claue claſſibus ſingulis praefixa ſignificaui, et in ipſa Appendice lectores monui. Tantum vero amicitiae dedit pereximius vir, vt quum eum, ne opus tardaretur, de communicandis mecum characteribus *ſtirpium Iaponicarum* nouarum ab illo in loco natali lectarum ſollicitarem, quos noueram prelo Lipſiae deſtinatos eſſe, eos manu ſua chartae mandatos mihi mitteret. Haec

dum

dum indico, grates ſimul agendae ſunt cel. LESKIO, cuius cura THVNBERGII Flora Iaponica ibidem typis prodit, quod eiusdem per plagulas, prout prelo exirent, copiam mihi fecerit: ſed ne diſparitas in citatione eſſet, vbiuis codicem manu ſcriptum allegaui. In eo autem vnice diſcrepantiam lectores animaduertent, quod ſpecies Iaponicae ad Monoeciam, Dioeciam, Polygamiam, item Gynandriam in Syſtemate vegetabilium relatae, a THVNBERGIO per alias claſſes ſecundum numerum ſtaminum diſperſae compareant. *Aliorum* quoque *Suecicorum botanicorum* obſeruationes notatu digniores in medium protuli, modo praegreſſum ſcrutinium id ferret. Addidi hiſce *proprias meas*, ex *Commentationibus Societatis ſcient. Gotting.* petitas, bene multas, quibus pro ſcopo fuit vel nouas plantas vel mance determinatas ab obliuione et ambiguitate vindicare.

Hiſce omnibus ſubſidiis inſigniter creuit ſtirpium numerus. Haud parum pretii autem libro decederet, ſi in eo nouae iſtae numeroſae, quas IACQVINI *opera* ſeriora continent, deſiderarentur, nimirum *Hortus* eius *Vindobonenſis, Flora auſtriaca, Editio picta Hiſtoriae ſtirpium americanarum, Miſcellanea auſtriaca* et *Icones plantarum rariorum*, quae omnia non elegantia modo iconum ſed et deſcriptionum praeſtantia et fide inter primaria rei herbariae monumenta vt praeſens aetas ita et poſtera referet.

Initium

Initium modo priorum duorum LINNEO patri perluſtrare datum fuit, quanta auiditate, quanto applauſu, id fecerit, et quam charum in vniuerſum IACQVINI nomen illi fuerit, quauis data occaſione declarauit. Sed pergendum erat in tramite ſemel calcato, et ſeriora inuenta ill. viri prioribus, ſuis locis, adiungenda. Qua in re quum id difficultatem pareret, quod amplioribus Horti Vindobonenſis et Florae auſtriacae, aliquando et Miſcellaneorum auſtriacorum, deſcriptionibus ſtirpium breues definitiones praefixae exſtarent nullae: ſubuenit ipſe hiſce anguſtiis praeſtantiſſimus vir meoque rogatu characterum ſummas a ſe ipſo concinnatas litterisque mihi oblatas publici iuris facere permiſit. Hiſtoriam eius ſtirpium ſelectarum Americanarum coloribus viuis pictarum, cuius prima exempla a. 1781. vendebantur, ex editione a. 1763. enatam eſſe notum eſt, et pauciores modo plantas ſub finem annexas. Hanc primam libri editionem qui cum recentioribus LINNEI ſcriptis conferat, offendet, licet plerisque ibidem deſignatis generibus ſpeciebusque ſubſcripſerit, omiſiſſe eum tamen nonnulla vegetabilia. Quum id ſine dubio rationibus grauibus ductus egerit: non ab arbitrio meo pependit, renitente quaſi LINNEO, cuius ſenſa praeprimis hic exprimenda, ſub defectu plantarum examinandarum, et omiſſis aliquando notis, quibus ad diſcrimina opus eſſe viſum, excluſa adoptare. Circa

acceſ-

acceſſiones vero, poſt mortem immortalis praeceptoris a IACQVINO enumeratas, mea libertate et proprio iudicio vti licuit. Id tamen ſimul monendum, etiam in reliquis eiusdem operibus exſtare aliquot paucas ſtirpes, quarum differentias ſpecificas mecum non communicauit; vnde coniicio, ill. virum poſtliminio mutaſſe ſuam de nouitate earum ſententiam.

Quod ex amplo earum plantarum numero, quas FORSTERI in inſulis maris auſtralis indagarunt, et PALLASIVS in Roſſia, nullas alias huic Pinaci inſeruerim, quam quas Supplementum ſiſtit, vel quas ipſe in horto botanico examinaui, huius rei cauſa haec eſt, quod iſti paucis exemplis exceptis in generibus tantum modo acquieuerint, hic differentias ſpecificas addere neglexerit.

Haec, quae dixi, ad numerum ſtirpium, quo locupletata fuit haecce Syſtematis editio, praecipue pertinent. Quum vero et id ſemper animo meo infixerim, non minus eſſe meritum in re herbaria, notitiam ſtirpium iam cognitarum veriorem vel faciliorem reddere, quam nouas detegere vel obliuioni datas in lucem protrahere: in haud paucis deflexi a priſtinis effatis, animaduerſiones numeroſas generibus vel praecipue ſpeciebus adſperſi, et ſynonyma iconesque haud paucas,

quas,

quas inter ſeriores ex *Flora Danica* et SCHREBERI *Hiſtoria graminum*, nouiter indicaui. In omnibus hiſce et breuitati et paucitati ſtudui, perſuaſus prolixitatem et copiam, quae a noua editione *Generum* et *Specierum* plantarum iure quodam exſpectari poſſit, in breuiario, quale hocce Syſtema eſt, vitii potius nomine dignam eſſe. Niſi haec me tenuiſſet opinio, facile fuiſſet ex aduerſariis et obſeruationum et ſynonymorum iconumque citatarum numerum augere. Quicquid vero adiecerim, addito vel nomine, vel littera M. et ſi opus, praemiſſa lineola, notaui, idque non vanae ambitionis cauſa, ſed vt ne errores, qui mei forſitan ſint, LINNEO tribuantur; nec ii, quos LINNEVS in tantae difficultatis auſo aliquando non potuit euitare, editorem feriant. Nam rurſus moneo LINNEI potiſſimum ſenſa, non mea, fuiſſe euulganda. Hinc et vt priſtinus nexus inter hocce opus eaque, quae genera et ſpecies plantarum complectuntur, perſiſteret, ſeruaui numeros, qui ad vtrumque librum reſpiciunt, ex editione XIII. eo modo diſcrimine, vt ſpeciebus numeros ſerie continuos praefigerem. Gottingae, d. XXIX. Aprilis a. MDCCLXXXIV.

PRAE-

PRAEFATIO

EDITIONIS XIII.

Exultat mens mea laetitia, in memoriam reuocans aurea iſta momenta, quae in perilluſtris A LINNÉ, Equitis, conſortione vere anni 1772. ineunte conſumere mihi datum fuit. Eam tum in ſummo viro animi virium integritatem floremque, et illum in ſcientia ſua locupletanda ardorem cognoui, quem iuuenis et auditor olim miratus fueram, qui iam vero perennans nouorum laetiſſimorum fructuum, in rem naturalem et medicam redundaturorum, ſpem alit; et illum ſimul in aduerſarios, famae eius inſidiantes, expertus ſum in eo animum placabilem, et aequum in vniuerſum de aliorum meritis iudicium, vt vel iniquiſſimus vel moro-

ſiſſimus cenſor, haec audiens, in amorem eius raperetur neceſſe eſſet. Mihi vero eo in primis breuis iſta et iterata cum perilluſtri viro conſuetudo fructuoſa fuit, quod de rebus multis, quae viſae mihi antea in arte erant ambiguae, ſciſcitari oraculum hocce contingeret; quae dubia non ratiociniis lubricis, ſed natura ipſa conſulta, in cuius ſacra me ducendi vicinia gazophylacii, in praedio eius Hammarby exſtructi, opportunitatem conceſſerat, diſſipauit, deſtruxit.

Quum nihil hoſpiti ſuo, quicquid vel mentem vel corpus recrearet, deſiderare relinqueret: tum et eum Syſtematis naturae Tomum conſpiciendum dedit, qui ſtirpes complectitur. Hunc ego videns multis egregiis obſeruationibus auctum, nec paucioribus emendationibus expolitum, precibus ſollicitaui perill. virum, vt, quum duodecimae eiusdem editionis exempla a bibliopola diſtracta iam eſſent, de noua, hisce ſuppetiis inſtructa, typis mandanda cogitaret. Verum renuit perill. Eques, regerens, ſe in poſterum nonniſi ſupplementa vltimae editioni additurum. Tandem mihi vlterius eum de commodis, quae inde rei herbariae acceſſura eſſent, admonenti, et tyronum artis, quorum

multi

multi pretio totius *Syſtematis naturae* deterrerentur, ſtudium libro facilius parabili, accenſum mirificeque leuatum iri, forſitan paullo impudentius vrgenti, librum exactius limatum ſe mihi traditurum promiſit, vt, quemcunque in vſum vertere eum vellem, facultas mihi ſuppeteret. Promiſſis ſtetit perill. vir.

Ego vero nolui priuatum hoc eſſe bonum, ſed publici reddere iuris mearum partium duxi, confiſus, gratiam non ab auditoribus modo, ſed et a botanicis in vniuerſum, me eo initurum.

Etenim in hac noua vegetabilium Syſtematis editione omnes nouae ſtirpes, ſiue genera ſiue ſpecies conſtituant, ſuis locis inſertae continentur, quae poſtquam libri, *Genera* et *Species plantarum* inſcripti, vltimo comparuerunt, a perill. viro detectae ſunt, et antea in *Appendice Specierum plantarum*, in *Mantiſſis*, in *Supplemento tertiae Syſtematis naturae partis*, ſparſim exhibitae. Hae variis recentius detectis nec ante rite cognitis ſpeciebus auctae ſunt. Acceſſerunt multae nouae obſeruationes ad ſpecies quam plurimas, earundemque vel generum characteres crebro emendati. Varia et genera

 et

et ſpecies in aptiora loca translata. Multa inſuper ſynonyma curatius hic definita exiſtunt.

Quum operae typographicae et propria libri amplitudine et variis impedimentis retardarentur, crebras acceſſiones et mutationes cl. vir mihi miſit, quas fide ſuis locis inſerui. Id porro meum eſſe arbitratus ſum, vt, quantum fieri poſſet, nitidus et emaculatus in medium prodiret. Demum curaui, vt, quum, in prioribus editionibus nomina ſ. d. triuialia, neſcio qua de cauſa, a typographo antea ſaepe abbreuiata vel mutilata ſiſterentur, vnde tironibus difficultas crebro enata fuit verum nomen intelligendi, iam integra deſcriberentur. Scr. Gottingae in horto botanico, feriis paſchalibus a. MDCCLXXIV.

REGNVM

REGNVM VEGETABILE.

Flos eſt plantarum gaudium.
Tunc ſe novas, aliasque, quam ſunt, oſtendunt:
tunc variis colorum picturis in certamen vsque luxuriant.

PLIN. XVI: 25.

1. NATURA creata, continuato Semine, ope elementorum, modificat Terras in *Vegetabilia*, Vegetabilia in *Animalia*, vix contra; utraque reſolvit iterum in *Terras*, circulo perenni aucto.

2. VEGETABILE eſt vita compoſita, absque motu voluntario.

3. TRIBVS Vegetabilium tres vulgo numerantur:

   Monocotyledones: Fruges: 1, 2, 3.
   Dicotyledones: Plantae: 4, 5.
   Acotyledones: Cryptogama: 6, 7, 8, 9.

4. GENTES, e quibus incolae confluxerunt, potiſſimum ſunt:

   1. PALMAE Principes, Indici, Spathacei ſpadiciferi, flaxi, eminentes celſitudine eximia, ſpectabiles caudice invariato ſimpliciſſimo perennante, coronati coma frondoſa ſempervirente, opulentes gazis fructuum opimis. *Hi Tributarii ſunt animalium Primatibus, imprimis eorum Principi cohabitanti.*

2. GRA-

2. GRAMINA. Plebeii, Campeſtres, Culmiferi, Glumacei, Ruſtici vulgatiſſimi, ſimpliciſſimi, vivaciſſimi, conſtituentes vim roburque regni, et, quo magis mulctati et calcati, magis multiplicativi. *Hi tributarii ſunt, e vili penu, animalibus pleriſque phytophagis, horumque Cerealia imprimis eorum Principi hoſpitanti.*

3. LILIA. Patritii, Lucares, Bulboſi triarii, ſuperbientes veſtimentis fulgentibus feſtivis. *Hi paſcunt oculos condecorantque regnum venuſtate aulaeorum ſplendidiſſimorum.*

---

4. HERBAE Nobiles, Pratenſes, Annotini, Polymorphi. *Hi ornant regnum Structura admiranda, Sapore multiſario, Odore fragrante, Colore florido.*

5. ARBORES. Proceres, Sylvatici, e Nobilium ordine perennantes caudice, ſtipati pediſſequis *Servis*. ſuſtentantes inauſpicato clientes *Paraſiticos*. *Hi attollunt capita, arcent Ventos, inumbrant Aeſtuantes, humectant inconſpicuo imbre, alliciunt Vocales, perficiunt Fructus; tanquam totidem Naturae Horti.*

Milites armati Spinis Aculeisve, e Plantis utrisque adſcriptivi. *Hi arcent Mammalium hoſtium injurias.*

---

6. FILICES. Novaccolae, Latebroſi, Stipitati, Dorſiferi, macri. *Hi praeparant poſteris Terram.*

7. MVSCI. Servi, Hyemales, Imbricati, Calyptrati, Reviviſcentes, Impaſti, loca omnia a prioribus relicta occupant numeroſiſſimi. *Hi Radices incolarum fovent: ne adurantur a Bruma Hyberna; ne exſiccentur a Sirio Aeſtivo; ne evellantur a viciſſitudine Vernali; ne corrumpantur a Putramine Autumnali. Colligunt etiam pro dominorum peculio Humum daedaleam.*

8. ALGAE. Vernacvli, Aquigeni, Squalentes, Redivivi, Abſtemii, Nudiuſculi. *Hi inchoant culturam primam Vegetationis.*

9. FUN

9. FUNGI. Nomades, Autumnales, Barbari, Denudati. Putidi, Furaces, Voraces. *Hi Flora reducente Plantas hyematum, legunt relictas earum quisquilias ſordesque.*

5. TEXTURA vegetabilium e *Vaſis* ſuccoſis.
Tracheis aëreis.
Utriculis ſecretoriis.

6. SUBSTANTIAE vegetabilium ex *Epidermide*, externe obducente *Corticem*, deponentem interiore latere *Librum*, ſecedentem in *Lignum* annotinum rigidum, obducentes *Medullam*.

7. PARTES Vegetabilium primariae tres ſunt:

Radix deſcendens, aquoſa ſorbens, *nutriens*.
Herba adſcendens, aërea ſpirans, *movens*.
Fructificatio pandens, aetherea halans, *generans*.

8. RADIX terrenis humentibus inſerta exſerit *Radiculas* capillares, ſaepe ſuperne concurrentes in ſolidum *Caudicem deſcendentem* ſub terra, aut etiam *adſcendentem* ſupra terram.

9. HERBA annua. aëreis commiſſa, conſtat *Hybernaculo*, *Trunco*, *Folio*, *Fulcro*:

Hybernaculum compendium Herbae totius, ſquamoſum:
Bulbus e baſibus Foliorum praeteritorum.
Gemma e rudimentis Foliorum futurorum.

10. TRUNCUS, attollens Herbam Fructificationemque, (Rami ſunt Partes Trunci) eſt vel

Caulis *Herbae* folioſus.
Culmus *Graminis:* ſaepius geniculatus articulis inanibus.
Scapus *Radicis* aphyllus floriferus.
Pedunculus ramus *Caulis* floriferus.
Petiolvs ramus foliiferus, folio proprius.
Stipes a Folio non diſtinctus: *Palmis, Filicibus.* — item truncus *Fungi*.

11. FOLIUM expandens per aëra ſuperficiem, volatile, ſaepe petiolatum.

Foliolum partiale eſt Folii *compoſiti*.

Frons Folium e ſtipite factum; *in Palmis et Filicibus*.

12. FULCRUM adminiſtrans pro Vitae neceſſitate:

Stipula Foliorum, ad eorum baſin, foliacea.
Bractea Florum, ad florum pedunculorumve baſin, foliacea.
Pubes veſtiens villoſitate.
Glandula ſecernens liquorem.
Spina terminans *cornu* lignoſo.
Aculeus ſparſus *ungue* cortici tantum inſerto.
Cirrhus ſcandens *filo*.

13. FRUCTIFICATIO temporaria, terminans, lege naturae ſpontanea dehiſcens metamorphoſi, ut ſubſtantia *Interna* pateat Flore et Fructu.

Flos fit e *Calyce*, *Corolla*, *Staminibus*, *Piſtillis*.
Fructus e *Pericarpio* praegnante *Seminibus*, affixis *Receptaculo*.

14. CALYX Tegmentum exterius Floris e *Cortice*, cuius ſpecies 7.

Volva *Fungi*, lacera.
Calyptra *Muſci*, cucullata.
Spatha *Palmae*, vaginata.
Gluma *Graminis*, ſaepius bivalvis.
Perianthivm *Plantae*, corollae approximatum.
Involucrum *Plantae*, a flore remotum, ſaepius umbellae.
Involucellum, partiale involucrum.
Amentvm *Gemmaceum* imbricatum, commune.

15. COROLLA Tegmentum interius Floris e *Libro*.

Petalum membranaceum: *Limbo* aut *Laminis*.
Tubo aut *Unguibus*.
Nectarium nectariferum proprium, mel promens.

16. STAMEN Viſcus exterius e *Ligno*; *Genitale Maſculum*.

Filamentum ſuſtinens *Antheram*.
Anthera foeta granulato *Polline*, et hoc *Fovilla*.

17. PISTILLUM Viſcus interius e *Medulla*; *Genitale Femineum*.

Germen Fructus rudimentum, inferius.
Stylus a germine elevans Stigma, intermedius.
Stigma roridum, pubeſcens, ſupremum.

18. PERICARPIUM *Germen* defloratum ſeminiferum.

Capsula membranacea, *valvis* dehiſcens varie in variis.
Siliqua membranacea, *bivalvis*, ſutura utraque ſeminifera.
Legumen membranaceum, *bivalve*, ſutura altera ſeminifera.
Folliculus membranaceus, *univalvis*, latere dehiſcens, a ſeminibus diſtinctus.
Bacca pulpoſa, *Seminibus* diſtinctis.
Drupa pulpoſa, *Nucleo* oſſeo.
Pomum pulpoſum, *Capſula* includente ſemina.
Strobilus imbricatus *Amenti* coarctati.

19. SEMEN *Ovum*, nova planta praegnans, deciduum, tunicatum.

Hilum cicatrix umbilicalis.
Cotyledones bibulae placentam uterinam conſtituentes.
Corculum, novae plantae compendium, connectens cotyledones:

e *Roſtello* acuminato, deorſum germinante.
e *Plumula* imbricata, ſurſum excreſcente.

Pappus interdum coronat ſemen.
Arillus interdum includit partialiter ſemen.

20. RECEPTACULUM: *baſis* partes fructificationis connectens.

Proprium unius floris.
Commune pluribus *floſculis* ſeſſilibus.
Umbella inter calycem et florem, elongatum in pedunculos aequatos.
Umbellula partialis umbella.
Cyma umbella compoſita ramulis alternis.
Spadix intra Spatham, praeprimis Palmae.
Rachis Spicae Graminis, cui flores inſculpti.

21. MACHINAE Vegetabilis ſubſtantia conſtat duplici contraria:

Corporea externa, includens, nutritiva, deſcendens, terrenis adhaerens, ſtudioſe medullam incarcerans, duriuſcula, apice tenerrimo accreſcens.

Medulla interna, incluſa, vivificans, baſi deliqueſcens, apice adſcendens, multiplicatione diviſibilitate terminoque infinita, in creatione accenſa, a primordio occulte feſtinat lenteque verſus minimam reſiſtentiam ad ſummum ſuum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius, eo clauſtra citius referat metamorphoſin ſubitura,

 quae-

quaeque evaſura ſeſe cum corpore copulat, ut in novas diſpergenda vitas circulus perennet.

22. GERMINATIO fit diſperſis *Seminibus*, per *Hilum* abſorbentibus aquam, unde rumpuntur membranae a bibulis tumentibus *Cotyledonibus*, lactantibus *Corculum*, usque dum foetus *Roſtellum* Radiculas exſerat, quo erigatur *Plumula* accreſcens in *Herbam* anni, terminatam *Gemma* ſupradecompoſita.

23. VEGETATIO fit *Radiculis* ſugentibus tincturam aquoſam Humi. quae, calore quotidie addito, lente pellitur per corporei externi vaſa, unde nutritio exterioris interioriſque plantae, exhalante ſuperfluo, *Cortice* deponente ab interiore pariete *Librum*, quotannis ſecedentem in ſubſtantiam *Ligneam* (ex Annulis annotinis interſtinctis Alburno, demum ab emarcidis inferioribus ramis ſuboſſifacto) ſuſtentaturam Caudicem adſcendentem, intra cujus apices *Medulla* viva properat.

Medullam concipio faſciculum e fibris Nerveis iſocelem formantibus, in qua vis vitalis pellens rumpit extimos nervos, hinc divergentes, penetrantes corticem etiamnum ſubgelatinoſum, ubi hi nervi medullares apice ſimiliter multiplicantur in Gemmam. A diſſecto, per hunc nervum, vaſe adſcendente, impeditoque ſubtus adſcenſu humoris propulſi, extenditur corticale in *Folium*.

Folium hoc, quod exercetur volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis Paraſiticorum, antea praeparatorum) humores, pagina ſuperiore a luce electricum inſpirat, pagina inferiore roridum perſpirat, a caſu nunquam renaſciturum.

Declaratur vero Larva herbae, ubi Medullae major propulſio, quam includentis Corporei retentio, quo aperitur ſubſtantia *Corticis* in Calycem, *Libri* in Corollam, *Ligni* in Stamina, *Medullae* in Piſtilla, terminante vegetationem nova vita, collectis filis in ultima Medullae Semina.

24. PROLEPSIS ſiſtit Metamorphoſeos Plantarum myſterium, quo Herbae *Larva* mutetur in *Declaratam* Fructificationem; Plantae enim eſt producere vel *Herbam* folioſam, vel etiam *Fructificationem*.

Folium genuinum ſemper in ſinu ſovet Rami multiplicantis principium, ſive actu, ſive potentia tale: cumque Folium ſit natum ob huius cauſſam, nec viciſſim, nequit exiſtere Folium, niſi hoc principium perforaverit antea corticem, e quo ortum eſt, licet effectus ante ſuam cauſſam manifeſtus.

Gemma genuina eſt *Rami* futuri compendium, in quem demum explicabitur. Gemma ſemper conſtat *Squamis*, totidem Foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo nondum elongato) approximatis. *Cumque* Folia ſine Gemma exiſtere nequeant, neceſſe eſt, ut Gemmae lateant in ſinu cuiusvis ſquamae gemmaceae, confirmante autopſia, adeoque nequit omnis Gemma aliud eſſe, quam corpus a foliis et gemmulis compoſitum. Sequitur itaque, ut omnis Gemma conſtet Foliis cum ſuis Gemmulis et hae *Gemmulae* ſimiliter ex minoribus ſquamis et gemmulis, et ſic porro usque in quintam progeniem (ut in Volvoce), nec ultra, confirmante metamorphoſi. Ergo Ramus folioſus praeſentis anni, foetus ſit ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, ſuccedentibus ſemper novis ad extremos apices, in defoliatorum, ad baſin, locum, ut numerus quinarius perennet. Hoc ſit in *Arboribus*, ubi medulla moratur a duriori ſubſtantia lignea: in *Plantis* annuis autem, ubi minor reſiſtentia corporei laxioris verſus medullam, valet haec brevius, absque mora gemmacea, exire in Flores; quodcunque enim valet propulſionem Medullae augere et incluſivam vim Corporei debilitare, id promovebit floreſcentiam.

Florem dum producat Arbor, Natura anticipabit quinque annorum progenies, ſimul tum prodituras, formando e foliis gemmaceis futuri anni *Bracteas*, ſequentis *Calycem*, inſequentis *Corollam*, conſequentis *Stamina*, ſubſequentis *Piſtillum*, refertum Medulla granulata *Seminum*, termino vitae vegetantis.

25. FLORESCENTIA ſiſtit Plantarum *Sponſalia* in Flore, (*a*) et *Nuptias* in Antheſi.

(*a*) Sponſalia plantarum. *Amoen. acad. I. n.* 12.

Flos, exuta Herbae Larva, prodit Plantâ declarata, interna, nuda et perfecta inſtar *Inſecti* alligati volitantis: *Coleoptrati* Calyce, *Alati* Corolla, conſtantis ſolis *Viſceribus* Genitalibus; *Maſculis* ſtaminibus ex Antheris *Teſticularibus*, repletis Polline *Genitali*, continente *Fovillam* vivificantem, et *Femineis* Piſtillis ex Germinis *Ovario*, terminato Stigmate *vulvifero*, tecto *Pube* tubuloſa, reſudante *Lympham genitalem*.

Anthesis peragitur, dum Antherae ruptae ſpargunt ſuum *Pollen* veſiculare ſupra *Stigma*, quo efflat hoc incluſam *Fovillam* maſculam, abſorbendam a *Lympha genitali* feminea reſudante, ut corporeum maſculum addito Femineo medullari conficiat *Ovum*, in juſtam maturitatem fovendum intra Ovarium.

26. PRINCIPIUM Fructificationis, Fundamentum Botanices, eſt altius repetendum.

Problema: Supponas D. O. O. in primordio e ſimplici progreſſum ad compoſita; e paucis ad plura! adeoque a primo Vegetabili principio, tot tantum creaſſe plantas diverſas, quot *ordines Naturales*. Has ordinum plantas, Ipsum dein ita inter ſe generando miſcuiſſe, ut totidem exorirentur plantae, quot hodie diſtincta exiſtunt *Genera*. Naturam dein Genericas has plantas, per generationes ambigenas (quae ſtructuram floris non mutant) inter ſe miſcuiſſe et multiplicaſſe in *Species* exiſtentes, quotquot poſſibiles, excluſis tamen e numero ſpecierum, ab eiusmodi generatione productis Plantis *Hybridis*, utpote ſterilibus.

Genus itaque omne eſt naturale, confirmante natura, ſaltum non faciente.

Character ergo non conſtituat umquam genus, ſed ſedulo ſecundum Genus naturae conficiendus eſt.

Plantae congeneres ſunt quoad genus dignoſcendae e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat Fructificationem; ſed diſtinguendae in ſpecie ſecundum Herbam a ſociis ſororibus, diverſo patre productis.

Diagnosis ſic plantae conſiſtit in affinitate *Generis* et in diſcrimine *Speciei*.

Nomen plantae itaque, ut utramque diagnoſin indigitet, duplex erit: *Genericum* Cognomen gentilitium.
Specificum Praenomen triviale.
ſub hoc vero *Synonyma* vaga auctorum.

Bo-

Botanicus, ſequendo *Claſſificationes*, per *Characteres* plantae declaratae ducitur ad *Genus* nominatum; per *Differentias* Larvae ad *Speciei* appellationem; inde ad huius *Synonyma*; ex his ad *Auctores*, exinde ad *omnia*, quae de obiecto quaeſtionis, ſeculi beneficio, ad nos pervenere. Sic dicat ipſa planta ſuum Nomen, ſuamque Hiſtoriam in tanta multitudine ſpecierum, imo individuorum; hoc finis Botanices primus, ſeculi noſtri inventum, in quod perficiendo deſudabunt omnes Botanici veri.

27. BOTANICUS *verus* deſudabit in augendo amabilem Scientiam:

Descriptiones Fundamentales conficiat verbis characteriſticis, Plantarum imprimis obſcuriorum, rariorum novarumque, ad normam Delineationis plantae, quales *Filius*, et cl. *Schreberus in Decuriis.*

Figuras, ſi poterit, addat, quae repreſentent Plantam perfectam, quales dedere *Vaillant*, *Dillenius*, *Ehret*, *Jacquin*, *Trew*, *Schmiedel*, etc.

Differentias ſpecificas eruat compendioſas propriiſſimasque.

Synonyma auctorum conquirat, inprimis ſelectiora; uti *Hallerus.*

Genus naturale ſemper Speciei praefigat, et ubi novum, *Charactere* naturali definiat ex omnium partium fructificationis ſitu, figura, numero, proportione.

Species vagas novasque ad certa genera referat, uti *Tourneſort*, *Plumier*, *Browne*, *Jacquin.*

Ordinem naturalem, ubi patet, indigitet.

Stationes cujusvis plantae notet, ideoque plures *Floras*, ubi licet, producat, inprimis *Auſtrales* et *Exoticas.*

Proprietates obſervet, quales *Duratio*, *Seminatio*, *Gemmatio*, *Vernatio*, *Aeſtivatio*, *Nuptiae*, *Frondeſcentia*, *Calendarium*, *Horologium*, *Somnus*, *Qualitates.*

Usus addat, quales uſus *Naturae* (Panis Pandoraeque) *Medicus*, *Oeconomicus* etc. et quaecunque in his cedant imprimis in gloriam Auctoris et in commodum generis Humani, ũt poſteri demum obambulent in ſerena luce.

BOTANOPHILI Fallaces, Ephebi, Hirquitallientes:

Leges Artis proclamant, antequam Naturales didicerint.

Abſonos extollunt, Praeſtantiores rodunt zelo ſtomachoſo.

Compilant furtim aliena, propria vix detegunt.

Grano eruditionis reperto ſtentorii ebuccinant.

Methodum naturalem ſibi notam crepant.

Genera arbitraria eſſe aſſeverant.

Dediſti mihi DOMINE *artem,*
meam mercedem,
et in illa laudabo nomen Tuum.

DAVID.

DELINEATIO PLANTAE.

I. THEORIA.

GENUS. Nomen *ſelectiſſimum.*
Character naturalis, eſſentialis, artificialis.
Claſſis Ordoque *Syſtematis praeſtantiſſimi.*
Ordo naturalis *demonſtrandus.*

SPECIES. Nomen triviale.
Differentia ſpecifica *demonſtranda: certiſſima, breviſſima.*
Synonyma *ex* Deſcriptione *ſ.* Figura *ſelecta*; vernacula.

CRITICA. Etymologia nominis *generici*, *ſpecifici.*
Inventor *cum* tempore.
Eruditio Hiſtorica, Critica, Antiqua.

II. DESCRIPTIO.

RADIX *duratione* annua, biennis, perennis.
figura a. fibroſa, ramoſa, fuſiformis, praemorſa.
b. repens, articulata, dentata.
c. globoſa, tuberoſa, faſcicularis, palmata.
d. bulboſa: (granulata), tunicata, ſolida, ſquamoſa.

TRUNCUS *ſpecie* Caulis, Culmus, Scapus, Stipes.
duratione herbaceus, ſuffruticoſus, fruticoſus, arboreus.
ſolidus, inanis, fiſtuloſus.
menſura a. (proportio *ad ſolia reliquasque partes.*)
b. craſſities *ex ſimili notiſſimo.*
directione a. erectus, ſtrictus, rigidus, ſcandens, volubilis, repens,
laxus, obliquus, adſcendens,
declinatus, incurvatus, nutans,
diffuſus, procumbens, ſtoloniferus.
b. ſarmentoſus, radicans, repens.
c. geniculatus, flexuoſus, ſcandens.
volubilis: *ſiniſtrorſum*, *dextrorſum.*

figura

figura a. teres, ſemiteres, compreſſus, fiſtuloſus. anceps, 3-10angulatus, acutangulus, obtuſangulus.
b. 3-6gonus, 3-5queter.

veſtitu nudus, aphyllus, foliatus, vaginatus, ſquamoſus, imbricatus,

Superficie a. ſuberoſus, rimoſus, tunicatus,
b. laevis, ſtriatus, ſulcatus, canaliculatus,
c. glaber, ſcaber, muricatus, tomentoſus, villoſus, hiſpidus, aculeatus, ſpinoſus, urens.
d. ſtipulatus, membranatus, bulbiferus.

compoſitione a. enodis, ſimpliciſſimus, ſimplex, integer.
b. articulatus, prolifer, dichotomus, brachiatus.
c. ſubramoſus, ramoſus, ramoſiſſimus.
d. virgatus, paniculatus, faſtigiatus.
e. patens, divaricatus.

RAMIS a. ſtructura Caulis, Frondis.
b. alternis, diſtichis, ſparſis, confertis, oppoſitis, verticillatis.
c. erectis, coarctatis, divergentibus, divaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis.
d. altitudine caulis; longis, brevibus, patentibus.

FOLIA

determinatione *loco* radicalia, caulina, ramea, axillaria, floralia,

numero unicum, duo, tria, pauca, plurima.

ſitu a. alterna, diſticha, bifaria, ſparſa, conferta, imbricata, faſciculata, bina, terna, quaterna, quina, confluentia, approximata, remota.
b. oppoſita, decuſſata, ſtellata.

directione a. erecta, ſtricta, rigida, adpreſſa, patentia; patentiſſima, aſſurgentia, inflexa, reclinata, recurvata, revoluta, dependentia.
b. obliqua, adverſa, verticalia, reſupinata.
c. ſubmerſa, natantia, radicantia.

inſer-

inſertione	a.	petiolata, peltata.
	b.	ſeſſilia, adnata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.
ſtructura *figura*	a.	ſubrotunda: orbiculata, ovata, ovalia.
	b.	oblonga, parabolica, cuneiformia, ſpatulata.
	c.	rotundata, lanceolalta, elliptica, linearia, aceroſa.
angulis		integra, 3-5angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia.
ſinubus	a.	cordata, reniformia, lunata, ſagittata, haſtata, panduriformia, runcinata,
	b.	fiſſa, 2-5loba, 2-5fida, 3-5partita, palmata, lyrata, pinnatifida, ſinuata, laciniata, ſquarroſa.
margine	a.	integerrima, crenata, ſerrata, ciliata, dentata, ſpinoſa, cartilaginea.
	b.	repanda, lacera, eroſa, daedalea.
apice	a.	obtuſa, emarginata, praemorſa; truncata.
	b.	acuta, acuminata, cuſpidata, mucronata; cirrhoſa.
ſuperficie	a.	pagina: ſuperiore, inferiore, nuda, glabra; nitida, lucida, colorata.
	b.	nervoſa: trinervia, trinervata, triplinervia; enervia, lineata, ſtriata, ſulcata.
	c.	venoſa, rugoſa, bullata, lacunoſa, avenia.
	d.	punctata, papilloſa, papuloſa, viſcida.
	e.	villoſa, tomentoſa, ſericea, lanata, barbata. piloſa, ſcabra, hiſpida, aculeata, ſtrigoſa.
expanſione		plana, canaliculata, concava, convexa, cucullata, plicata, undata, criſpa.
ſubſtantia	a.	*membranacea*, ſcarioſa, gibba, teretia, depreſſa, compreſſa, carinata.
	b.	compacta, tubuloſa, pulpoſa, carnoſa;
	c.	triquetra, ancipitia, lingulata, enſiformia, ſubulata, acinaciformia, dolabriformia.
menſura		breviſſima, longiſſima *reſpectu caulis articulorumve*.
duratione		decidua, caduca, perſiſtentia, perennia, ſempervirentia.

com-

Ob loco *obverſe*, e. gr. obcordata, obovata, etc.
Sub loco *fere*, e. gr. ſubcordata, ſubovata, etc.
Coadunantur ſaepe figurae ejusdem diviſionis, non vero diverſae:
bene lanceolato-ovata, ovato-lanceolata etc,
male lanceolato-acuta, ovato-mucronata.

compoſitione *Compoſita* Articulata, Conjugata.
Digitata: binata, ternata, quinata.
Pedata.
Pinnata: bijuga, trijuga, quadrijuga etc.
cum impari, abrupta, cirrhoſa.
Foliolis oppoſitis, alternis, interruptis, decurſivis.
Decompoſita bigemina, biternata, bipinnata,
Supradecompoſita tergemina, triternata, tripinnata.

FULCRA: Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.

PETIOLUS *figura* linearis, alatus, clavatus.
membranaceus, teres, ſemiteres, triqueter, canaliculatus.
magnit. breviſſimus, brevis, mediocris, longus, longiſſimus.
inſertione inſertus, adnatus, decurrens, amplexicaulis, vaginans, appendiculatus.
directione erectus, patens, aſſurgens, recurvatus.
ſuperficie glaber, aculeatus, nudus, articulatus, ſpineſcens.

STIPULAE a. geminae, ſolitariae, nullae.
b. laterales, extrafoliaceae, intra foliac., oppoſitifoliae.
c. caducae, deciduae, perſiſtentes, ſpineſcentes.
d. ſeſſiles, adnatae, decurrentes, vaginantes.
e. ſubulatae, lanceolatae, ſagittatae, lunatae.
f. erectae, patentes, reflexae.
g. integerrimae, ſerratae, ciliatae, dentatae, fiſſae.
h. breviſſimae, mediocres, longae.

CIRRHUS a. axillaris, foliaris, petiolaris, peduncularis.
b. ſimplex, trifidus, multifidus.
c. convolutus, revolutus.

PUBES a. pili, lana, barba, tomentum, ſtrigae.
b. ſetae: ſimplices, hamoſae, ramoſae, plumoſae, ſtellatae.
c. hami, glochides.
d. Glandulae, Utriculi.
foliaceae, petiolares, pedunculares, ſtipulares.
e. viſcoſitas, glutinoſitas.

ARMA

Terminorum Definitiones *dati in Amoen. Acad.* 6. *p* 217. Figuras *autem in Horto Cliffortiano*, *Philoſophia Botanica*, *Lee Introduction*, *Milleri Dictionario*, *Sauvageſii methodo; item Barnades princip.*, *Oederus etc.*

ARMA a. *Aculei*: recti, incurvi, recurvi.
b. *Furcae* bifidae, trifidae.
c. *Spinae* terminales, axillares, calycinae, foliares, ſimplices, diviſae.
d. *Stimuli* pungentes, urentes.

BRACTEAE a. coloratae, caducae, deciduae, perſiſtentes.
b. una, duae, plures.
c. *Coma*.
d. Foliorum *caetera addenda*.

PEDUNCULUS partialis (a-e), communis; Pedicellus.
a. *loco* radicalis, caulinus, rameus,
petiolaris, cirrhiferus,
terminalis, axillaris,
oppoſitifolius, lateriflorus, interfoliaceus, ſuprafoliaceus, extrafoliaceus.
b. *ſitu* alternus, ſparſus, oppoſitus, verticillatus.
c. *numero* ſolitarius, geminatus, umbellula; *ſeſſilis*.
d. *directione* adpreſſus, erectus, patens, cernuus,
reſupinatus, declinatus, nutans, flaccidus,
adſcendens.
pendulus, ſtrictus, flexuoſus, retrofractus.
e. *menſura* brevis, breviſſimus. longus, longiſſimus.
f. *multiflorus*, uniflorus, biflorus, triflorus, etc.
multiflorus.
g. *ſtructura* teres, triqueter, tetragonus,
filiformis, attenuatus, clavatus, incraſſatus,
nudus, ſquamoſus, foliatus, bracteatus,
geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA, graduali modificatione ſcandit:

Spadix, Cyma, Umbella, Umbellula, Aggregata, compoſita, Spica, Amentum, Strobilus, Corymbus, Racemus, Panicula, Thyrſus, Faſciculus, Capitulum, Verticillus, Lateriflor. etc.

Flores terminales, laterales, ſparſi, conferti, aggregati.
ſeſſiles, pedunculati,
unicus, ſolitarius, terni etc. copioſi,
erecti, cernui, nutantes, reſupinati, ſecundi,
verticales, horizontales.
ſuperaxillares, oppoſitifolii, lateriflori, interfoliacei.

a.

a. Verticillus	a.	ſeſſilis, pedunculatus.
	b.	nudus, involucratus, bracteatus.
	c.	confertus, diſtans,
b. Capitulum	a.	ſubrotundum, globoſum, dimidiatum.
	b.	folioſum, nudum.
c. Spica	a.	ſimplex, diſticha, eompoſita ſpiculis, glomerata.
	b.	ovata, ventricoſa, cylindrica, interrupta.
	c.	imbricata, articulata, ramoſa. ſecunda. linearis, ciliata, foliacea, comoſa.
d. Corymbus		ſimplex, compoſitus.
e. Thyrsus		nudus, foliatus.
f. Fasciculus		
g. Racemus	a.	ſimplex, compoſitus.
	b.	unilateralis, ſecundus, pedatus, coniugatus.
	c.	erectus, laxus, dependens.
	d.	nudus, foliatus.
h. Panicula		Trunci ſtructura.

FRUCTIFICATIO ex *numero, figura, proportione, ſitu* partium, Simplex. Compoſita ex Floſculis.

Calyx	*Perianthium*	fructificationis, floris, fructus. perſiſtens, deciduum, caducum.
	Proprium	a. monophyllum. polyphyllum.
		b. 2-5fidum, 2-5partitum, integrum.
		c. tuboloſum, patens, reflexum, inflatum.
		d. abbreuiatum, longum, mediocre.
		e. obtuſum, acutum, ſpinoſum, aculeatum.
		f. aequale, inaequale, labiatum.
	Commune	imbricatum, ſquarroſum, calyculatum, ſcarioſum.
	Involucrum	a. univerſale, partiale, proprium.
		b. mono-polyphyllum.
	Gluma	a. uniflora, 2-multiflora.
		b. univalvis, bivalvis, multivalvis.
		c. colorata, glabra, hiſpida.
	Ariſta	a. mutica, terminalis, dorſalis.
		b. recta, tortilis, geniculata, recurvata.
	Amentum	ſquamoſum, nudum,
	Spatha	univalvis, bivalvis, dimidiata, imbricata, 1-6flora.

Ca-

	Calyptra	recta, obliqua.
	Volva	approximata, remotiſſima; Pileus, Stipes.
COROLLA	*Petali*	a. Tubus ſ. Ungues; Limbus ſ. Laminae.
		b. monopetala, 2 - 6 - polypetala, 5fida, 5partita.
		c. regularis, irregularis, inaequalis, difformis.
		d. globoſa, campanulata, infundibuliformis, hypocratiformis, rotata, globoſa, liliacea, ringens, perſonata: labio ſuperiore et inferiore; Rictu; Palato, Fauce, Collo. cruciata, concava, patens. papilionacea: Vexillo, Alis, Carina.
		e. Compoſita: ligulata, tubuloſa, radiata. Diſcus, Radius.
		f. Color.
	Nectarium	proprium, petalinum, calycinum.
STAMINA	*Filamenta*	numero, figura, inſertione, proportione, aequalia, inaequalia; connata; alterna.
	Antherae	diſtinctae, connatae; laterales, incumbentes, erectae. didymae, globoſae, ſubulatae, ſagittatae, bicornes, ariſtatae, ſpirales. loculi, apertura.
	Pollen	figura.
PISTILLVM	*Germen*	ſuperum, inferum; pedicellatum.
	Stylus	numero, proportione, diviſione, figura. capillaris, filiformis, cylindricus, ſubulatus, clavatus. erectus, declinatus, adſcendens.
	Stigma	numero, figura: diviſum, perforatum, capitatum.
PERICARPIVM	*Capſula*:	figura, valvulae, loculamenta, diſſepimenta, columella, dehiſcentia: 5dentata, 5valvis, articulata, circumſciſſa, elaſtica. bicapſularis etc. bilocularis etc. didyma, tricocca etc. inflata.
	Siliqua	figura: compreſſa, toruloſa, articulata. *Diſſepimentum* parallelum, transverſum.
	Legumen	figura, articulata, 1 - 2locularis, iſthmis.
	Folliculus	*univalvis*, figura.
	Drupa	ſucculenta, ſicca.
	Pomum	figura, loculamenta.

 Bacca

Bacca monoſperma etc. nidulantia ſemina.
Strobilus figura totius, ſquamarum.
SEMEN numero, figura, loculis, ſuperficie, conſiſtentia.
Hilum; *Corculum.*
Corona; *Pappus* ſtipitatus, ſ. ſeſſilis: capillaris, plumoſus.
Cauda, hamus, calyculus, ala, ariſta.
Nux unilocularis, bilocularis etc.
Arillus cartilagineus, ſucculentus.
RECEPTACULUM fructificationis, floris, fructus.
Commune a. nudum, punctatum, piloſum, paleaceum, alveolatum.
b. planum, convexum, ſubulatum, ovatum, globoſum.
Compoſitus flos ex *Floſculis.*
Aggreatus flos.
Vmbella a. ſimplex, compoſita ex *univerſali partialique*, prolifera.
b. concava, faſtigiata, convexa.
c. erecta, nutans.
Cyma nuda, bracteata.
Spadix a. uniflorus, multiflorus.
b. ſimplex, ramoſus.
c. Rachis ſpicae.

III. HABITUS.

GEMMATIO Bulbus ſolidus, tunicatus, ſquamatus, caulinus.
Gemma *origine* petiolaris, ſtipularis, corticalis.
contento foliaris, floralis, communis.
VERNATIO conduplicata, convoluta, involuta, revoluta, imbricata, equitans, obvoluta, plicata, circinalis.
ÆSTIVATIO convoluta, imbricata, conduplicata, valvata, inaequivalvis.
TORSIO a. conformis, difformis.
b. dextra, ſiniſtra, reciproca.
c. reſupinata, circinalis.
VARIATIO coloris, magnitudinis, pubeſcentiae, aetatis.
Externa: plicata, faſciata.
latifolia, tenuifolia, criſpa.
mutica.
Interna: a. mutilata, grandiflora.
b. multiplicata, plena, prolifera, criſtata.
c. vivipara, bulbigera.

SPON-

SPONSALIA Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodita.
Generationis *myſteria*.
SEMINATIO. *Seminis* cauda, ala, pappus, ariſta, hamuli, gluten, curvatio.
Pericarpii baccatio. inflatio, viſcoſitas, elaſticitas, *ſtructura*.
PLACENTATIO Dicotyledonis, Acotyledonis, Polycotyledonis.

IV. STATIO.

CLIMA boreale, mediterraneum, alpinum, marinum, orientale, auſtrale, occidentale, indicum.
SOLVM lacuſtre, littorale, maritimum, ſalſum, paluſtre, inundatum, uliginoſum, caeſpitoſum, nemoroſum, ſylvaticum, arvenſe, pratenſe, campeſtre, montanum, ruderale, cultum.
TERRA Humus, Argilla, Creta, Arena.
Paraſitica, arrhiza: Radicis, Trunci, Caulis, Folii.

V. TEMPUS.

GERMINATIO dierum, menſium, annuum, bienne.
FRONDESCENTIA *Vernatio* praecox, aequalis, ſerotina.
Autumnatio praecox, lenta, cunctanea.
CALENDARIUM 1. Germinationis, Frondeſcentiae, Floreſcentiae.
2. Groſſificationis, Maturationis, Meſſis.
3. Exfoliationis, Defoliationis, Congelationis.
4. Brumalis, Glacialis, Regelationis.
HOROLOGIUM a. *Vigiliae* meteoricae, tropicae, aequinoctiales.
b. apertionis, recluſionis.
SOMNUS Connivens, Includens, Circumſepiens, Muniens, Conduplicans, Involvens, Divergens, Dependens, Invertens, Imbricans.
DURATIO *Plantae* caducae, ſenſiles, perpetuae.
Flores ephemeri, tridui, menſtrui.
Fructus praecoces, ſerotini, annui.

VI. QUALITAS.

ODOR:	ambroſiacus,	fragrans,	ſpirans,	aromaticus,	orgaſticus.
	hircoſus,	nidoroſus,	teter,	nauſeoſus,	viroſus.
SAPOR:	aquoſus,	acidus,	pinguis,	dulcis,	mucoſus.
	ſiccus,	amarus,	ſtipticus,	acris,	ſalſus.
COLOR	hyalinus,	ruber,	purpureus,	albus,	triſtis.
	niger,	luteus,	viridis,	cinereus,	teſtaceus.

TACTUS humidus, tomentoſus, ſuccoſus, carnoſus, viſcidus.
aridus, lucidus, ſcarioſus, membranaceus, ſcaber.
MENSURA linearis, pollicaris, ſpithamaea, pedalis, cubitalis.
unguicularis, palmaris, dodrantalis, orgyalis.

VII. U S U S.

NATURALIS *Oeconomia* naturae eiusque *Politia.*
Sympathia l. antipathia.
Pan *mammalium phytophagorum domeſticorum.*
Pandora *inſectorum,*
ARTIFICIALIS *Culinaris*: Radices, Olera, Fructus.
Officinalis a. ſimplicia, praeparata.
b. pretium, locus.
Medica: Vires, Uſus.
Oeconomicus inſtrumentalis.
paſtoralis.
tinctorius.
culturae : Cerealia.
Macellum.
Officinalis.
Arboretum. Frutetum.
Pomona.
Paſcua.

CLAVIS

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

NUPTIAE PLANTARUM.
Actus generationis incolarum Regni vegetabilis.
Floreſcentia.

PUBLICAE.
Nuptiae, omnibus manifeſtae, aperte celebrantur.
Flores unicuique viſibiles.

MONOCLINIA.
Mariti et uxores uno eodemque thalamo gaudent.
Flores omnes hermaphroditi: ſtamina cum piſtillis in eodem flore.

DIFFINITAS.
Mariti inter ſe non cognati.
Stamina nulla ſua parte connata inter ſe ſunt.

INDIFFERENTISMUS.
Mariti absque ſubordinatione.
Stamina longitudine indeterminata.

1. MONANDRIA.	7. HEPTANDRIA.
2. DIANDRIA.	8. OCTANDRIA.
3. TRIANDRIA.	9. ENNEANDRIA.
4. TETRANDRIA.	10. DECANDRIA.
5. PENTANDRIA.	11. DODECANDRIA.
6. HEXANDRIA.	12. ICOSANDRIA.
	13. POLYANDRIA.

SUBORDINATIO
Mariti certi reliquis praeferuntur.
Stamina duo ſemper reliquis breviora ſunt.

14. DIDYNAMIA.	15. TETRADYNAMIA.

AFFINITAS.
Mariti propinqui et cognati ſunt.
Stamina cohaerent vel inter ſe, vel cum piſtillo.

16. MONADELPHIA.	19. SYNGENESIA.
17. DIADELPHIA.	20. GYNANDRIA.
18. POLYADELPHIA.	

DICLINIA (a δις bis et κλίνη thalamus) duplex thalamus.
Mariti et Feminae diſtinctis thalamis gaudent.
Flores maſculi et feminei in eadem ſpecie.

21. MONOECIA.	23. POLYGAMIA.
22. DIOECIA.	

CLANDESTINAE.
Nuptiae clam inſtituuntur.
Flores oculis noſtris nudis vix conſpiciuntur.

24. CRYPTOGAMIA.

CLASSIUM CHARACTERES.

I. MONANDRIA; a μόνος unicus, et ἀνὴρ maritus.
Maritus unicus in matrimonio.
Stamen unicum in flore hermaphrodito.

II. DIANDRIA.
Mariti duo in eodem conjugio.
Stamina duo in flore hermaphrodito.

III. TRIANDRIA.
Mariti tres in eodem conjugio.
Stamina tria in flore hermaphrodito.

IV. TETRANDRIA.
Mariti quatuor in eodem conjugio.
Stamina quatuor in eodem flore cum fructu.
(*Si Stamina 2 proxima breviora ſunt, referatur ad Cl. 14.*)

V. PENTANDRIA.
Mariti quinque in eodem conjugio.
Stamina quinque in flore hermaphrodito.

VI. HEXANDRIA.
Mariti ſex in eodem conjugio.
Stamina ſex in flore hermaphrodito.
(*Si ex his Stamina 2 oppoſita breviora, pertinet ad Cl. 15.*)

VII. HEPTANDRIA.
Mariti ſeptem in eodem conjugio.
Stamina ſeptem in flore eodem cum piſtillo.

VIII. OCTANDRIA.
Mariti octo in eodem thalamo cum femina.
Stamina octo in eodem flore cum piſtillo.

IX. ENNEANDRIA.
Mariti novem in eodem thalamo cum femina.
Stamina novem in flore hermaphrodito.

X. DECANDRIA.
Mariti decem in eodem conjugio.
Stamina decem in flore hermaphrodito.

XI. DODECANDRIA.
Mariti duodecim ad novendecim in eodem conjugio.
Stamina duodecim ad novendecim *in flore hermaphrodito.*

XII. ICOSANDRIA; ab εἴκοσι viginti et ἀνὴρ.
Mariti viginti communiter, ſaepe plures.
Stamina (non receptaculo) *calycis lateri interno adnata.*

XIII. POLYANDRIA; a πολὺς et ἀνὴρ.
Mariti viginti et ultra in eodem cum femina thalamo.
Stamina receptaculo inſerta *a 20 ad 1000 in eodem, cum piſtillo, flore.*

XIV. DI-

XIV. DIDYNAMIA; a δὶς bis, et δύναμις potentia.
ſexangularis. 23. J. fol. ovatis integerrimis, bracteis cuneiformibus, ramis ſexangularibus.

carthaginenſis. 24. J. fol. lanceolato-ovalibus, flor. ſpicatis, bracteis oblongo cuneatis. *Sp. pl. 1663. — Jacq. amer. pict. p. 8. t. 7.* M.

aſſurgens. 25. J. fol. ovatis integerrimis, bracteis ſubulatis, ramis hexagonis.

naſuta. 26. J. fol. lanceolato-ovatis integerrimis, pedunc. dichotomis: *Corollae carneae.*

bivalvis. 27. J. fol. lanceolato-ovatis, pedunculis ſexfloris: pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis parallelis (*excluſo Rumphii ſynonymo.*).

purpurea. 28. J. fol. ovatis utrinque mucronatis integerrimis glabris, caule geniculato, ſpicis ſecundis. *Caulis radicans.*

gangetica. 29. J. fol. ovatis, racemis ſimplicibus longis, flor. alternis ſecundis, bracteis obſoletis. Carva Caniram. *Rheed. mal. 9. p. 109. t. 56.*

iaponica. 30. I. fol. ovatis ſerratis, ſpicis terminalibus, bracteis ſetaceis, caule patulo. *Thunb. jap. mſpt.* M.

28. DIANTHERA. *Cor.* ringens. *Capſula* 2-locularis
24. ungue elaſtico diſſiliens. *Stamen* ſingulum *Antheris* binis alternis.

americana. 1. D. ſpicis ſolitariis alternis.

comata. 2. D. ſpicis filiformibus verticillatis; inferioribus umbellatis. *Species plures habet D. Jacquin.*

malabarica. 3. D. floribus paniculatis, pedicellis bi — ſ. trifidis, floribus bicalyculatis: lacinia dorſali majore. *Suppl. p. 85.* Dianthera bicalyculata *Retz. act. holm. 1775. p. 297. t. 9.*

pectoralis. 4. D. panicula dichotoma terminali. *Murr.* Juſticia *pectoralis* annua; panicula dichotoma *Jacq. amer. pict. p. 8. t. 4.* M.

euſtachiana. 5. D. fol. lanceolato-oblongis, pedunculis multifloris, bracteis linearibus apice latiuſculis, acuminatis. *Jacquino in amer. pict. p. 8. t. 5. Juſticia eſt, eodem ceterum nomine triv. et charactere.* M.

martinicenſis. 6. D. fol. ovato-acuminatis, pedunculis trifloris bracteis ovatis, calyce longioribus. Juſticia martinicenſis *Jacq. amer. pict. p. 8. t. 6.* M.

japonica. 7. D. pedunculo axillari ſolitario ſubquadrifloro, bracteis oblongis ciliatis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

29. GRATIOLA. *Cor.* irregularis, reſupinata. *Stamina* 2 ſterilia. *Capſ.* 2-locularis. *Cal.* 7-phyllus: 2-exterioribus patulis.
24.

officinalis. 1. G. foliis lanceolatis ſerratis, floribus pedunculatis. *Fl. dan. t. 363.*

Monnieria. 2. G. fol. ovali-oblongis, pedunc. unifloris, caule repente. *Jacq. obſ. 4. t. 1. Stamina 4 anthe-rifera. Stigma capitatum.*

rotundifolia. 3. G. fol. ovatis trinerviis. *Mant. 174. Tſianga-puſpam. Rheed. mal. 9. p. 111. t. 57.*

hyſſopioides. 4. G. fol. lanceolatis ſubſerratis articulo caulino brevioribus. *Mant.* 174. Gratiola indica minor vera ſ. hyſſopioides. *Pluk. alm. 180. t. 193. f. 1.*

virginica. 5. G. fol. lanceolatis obtuſis ſubdentatis. *Mant. 317. Pluk. alm. 180. t. 193. f. 2. Variat foliis trifidis.*

peruviana. 6. G. floribus ſubſeſſilibus.

1233. SCHWENKIA. *Cor.* ſubaequalis, fauce plicata glanduloſa. *Stam.* 3 ſterilia. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.

americana. 1. SCHWENKIA. *Gen. Plant. 567. Schwenk. Hort. med. Hag. 1766. oct. p. 328. t. 1. in ordine naturali Browalliis proxima. Folia etiam alterna.*

1288. CALCEOLARIA. *Cor.* ringens, inflata. *Capſ.* 2-locularis, 2-valvis. *Cal.* 4-partitus, aequalis.

pin-

pinnata. 1. C. foliis pinnatis. *Mant.* 171. *Act. ſtockh.* 1770. *p.* 286. *t.* 8. Calceolaria foliis ſcabioſae vulgaris. *Feuill. Peruv.* 3. *t.* 12. *f.* 7.

integrifolia. 2. C. fol. ovatis indiviſis ſerratis *Suppl. p.* 86. Calceolaria integrifolia. *Syſt. ed.* 13. *p.* 61.

perfoliata. 3. C. fol. perfoliatis ſpathulato-ſagittatis *Suppl. p.* 86.

30. PINGUICULA. *Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* bilabiatus, 5-fidus. *Capſ.* unilocularis.
25.

luſitanica. 1. P. nectario apice incraſſato. Pinguicula flore minore carneo, *Raj. hiſt.* 752.

vulgaris. 2. P. nectario cylindraceo longitudine petali. *Fl. dan. t.* 93.

alpina. 3. P. nectario conico petalo breviore. *Fl. dan. t.* 453.

villoſa. 4. P. ſcapo ſubvilloſo. *Scapus ſetaceus, vix maniſeſte pubeſcens. Flos violaceus calcari exſerto. Differt a P. vulgari, quod ſextuplo omnibus partibus minor.*

31. UTRICULARIA. *Cor.* ringens, calcarata. *Cal.* 2-phyllus, aequalis. *Capſ.* unilocularis.
25.

alpina. 1. U. nectario ſubulato, foliis ovatis integerrimis. Utricularia montana *Jacq. amer.* 7. *t.* 6. — *Ed.* 2. *pict. p.* 9. *t.* 8. M.

folioſa. 2. U. nectario conico, fructibus cernuis, radicibus utriculo deſtitutis.

vulgaris. 3. U. nectario conico, ſcapo paucifloro. *Fl. dan. t.* 138.

minor. 4. U. nectario carinato. *Fl. dan. t.* 128.

ſubulata. 5. U. nectario ſubulato. *Folia capillacea. Flores albi.*

gibba. 6. U. nectario gibboſo.

bifida. 7. U. ſcapo nudo bifido.

caerulea. 8. U. ſcapo nudo: ſquamis alternis vagis ſubulatis.

ſtellaris. 9. U. verticillo utriculario bractearum ciliari. *Suppl. p.* 86.

WULFENIA. *Cor.* ringens ecalcarata ſemihians ad faucem barbata. *Jacq. miſcell. auſtr. vol.* 2. *p.* 60. *t.* 8. *f.* 1. M.

carinthiaca. 1. WULFENIA *Jacq. l. c. icon. plant. rarior. tab.* 8. *Scapus bracteis aliquot lanceolatis inſtructus. Spica ſecunda duplici florum ſerie. Folia craſſa, oblongo-ovata, crenata.* M.

32. VERBENA. *Cor.* infundibulif. ſubaequalis, curva. *Calycis* unico dente truncato. *Semina* 2. ſ. 4. nuda. (*Stam.* 2. ſ. 4.)
27.

orubica. 1. V. diandra, ſpicis longiſſimis folioſis.

indica. 2. V. diandra, ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, foliis lanceolato-ovatis oblique dentatis, caule laevi. *Caulis viridis. Folia undulata, minime ciliata.*

jamaicenſis. 3. V. diandra, ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, fol. ſpathulato-ovatis ſerratis, caule hirto. Valerianoides. *Boerh. lugdb. 2. p. 270. Caulis purpureus. Folia ſerrata, baſi ciliata.*

prismatica. 4. V. diandra, ſpic. laxis, calycibus alternis prismaticis truncatis ariſtatis, fol. ovatis obtuſis.

mexicana. 5. V. diandra, ſpic. laxis, calyc. fructus reflexis rotundato-didymis hiſpidis.

lappulacea. 6. V. tetrandra, calyc. ſubrotundis erectiuſculis, ſem. echinatis. *Jacq. obſ. 37 t. 24. — Amer. pict. p. 10. t. 9.* M. Burſeria *Loefl. it. 194. n. 69. Semina bilocularia ſunt.*

curaſſavica. 7. V. diandra, ſpic. longis, calyc. ariſtatis, fol. ovatis ſerratis.

ſtoechadifolia. 8. V. diandra, ſpic. ovatis, fol. lanceolatis ſerrato-plicatis, caule fruticoſo.

Aubletia. 9. V. tetrandra ſpicis ſolitariis, corollis faſciculatis, foliis cordatis inciſo ſerratis. *Suppl. p. 85.* Büchnera canadenſis *Syſt. ed. 13. p. 478. Jacq. hort. v. 2. t. 176.*

nodiflora. 10. V. tetrandra, ſpic. capitato-conicis, fol. ſerratis, caule repente. Verbena nodiflora, capite oblongo. *Barr. ic. 855.* Sherardia repens, folio ſubrotundo craſſo nodiflora. *Vaill. par. 231. Habitat etiam in* Sicilia. *Cyrill.* Simillima *erecta, minus glabra, foliis lanceolatis, ex Ind. orientali*: V. javanica *Burm. ind. 12. t. 6. f. 2.*

bonarienſis. 11. V. tetrandra, ſpicis faſciculatis, foliis lanceolatis amplexicaulibus.

haſtata. 12. V. tetrandra, ſpicis longis acuminatis, fol. haſtatis.

caroliniana. 13. V. tetrandra, ſpicis filiformibus, fol. indiviſis lanceolatis ſerratis obtuſiuſculis ſubſeſſilibus. *Dill. elth. t. 301. f.* 388.

urticifolia. 14. V. tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, fol. indiviſis ovatis ſerratis acutis petiolatis. Verbena peregrina. *Dod. mem. 125.*

ſpuria.

ſpuria. 15. V. tetrandra, ſpicis filiformibus, fol. multifido-laciniatis, caul. numeroſis.

officinalis. 16. V. tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, fol. multifido-laciniatis, caule ſolitario. — *Fl. dan. t.* 628. M. *Flores albo rufeſcentes.*

ſupina. 17. V. tetrandra, ſpicis filiformibus ſolitariis. fol. bipinnatifidis. *Caulis teretiuſculus, ſubcompreſſus, ſubpubeſcens. Flores caeruleſcentes.*

23. LYCOPUS. *Cor.* 4-fida: lacinia unica emargina-
30. ta. *Stamina* diſtantia. *Semina* 4 retuſa.

europaeus. 1. L. foliis ſinuato-ſerratis.

virginicus. 2. L. fol. aequaliter ſerratis.

exaltatus. 3. L. fol. baſi pinnatifido-ſerratis. *Suppl. p.* 87.

34. AMETHYSTEA. *Cor.* 5-fida: lacinia infima pa-
30 tentiore. *Stam.* approximata. *Calyx* ſubcampanulatus, *Sem.* 4, gibba.

caerulea. 1. Amethystea. — *Hall.* in *comment. gott.* 1751. *p.* 209. *tab.* 10. M.

35. CUNILA. *Cor.* ringens: Labio ſuperiore erecto,
30 plano. *Filamenta* caſtrata duo. *Semina* 4.

mariana. 1. C. foliis ovatis ſerratis, corymbis terminalibus dichotomis.

pulegioides. 2. C. fol. oblongis bidentatis, floribus verticillatis. *Bracteae utrinque binae floribus majores, praeter alias minutas.*

thymoides. 3. C. fol. ovalibus integerrimis, flor. verticillatis, caule tetragono.

capitata. 4. C. fol. ovatis, floribus terminalibus, umbella ſubrotunda. *Suppl. p.* 87.

36. ZIZIPHORA. *Cor.* ringens, labio ſuperiore re-
31. flexo, integro. *Cal.* filiformis. *Semina* 4.

capitata. 1. Z. faſciculis terminalibus, foliis ovatis *Mant.* 317.

hiſpanica. 2. Z. floribus racemoſo-ſpicatis, bracteis obovatis nervoſis acutis, fol. ovatis.

tenuior. 3. Z. flor. lateralibus, fol. lanceolatis.
acinoides. 4. Z. flor. lateralibus, fol. ovatis.

37. MONARDA. 32. *Cor.* inaequalis: labio ſuperiore lineari filamenta involvente. *Semina* 4.

fiſtuloſa. 1. M. capitulis terminalibus, caule obtuſangulo. *Riv. mon.* 58.

didyma. 2. M. floribus capitatis ſubdidynamis, caule acutangulo. *Trew Ehret* 32. *t.* 36. — *Icon. in Mill. illuſtr. ſyſt. ſex.* M.

clinopodia. 3. M. flor. capitatis, fol. laeviſſimis ſerratis.

punctata. 4. M. flor. verticillatis, corollis punctatis, bracteis coloratis. Clinopodium virginianum anguſtifolium lamii flore luteo maculato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 375. *ſ.* 1. *t.* 8. *f.* 8. *Mant.* 317. *Corollae luteae punctis purpureis.*

ciliata. 5. M. flor. verticillatis, corollis involucro longioribus.

38. ROSMARINUS. 33. *Cor.* inaequalis, labio ſuperiore bipartito. *Filamenta* longa, curva, ſimplicia cum dente.

officinalis. 1. Rosmarinus.

39. SALVIA. 33. *Cor.* inaequalis. *Filamenta* transverſe pedicello affixa.

aegyptiaca. 1. S. foliis lanceolatis, denticulatis, floribus pedunculatis. — *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 108. M. *Planta pedalis, ſtricta, brachiata. Folia nuda, denticulata, ſcabra, ſubtus rugoſiſſima. Spicae quaſi ſpinoſae. Flores terni, pedicellati, minutiſſimi. Corollae albae: Lab. ſuperiore breviſſimo, emarginato non compreſſo. L. inferiore trifido: intermedia violacea punctata. Stamina parva antheris caeruleſcentibus.*

cretica. 2. S. fol. lanceolatis, calycibus diphyllis.

lyrata. 3. S. fol. radicalibus lyratis dentatis, corollarum galea breviſſima. β. Horminum virginicum. *Sp. plant.* 832. In *Europae hortis floribus clandeſtina eſt. Mant.* 318.

officinalis. 4. S. fol. lanceolato-ovatis integris crenulatis, flor. ſpicatis, calyc. acutis.

pomi-

pomiſera. 5. S. fol. lanceolato-ovatis integris crenulatis, flor. ſpicatis, calyc. obtuſis.

urticiſolia. 6. S. fol. ovato-oblongis duplicato-ſerratis, calyc. tridentatis, lacinia ſumma tridentata. *Corollae minutae: Lab. ſuperiore brevi. Piſtillum labio ſuperiore longius.* ♄

ſerotina. 7. S. fol cordatis ſerratis mollibus, flor. racemoſo-ſpicatis: corollis vix calycem excedentibus *Mant.* 25.

viridis. 8. S. fol. oblongis crenatis, corollarum galea ſemi-orbiculata, calyc. fructiferis reflexis. — *Jacq. miſc. v. 2. p. 366. Icon. pl. rar.* M.

viſcoſa. 9. S. fol. oblongis obtuſis ſuberoſis crenatis viſcidis, flor. verticillatis, bracteis cordatis acutis *Jacq. in Litt. Icon. rar. t. 14.* M.

Hormi-num. 10. S. fol. obtuſis crenatis, bracteis ſummis ſterilibus majoribus coloratis.

ſylveſtris. 11. S. fol. cordato-lanceolatis undulatis biſerratis maculatis acutis, bract. coloratis flore brevioribus. — *Jacq. Fl. auſtr. t. 212.* M.

nemoroſa. 12. S. fol. cordato-lanceolatis ſerratis planis, bract. coloratis, corollae labio infimo reflexo.

ſyriaca. 13. S. fol. cordatis dentatis: inferioribus repandis, bract. cordatis brevibus acutis, calyc. tomentoſis. *Corollae parvae.*

haemato-des. 14. S. fol. cordato-ovatis rugoſis tomentoſis, calyc. hiſpidis, radice tuberoſa. *Caulis erectus, viſcidus. Folia cordata, repanda, rugoſa, ſupra laevia maculis ferrugineis: ſuprema parva, ſeſſilia. Calyx Lab. ſuperiore ſupra concavo, carinato, obtuſo, emarginato; L. inferiore bifido. Corollae caeruleae S. ſylveſtris: Lab. ſuperiore falcato; L. inferiore trifido: lacinia media latiſſima, emarginata, ſaccata, reflexa. Stylus galea longior. Antherae coadunatae, nigrae, polline luteo.*

auſtriaca. 15. S. fol. cordato-ovatis crenatis ad oras inciſis vel lobatis ſupra nudis caule calycibus bracteisque hirſutiſſimis. — *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. t. 112.* M.

pratenſis. 16. S. fol. cordato-oblongis crenatis: ſummis amplexicaulibus, verticillis ſubnudis, corollis galea glutinoſis.

indica. 17. S. fol. cordatis lateralibus lobatis: ſummis ſeſſilibus verticillis ſubnudis remotiſſimis. *Mant.* 318.

318. Horminum hirſutum, flore violaceo punctis aureis notato. *Moriſ. hiſt. 3. ſ. 11. t. 13. f. 16. Jacq. hort. t. 78.*

dominica. 18. S. fol. cordatis obtuſis crenatis ſubtomentoſis, corollis calyce anguſtioribus.

Verbenaca. 19. S. fol. ſerratis ſinuatis laeviuſculis, coroll. calyce anguſtioribus. Salvia fol. pinnatiſido-ſinuatis, corollae labiis approximatis. *Ger. prov. 258.*

nilotica. 20. S. fol. ſinuatis angulatis crenato-dentatis, calycum dentibus ſpinoſis, angulis margineque faucis ciliatis *Murr. in comm. gott. 1778. p. 88. t. 2.* Saluia *nilotica*, foliis cordato-ovatis crenatis rugoſis villoſis, floribus verticillatis calycibus mucronatis *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 92.* M.

nubia. 21. S. fol. lanceolato-ovatis duplicato-crenatis, tubo corollae incurvato *Murr. in comm. gott. 1778. p. 90. t. 3.* M.

clandeſtina. 22. S. fol. ſerratis pinnatifidis rugoſiſſimis, ſpica obtuſa, coroll. calyce anguſtioribus. Salvia fol. pinnato-dentatis aſperis hirſutis, verticillis piloſis, flor. apetalis, *Zinn. Fl. goett. 298. Herba S. verbenacae, foliis S. ceratophyllae, pumila.*

pyrenaica. 23. S. fol. obtuſis eroſis, ſtam. corolla duplo longioribus.

diſermas. 24. S. fol. cordato-oblongis eroſis, ſtaminibus corollam aequantibus. *Mant. 318.* Salvia caule fruticoſo, fol. ovatis ſinuatis crenatis rugoſis hirſutis. *Ard. ſpec. I. p. 9. t. 1.* Salvia villoſa et viſcoſa, fol. lanceolato-ovatis, verſus petiolum angulatis. *Allion. hort. 49. n. 4.*

mexicana. 25. S. fol. ovatis utrinque acuminatis ſerratis.

hiſpanica. 26. S. fol. ovatis petiolis utrinque mucronatis, ſpic. imbricatis, calyc. trifidis.

verticillata. 27. S. fol. cordatis crenato-dentatis, verticillis ſubnudis, ſtylo corollae labio inferiori incumbente.

napifolia. 28. S. fol. cordatis crenato-dentatis, verticillis ſubnudis, corollae labio ſuperiori cordato-emarginato. *Jacq. in Litt. Hort. t. 152.* M.

virgata. 29. S. fol. cordatis crenatis, eroſis rugoſis, verticillis in ramis virgatis longiſſimis *Jacq. in. Litt. Hort. t. 37.* M.

glutinoſa. 30. S. fol. cordato-ſagittatis ſerratis acutis. *Mant. 319.*

cana-

canarienſis. 31. S. fol. haſtato - triangularibus oblongis crenatis obtuſis. *Mant. 319.*

africana. 32. S. fol. ſubrotundis ſerratis: baſi truncatis dentatis.

aurea. 33. S. fol. ſubrotundis integerrimis: baſi truncatis dentatis. *Calyx campanulatus, trilobus, baſi villoſus.*

colorata. 34. S. fol. ellipticis ſubintegerrimis tomentoſis, calyc. limbo membranaceo colorato. *Habitat ad* Cap. b. ſpei, *arenoſa maris littora. Caules ſexpedales, inferne radicantes. Folia petiolata elliptica, tomentoſa, pollicaria: inferiora ſerrata, rarius auriculata, ſuprema integerrima. Calyces campanulati laciniis rotundatis, demum evaſuri ſcarioſi, ampli, ſanguinei.*

paniculata. 35. S. fol. obovato - cuneiformibus denticulatis nudis, caule fruteſcente. *Mant.* 25. Salvia chamaeleagna. *Berg. cap. 3.* Salvia minor aethiopica, foliis chamaeleagni aſperis. *Breyn. cent. 169. t. 5. Moriſ. hiſt. 3. ſ. 11. t. 16. f. 1. Mill. ic. 150. t. 225. f. 1.*

coccinea. 36. S. fol. cordatis ovatis acutis ſerratis ſubtus molliſſime tomentoſis, racemo terminali verticillato *Suppl. p. 88.* — Salvia *coccinea*, foliis cordato- oblongis obtuſe ſerratis, calycibus tripartitis, labio corollae inferiori ampliſſimo. *Murr. in comm. gott. 1778. p. 86. t. 1. Etlinger de Salv. p. 23.* M.

acetabuloſa. 37. S. fol. obovatis dentatis, cal. campanulatis patentibus piloſis, caule fruticuloſo. *Mant.* 25.

ſpinoſa. 38. S. fol. oblongis repandis, cal. ſpinoſis, bracteis cordatis mucronatis concavis. *Mant. 26. Corollae galea emarginata; Labii lobi laterales deflexi.*

Sclarea. 39. S. fol. rugoſis cordatis oblongis villoſis ſerratis, bracteis coloratis calyce longioribus concavis acuminatis.

ceratophylla. 40. S. fol. rugoſis pinnatifidis lanatis, verticillis ſummis ſterilibus.

Æthiopis. 41. S. fol. oblongis eroſis lanatis, verticillis lanatis, corollae labio crenato, bract. recurvatis ſubſpinoſis. — *Jacq. Fl. auſtr. t. 211.* M.

pinnata. 42. S. foliis lyrato - pinnatis. *Caulis piloſus. Folia pinnata, eroſa, impari majore; ſuprema minus pinnata. Calyx ovatus, hirtus, inflatus ore* com-

compreſſo, obtuſo, absque dentibus. Corolla non falcata, parva, purpurea.

argentea. 43. S. fol. oblongis dentato-angulatis lanatis, verticillis ſummis ſterilibus: bracteis concavis.

cerato-phylloides. 44. S. fol. pinnatifidis rugoſis villoſis, caule paniculato ramoſiſſimo. *Mant. 26.*

Forſkohlei. 45. S. fol. lyrato-auriculatis, caule ſubaphyllo, corollae galea ſemibifida. *Mant. 26.*

nutans, 46. S. fol. cordatis inaequaliter baſi exciſis, caule nudo, ſpicis ante floreſcentiam cernuis. *Acta petrop. 1747. t. 14.* — Saluia caule nudo ſpica florente pendula. *Hall. in comm. gott. 1751. p. 210. T. 11.* M.

abyſſinica. 47. S. fol. cordato-ovatis rugoſis eroſis, bracteis integerrimis laevibus. *Suppl. p. 88.* — An Salvia nubia *Murr.?* M.

triloba. 48. S. tomentoſa, fol. petiolatis rugoſiſſimis trilobis: lobo intermedio producto oblongo; lateralibus ovatis obtuſis. *Suppl. p. 88.*

aurita. 49. S. villoſa, fol. ovatis dentatis auriculatis, floribus verticillato-ſpicatis. *Suppl. p. 88.*

ſcabra. 50. S. ſcabra, fol. lyratis dentatis rugoſis, caule paniculato-ramoſo. *Suppl. p. 89.*

runcinata. 51. S. ſcabra, fol. runcinato-pinnatifidis dentatis, floribus ſpicatis verticillatis. *Suppl. p. 89.*

iaponica. 52. S. fol. bipinnatis glabris. *Thunb. japon. mſpt.* M.

40. COLLINSONIA. *Cor.* inaequalis: labio inferiore
39. multifido, capillari. *Sem.* 1. perfectum.

canadenſis. 1. Collinsonia.

41. MORINA. *Cor.* inaequalis. *Cal. fructus* 1-phyl-
39. lus, dentatus. *Cal. floris* bifidus. *Sem.* 1 ſub calyce floris.

perſica. 1. Morina.

1287. GLOBBA. *Cor.* aequalis, trifida. *Cal.* ſuperus, trifidus. *Capſ.* trilocularis. *Sem.* plurima.

marantina. 1. G. ſpica terminali erecta. *Mant. 170.*

nu-

nutans. 2. G. ſpica terminali pendula. *Mant.* 170. Globba ſylveſtris. *Rumph. amb. 6. p. 140. t. 12. 13.* (*In Suppl. hoc ſynon. ad Renealmiam pertinet.*)

uviſormis. 3. G. ſpica laterali. *Mant.* 171. Globba uviformis. *Rumph. amb. 6. p. 138. t. 69. f. 2.*

iaponica. 4. G. racemo terminali cernuo foliis enſiformibus integris. *Thunb. jap. mſpt.* M.

1353. THOUINIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus. *Antherae* ſeſſiles. *Suppl. p. 9.*

nutans. 1. Thouinia *Suppl. p. 89.*

1354. ANCISTRUM. Cal. 4-ariſtatus: ariſtis terminatis glochidibus cruciatis. *Cor.* 4-fida. *Stigma* penicillatum. *Suppl. p.* 10.

Sanguiſorbae. 1. Ancistrum. *Suppl. p. 89.*

DIGYNIA.

42. ANTHOXANTHUM. *Cal.* Gluma 2-valvis, 1-flora. 40. *Cor.* Gluma 2-valvis, acuminata. *Sem.* 1.

aculeatum. 1. A. ſpicis ſubgloboſis, involucro foliaceo brevi mucronato. *Suppl. p. 89.* Schoenus aculeatus *Syſt. ed. 13. p. 81.* — Phleum ſchoenoides *Jacq. Fl. auſtr. t. 7. Licet Jacquin cum Linn. iun. duo ſtamina modo numeret: ob defectum tamen nectarii, ariſtarum dorſalium, rel., habitum diverſum, removet ab hoc genere et vel Phleis annumerandum vel pro ſingulari genere habendum cenſet. Jacq. in Litt.* M.

odoratum. 2. A. ſpica oblonga ovata, floſculis ſubpedunculatis ariſta longioribus. *Stillingfl. miſcell. t. 1.* — *Fl. dan. t. 666. Mill. illuſtr. ic.* M.

indicum. 3. A. ſpica lineari, floſcul. ſeſſilibus ariſta brevioribus.

crinitum. 4. A. panicula ſpicaeformi cylindrica ariſtata: ariſtis longis patentibus laxis. *Suppl. p. 90.*

paniculatum 5. A. floribus paniculatis.

TRIGYNIA.

43. PIPER. *Cal.* o. *Cor.* o. *Bacca* monoſperma.
40.

nigrum. 1. P. foliis ovatis ſubſeptemnerviis glabris, petiolis ſimpliciſſimis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

Betle. 2. P. fol. oblongiuſculis acuminatis ſeptemnerviis, petiolis bidentatis.

Malamiri. 3. P. fol. ovatis acutiuſculis ſubtus ſcabris: nervis quinque ſubtus elevatis.

Amalago. 4. P. fol. lanceolato-ovatis quinquenerviis rugoſis.

Siriboa. 5. P. fol. inaequaliter cordatis ſubſeptemnerviis venoſis.

longum. 6. P. fol. cordatis petiolatis ſeſſilibusque.

decumanum. 7. P. fol. cordatis novemnerviis reticulatis.

reticulatum. 8. P. fol. cordatis quinquenerviis reticulatis.

aduncum. 9. P. fol. ovato-lanceolatis: nervis alternis, ſpicis uncinatis.

pellucidum. 10. P. fol. cordatis petiolatis, caule herbaceo. *Jacq. obſerv. 16.*

acuminatum. 11. P. fol. lanceolato-ovatis nervoſis carnoſis.

Cubeba. 12. P. fol. oblique ovatis ſ. oblongis venoſis acutis, ſpica ſolitaria pedunculata oppoſitifolia, fructibus pedicellatis *Suppl. p. 90. Inde Cubebae officinarum.*

capenſe. 13. P. fol. ouatis nervoſis acuminatis: nervis villoſis. *Suppl p. 90.*

retuſum. 14. P. fol. obouatis retuſis. *Suppl. p. 91.*

latifolium. 15. P. fol. cordatis multinerviis petiolatis, ſpicis axillaribus pedunculatis plurimis. *Suppl. p. 91.*

obtuſifolium. 16. P. fol. ovatis enerviis.

rotundifolium. 17. P. fol. orbiculatis ſolitariis carnoſis. *Jacq. obſ. 17.*

maculoſum. 18. P. fol. peltatis ovatis.

peltatum. 19. P. fol. peltatis orbiculato-cordatis obtuſis repandis, ſpic. umbellatis.

diſtachion. 20. P. fol. ovatis, ſpicis conjugatis.

umbellatum. 21. P. fol. cordatis ſubrotundis acutis venoſis, ſpicis umbellatis.

trifolium.

trifolium. 22. P. fol. ternis ſubrotundis.
quadrifolium. 23. P. fol. quaternis cuneiformibus ſeſſilibus.
reflexum. 24. P. fol. quaternis ovatis obtuſis reflexis, caule ſulcato. *Suppl. p. 91.*
verticillatum. 25. P. fol. verticillatis ovatis trinerviis.

Piperis *ſpecies. imprimis* Saururi Plum. *ſolo natali examinandae, vt appareat, utrum differant a reliquis in partibus fructificationis.*

CLAS-

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores ſuperi.*

44. VALERIANA.	*Cor.* 5-fida, baſi gibba. *Sem.* unicum.
50. MELOTHRIA.	*Cor.* 5-fida, rotata. *Bacca* 3-locularis.
55. CROCUS.	*Cor.* 6-petaloidea, erecto-patula. *Stigmata* convoluta, colorata.
59. IRIS.	*Cor.* 6-petala: Pet. alternis patentibus. *Stigma* petaloideum.
60. MORAEA.	*Cor.* 6-petala: Pet. omnibus patulis.
58. ANTHÓLYZA.	*Cor.* 6-fida tubuloſa recurvata.
57. GLADIOLUS.	*Cor.* 6-petaloidea: Pet. ſuperioribus 3. convergentibus.
WITSENIA.	*Cor.* 6-partita, cylindrica. *Stigma* emarginatum.
56. IXIA.	*Cor.* 1-petala, tubuloſa: tubo recto, filiformi; limbo 6-partito, aequali.
1355. DILATRIS.	*Cor.* 6-petala, hirſuta. *Filamentum tertium* reliquis minus. *Stigma* ſimplex.

** *Flores inferi.*

61. WACHENDORFIA.	*Cor.* 6-petaloidea, patens. *Cal.* nullus.
62. COMMELINA.	*Cor.* 6-petala: Petalis 3 ſ. 4 calyciformibus. *Nectaria* cruciata, petiolata.
54. HIPPOCRATEA.	*Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-partitus. *Capſ.* 3 bivalves.
52. LOEFLINGIA.	*Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 1-locularis
1337. WILLICHIA.	*Cor.* 4-fida. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 2-locularis.
46. TAMARINDUS.	*Cor.* 3-petala. *Cal.* 4-partitus. *Legum.* ſucculentum.
63. CALLISIA.	*Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Capſ.* 2-locularis.
47. RUMPHIA.	*Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-fidus. *Drupa* nucleo 3-loculari.

48. CNEORUM. *Cor.* 3-petala *Cal.* 3-dentatus. *Bacca* 3-cocca.
64. XYRIS. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 2-valvis. *Capſ.* 3-locularis.
49. COMOCLADIA. *Cor.* 3-partita. *Cal.* 3 partitus. *Stylus* o. *Drupa.*
45. OLAX. *Cor.* 3-fida. *Cal.* integer. *Glans.*
1289. ROTALA. *Cor.* nulla. *Cal.* 3 dentatus. *Capſ.* 3-locularis.
51. ORTEGIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 5 phyllus. *Capſ.* 1-locularis.
53. POLYCNEMUM. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus, ſubtus 3-phyllus. *Sem.* 1 nudum.

*** *Flores Graminei valvulis Glumae calycinae.* †

65. SCHOENUS. *Cor.* nulla. *Cal.* paleis faſciculatis. *Sem.* ſubrotundum.
66. CYPERUS. *Cor.* nulla. *Cal.* paleis diſtichis. *Sem.* nudum.
67. SCIRPUS. *Cor.* nulla. *Cal.* paleis imbricatis. *Sem.* nudum.
68. ERIOPHORUM. *Cor.* nulla. *Cal.* paleis imbricatis. *Sem.* lanigerum.
69. NARDUS. *Cor.* bivalvis. *Cal.* nullus. *Sem.* tectum.
70. LYGEUM. *Cor.* 2, bivalves. *Cal.* Spatha. *Sem.* 2-locular.
1356. KYLLINGIA. *Amentum* ovatum 1. oblongum, imbricatum. *Cal.* et *Cor.* bivalves.
1357. FUIRENA. *Amentum* imbricatum: ſquamis ariſtatis. *Cal.* o. *Cor.* glumis tribus. petaliformibus, obcordatis cirrho terminatis.
1358. POMMEREULLA. *Cal.* turbinatus, bivalvis: *valvulae* 4-fidae, dorſo ariſtato.

DIGYNIA.

* *Flores uniflori vagi.*

71. BOBARTIA. *Cal.* multivalvis, imbricatus.

92.

---

† GRAMINA *reliqua ſecundum ſexum diſpoſita.*

Polygamia.	Dioecia	Hexandria.
Aegilops.	*Reſtio.* M.	*Oryza.*
Cenchrus.	Monoecia.	*Ehrharta.* M.
Iſchaemum.	*Zea.* M.	*Gahnia.* M.
Apluda.	*Tripſacum.* M.	Diandria.
Holcus.	*Coix.*	*Anthoxanthum.*
Andropogon.	*Olyra.*	Monandria.
Maniſuris. M.	*Zizania.*	*Cinna.*
Chryſitrix. M.	*Pharus.*	
Spinifex. M.		

76. Panicum. *Cal.* 3-valvis: tertio dorſali minore.
72. Cornucopiae. *Cal.* 2-valvis. *Corollae* 1-valvis. *Involucr.* commune 1-phyllum; multiflorum.
94. Aristida. *Cal.* 2-valvis. *Corolla* 1-valvis apice ariſtis 3.
78. Alopecurus. *Cal.* 2-valvis. *Corolla* 1-valvis apice ſimplici.
77. Phleum. *Cal.* 2 valvis truncatus, mucronatus, ſeſſilis.
74. Phalaris. *Cal.* 2-valvis: valvis carinatis, aequalibus, corollam includentibus.
73. Paspalum. *Cal.* 2-valvis: valvis ſubrotundis figura corollae.
79. Milium. *Cal.* 2-valvis: valvis ventricoſis corolla majoribus, ſubaequalibus.
80. Agrostis. *Cal.* 2-valvis: valvis acutis corolla brevioribus,
86. Dactylis. *Cal.* 2-valvis: valva majore longiore compreſſa carinata.
90. Stipa. *Cal.* 2-valvis. *Corolla* ariſta terminali inarticulata.
92. Lagurus. *Cal.* 2-valvis villoſus. *Cor.* ariſtis 2 terminalibus et 1. dorſali.
73. Saccharum. *Cal.* lanugine extus veſtitus.

* *Arundo epigejos, calamagroſtis, arenaria.*

** *Flores biflori vagi.*

81. Aira. *Cal.* 2-valvis. *Floſculi* absque rudimento tertii.
82. Melica. *Cal.* 2-valvis. *Rudimento* tertii inter floſculos.

* *Tripſacum hermaphroditum.*

*** *Flores multiflori vagi.*

85. Uniola. *Cal.* multivalvis, carinatus.
84. Briza. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* cordata: valvis ventricoſis.
83. Poa. *Cal.* 2 valvis. *Cor.* ovata: valvis acutiuſculis.
88. Festuca. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* oblonga: valvis mucronatis.
89. Bromus. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* oblonga: valvis ſub apice ariſtatis.
91. Avena. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* oblonga: valvis dorſo ariſta contorta.
93. Arundo. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* baſi lanata, mutica.
1359. Anthistiria. *Cal.* aequaliter ad baſin fiſſus in lacinias 4. aequales.

* *Dactylis glomerata.*

**** *Spicati Receptaculo ſubulato.*

97. Secale. *Cal.* biflorus.
99. Triticum. *Cal.* multiflorus.
98. Hordeum. *Involucr.* hexaphyllum triflorum. *Flos* ſimplex.

1360.

1360. ROTTBÖLLIA. *Cal.* ovato-lanceolatus, planus, ſimplex-ſ. bipartitus: Floſculi alterni in rachide flexuoſa.
96. ELYMUS. *Involucr.* tetraphyllum biflorum. *Flos* compoſitus.
95. LOLIUM. *Involucr.* monophyllum, uniflorum. *Flos* compoſitus.
87. CYNOSURUS. *Involucr.* monophyllum laterale. *Flos* compoſitus.

TRIGYNIA.

* *Flores inferi.*

104. HOLOSTEUM. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5 phyllus. *Capſ.* apice dehiſcens.
105. POLYCARPON. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 3-valvis.
109. LECHEA. *Cor.* 3 petala. *Cal.* 3-phyllus. *Capſ.* 3-cocca.
100. ERIOCAULON. *Cor.* 3-petala. *Cal.* compoſit. *Sem.* 1 coronatum corolla.
101. MONTIA. *Cor.* 1 petala. *Cal.* 2-phyllus. *Capſ.* 3-valvis, 3 ſperma.
106. MOLLUGO. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 3-locularis.
107. MINUARTIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 1-locularis: polyſperma.
108. QUERIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 5 phyllus. *Capſ.* 1-ſperma.
1241. KOENIGIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 3 phyllus. *Sem.* 1, ovatum.
103. TRIPLARIS. *Cor.* nulla. *Cal.* 3-partitus. *Sem.* 1, calyce foliaceo patente.

* *Tillaea.*

** *Flores ſuperi.*

102. PROSERPINACA. *Cor.* nulla. *Cal.* 3-partitus, ſuperus. *Sem.* 1 triloculare.

MONOGYNIA.

44. VALERIANA. *Cal.* o. *Cor.* 1-petala, baſi hinc gibba, ſupera. *Sem.* 1.

rubra. 1. V. floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis. *Varietas β, foliis linearibus octuplo anguſtioribus.*

calcitrapa. 2. V. flor. monandris, fol. pinnatifidis.

cornucopiae. 3. V. flor. diandris ringentibus, fol. ovatis ſeſſilibus. *Pedunculi incraſſati. Semina absque pappo.*

dioica.

dioica. 4. V. flor. triandris dioicis, fol. pinnatis integerrimis. — *Fl. dan. t. 687.* M.

officinalis. 5. V. flor. triandris, fol. omnibus pinnatis. *Fl. dan. t. 570.*

Phu. 6. V. flor. triandris, fol. caulinis pinnatis; radicalibus indiviſis.

tripteris. 7. V. flor. triandris, fol. dentatis: radicalibus cordatis; caulinis ternatis ovato-oblongis. *Jacq. vind. 201.* — *Fl. auſtr. v. 3. t. 268.* M.

montana. 8. V. flor. triandris, fol. ovato-oblongis ſubdentatis, caule ſimplici. *Jacq. vind. 202.* — *Fl. auſtr. v. 3. t. 269.* M. (*excluſo ſynonymo ultimo.*)

celtica. 9. V. flor. triandris: fol. ovato-oblongis obtuſis integerrimis. *Jacq. vind. 203. Folia 2 caulina linearia obtuſa. Flores verticillati.*

tuberoſa. 10. V. flor. triandris, fol. radicalibus lanceolatis integerrimis; reliquis pinnatifidis *Ger. prov. 218.*

ſaxatilis. 11. V. flor. triandris, fol. ſubdentatis: radicalibus ovatis; caulinis lineari-lanceolatis. *Jacq. vind. 204.* — *Fl. auſtr. v. 3. t. 267.* M. *Folia caulina 2 oppoſita. Rami brachiati.*

elongata. 12. V. flor. triandris, fol. radicalibus ovatis; caulinis cordatis ſeſſilibus inciſo-ſubhaſtatis. *Sp. pl. 1664.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 219.* M.

pyrenaica. 13. V. flor. triandris, fol. caulinis cordatis dentatis petiolatis: ſummis ternatis.

ſcandens. 14. V. flor. triandris, fol. ternatis caule ſcandente.

chinenſis. 15. V. flor. triandris, fol. omnibus cordatis repando-lobatis. *Burm. ind. t. 6. f. 3. Similis* Boerhaaviae ſcandenti, *ſed oppoſitis ramis et pedunculis. Folia lobato-repanda. Mant. 319.*

Locuſta. 16. V. flor. triandris, caule dichotomo, fol. linearibus.

olitoria. α. fructu ſimplici. — *Fl. dan. t. 738.* M.

veſicaria. β. calycibus inflatis, dent. 6 inflexis; involucella 5-phylla, 3-flora.

coronata. γ. fructu ſexdentato.

diſcoidea. δ. fructu duodecim-dentato, hypocrateriformi, acuminibus 12, retrorſum uncinatis.

dentata. ε. ſeminis corona tridentata.

radiata.

Valeriana *maxime omnium differt fructificatione*: Corolla *regulari ſ. irregulari*, Stam. 1, 2, 3, 4, Fructu *monoſpermo ſ. diſpermo nudo, coronato, pappoſo.* etc.

radiata. ζ. involucro flores cingente.
pumila. η. caule dichotomo, fol. imis dentatis: ſummis linearibus multifidis. *Sauv. monſp.* 13. *Gouan. hort.* 23. Valeriana ſemine umbilicato rotundo nudo. *Tournef. inſt.* 132. Phu minimum. *Lob. ic.* 716. Semina in his α-η diſperma.
mixta. 17. V. flor. triandris, caule quadrifido, fol. imis bipinnatifidis, ſem. pappo plumoſo.
echinata. 18. V. flor. triandris regularibus, fol. dentatis, fructu lineari tridentato: extimo majore recurvato. Valeriana flor. triandris, caul. dichotomo, pedunc. conicis. *Ger. prov.* 218.
ſupina. 19. V. flor. tetrandris, involucellis hexaphyllis trifloris, fol. integris. *Mant.* 27.
ſibirica. 20. V. flor. tetrandris aequalibus, fol. pinnatifidis, ſem. paleae ovali adnatis. — Valeriana tetraſtemon ſemine foliolo innato *Hall. in comm. gott.* 1751. *p.* 207. *t.* 9. M.
villoſa. 21. V. flor. tetrandis aequalibus, fol. inferioribus auriculatis, ſuperioribus dentatis, villoſis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

45. OLAX. *Cal.* integer. *Cor.* infundibuliformis, 3-fida
48. *Nectario* 4-phyllo.

zeylanica. 1. Olax.

46. TAMARINDUS. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 3. *Nectarium* ſetis 2 brevibus ſub filamentis. *Legumen* pulpoſum.
48.

indica. 1. Tamarindus. *Jacq. amer.* 10. *t.* 10. — *Ed.* 2. *pict. p.* 11. *t.* 13. M.

47. RUMPHIA. *Cal.* 3-fidus. *Petala* 3. *Drupa* 3-locularis.
49.

amboinenſis. 1. Rumphia.

48. CNEORUM. *Cal.* 3-dentatus. *Petala* 3, aequalia. *Bacca* 3-cocca.
49.

tricoccon. 1. Cneorum.

49. COMOCLADIA. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-partita.
49. *Drupa* oblonga: nucleo bilobo.

integrifolia. 1. C. foliolis integris. *Lignum duriſſimum* — *Jacq. amer. pict. p. 12.* M.

dentata. 2. C. foliolis ſpinoſo dentatis. *Jacq. amer. 13. t. 173. f. 4.* — *Ed. 2. pict. p. 12. t. 259. f. 2. quoad folium.* M. *Arbor odore ſtercoris. Succus niger vix eluendus.*

1337. WILLICHIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.

repens. 1. Willichia. *Mant.* 558. *Folia alterna, orbiculata: Petiolis craſſis. Pedunculi gemini, uniflori, hirſuti.*

50. MELOTHRIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* campanulata,
49. 1-petala. *Bacca* 3-locularis, polyſperma.

pendula. 1. Melothria. *Pedunculi filiformes, laxi, uniflori. Vidi duos flores maſculos, praeter hermaphroditos, ſemel.*

1289. ROTALA. *Cal.* 3-dentatus. *Cor.* o. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma.

verticillaris. 1. Rotala. *Mant.* 175. *Folia verticillata*

51. ORTEGIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 1-locula-
49. ris. *Sem.* plurima.

hiſpanica. 1. O. floribus ſubverticillatis, caule ſimplici.

dichotoma. 2. O. flor. ſolitariis axillaribus, caule dichotomo. Ortegia dichotoma, axillis foliorum ſubhiſpidis. *Allion. aliq. 176. t. 4 f. 1. Radix perennis. Statura Galii. Caulis erectus, rigens, ſcabriuſculus, utrinque canaliculatus geniculis incraſſatis. Folia oppoſita, linearia, patentia, dorſo minime glabra. Stipulae binae utrinque inter foliorum oppoſitiones, minutae, ſetaceae, baſi craſſiuſcula colorata. Rami alterni. Panicula terminalis, dichotomia breviſſime pedunculati, virides. Stylus filiformis. Stigmata 3, diſtincta, oblonga, pubeſcentia, ſingula ſtylo craſſiora. Affinis maxime polycarpo. Mant. 175.*

52.

52. LOEFLINGIA. *Cal.* 5-phyllus *Cor.* 5-petala, 50. minima. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis.

hiſpanica. 1. Loeflingia. *Act. Stockh.* 1758. *p.* 16. *t.* 1. *f.* 1, *Folia oppoſita, mucronata. Rami proſtrati, alterni, pubeſcentes, viſcidi. Facies Scleranthi.*

53. POLYCNEMUM. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 5, calyciformia. 50. *Sem.* 1, ſubnudum.

arvenſe. 1. Polycnemum. *Gouan. hort* 24. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 365. M.

54. HIPPOCRATEA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 50. 3, obcordatae.

volubilis. 1. Hippocratea. *H. ſcandens. Jacq. amer. t.* 9. — *Ed.* 2. *pict. p.* 10. *t.* 12. M.

55. CROCUS. *Cor.* 6-partita, aequalis. *Stigmata* con- 50. voluta.

ſativus. 1. C. ſpatha univalvi radicali, corolla tubo longiſſimo.
officinalis. α. autumnalis, *foliis anguſtioribus margine revolutis.* — *Mill. illuſtr. icon.* M.
vernus. β. vernalis, *fol. latioribus margine patulo.* — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 5. *app. t.* 36. M.

...WITSENIA. *Cor.* 6-partita, cylindrica. *Stigma* emarginatum. *Thunb. diſſ. nov. gen. pl. p.* 33. M.

maura. 1. Witsenia. *Thunb. l. c. p.* 34. *c. tab.* Antholyza maura. *Syſt. ed.* 13. *Mant. p.* 175. M.

56. IXIA. *Cor.* 1-petala, tubuloſa; tubo recto, filiformi; 51. limbo 6-partito, campanulato, aequali. — Stigmata tria, ſimplicia. Conf. *Thunb. Diſſ. de Ixia. p.* 1. 2. M.

* *caule ramisque folioſis.*

fruticoſa. 1. I. caule ramoſo, foliis imbricatis tecto. *Thunb. loc. cit. n.* 1. *c. tab.* M.

** *ſcapo foliis breviore.*

minuta. 2. I. ſcapis unifloris, foliis laevibus. *Thunb. loc. cit. n.* 2. *c. tab.* M.

Bulbocodium. 3. I. ſcapo ramoſo, floribus ſolitariis, foliis ſulcatis reflexis. *Thunb. loc. cit. n.* 3. M. Ixia *Bulbocodium*, ſcapo unifloro breviſſimo, foliis angula-

gulatis caulinis, ſtigmatibus ſextuplicibus *Syſt. ed. 13. p. 76. Mant. p. 320.* Bulbocodium pedunculis nudis unifloris, foliis ſubulatis longiſſimis. *Mill. ic. 240. Crocus* vernus anguſtifolius IV. *Cluſ. hiſt. 1. p. 208. Spatha bivalvis, glumiformis, longitudine ſere corollae coeruleae fundo flavo.* — Ixia *roſea* ſcapo unifloro aphyllo breviſſimo? *Linn. Syſt. ed. 13. p. 75. Thunb.*

humilis. 4. I. ſcapo ramoſo, floribus ſecundis, foliis ſulcatis erectis. *Thunb. loc. cit. n. 4.* M.

*** *ſcapo foliis longiore.*

a. *hirſutae.*

piloſa. 5. I. foliis linearibus piloſis, floribus alternis. *Thunb. loc. cit. n. 5.* M.

hirta. 6. I. fol. enſiformibus hirtis, flor. ſecundis. *Thunb. loc. cit. n. 6.* M.

ſecunda. 7. I. fol. elliptico-enſiformibus, ſcapo villoſo-ſcabro. *Thunb. loc. cit. n. 7.* Ixia *flexuoſa*, foliis linearibus, racemo flexuoſo multifloro? *Linn. Spec. pl. p. 51.* Ixia *ſcillaris*, foliis enſiformibus ſtriatis, ſpica elongata? *Syſt. ed. 13. p. 76. Spec. pl. p. 52.* Ixia ſecunda *Berg. pl. cap. p. 6. Thunb.* M.

b. *glabrae.*

α. foliis criſpis.

criſpa. 8. I. fol. linearibus criſpis, flor. alternis. *Thunb. loc. cit. n. 8. c. tab.* M.

cinnamomea. 9. I. fol. lanceolatis criſpis, flor. alternis. *Thunb. loc. cit. n. 9. c. tab.* M.

corymboſa. 10. I. fol. lanceolatis criſpis, ſcapo ancipiti. *Thunb. l. cit. n. 10.* M. Ixia *corymboſa*, floribus corymboſis pedunculatis, caule ancipiti. *Syſt. ed. 13. p. 76. Flores coerulei.*

β. foliis aequalibus.

linearis. 11. I. fol. linearibus, ſcapo ſimplici erecto. *Thunb. l. cit. n. 11.* M.

capillaris. 12. I. fol. linearibus, ſcapo polyſtachyo, ſpathis ſcarioſis. *Thunb. loc. cit. n. 12. c. tab.* M.

ſetacea. 13. I. fol. linearibus, ſcapo flexuoſo glabro. *Thunb. loc. cit. n. 13.* M.

ſcil-

ſcillaris. 14. I. fol. linearibus, flor. ſecundis, rachide flexuoſa. *Thunb. loc. cit. n. 14.* M.

ariſtata. 15. I. fol. linearibus, ſpathis ariſtato-dentatis. *Thunb. loc. cit. n. 15.* M.

pendula. 16. I. fol. lineari-enſiformibus, ſcapo polyſtachio, ſpicis pendulis. *Thunb. loc. cit. n. 16.* M.

bulbifera. 17. I. fol. enſiformibus, ſpathis membranaceis ſetaceo-laceris. *Thunb. loc. cit. n. 17.* M. Ixia *bulbifera,* foliis linearibus, axillis bulbiferis, floribus alternis, ſtaminibus lateralibus. *Syſt. ed. 13. p. 76. Mill. ic. 158. t. 236. f. 2.*

erecta. 18. I. fol. enſiformibus, ſcapo polyſtachyo, flor. alternis immaculatis. *Thunb. loc. cit. n. 18.* M. Ixia *polyſtachia,* foliis linearibus, ſcapo ſpicis pluribus. *Syſt. ed.* 13. *p.* 76. Ixia *erecta,* tubis florum capillaribus erectis, ſpathis duplo longioribus. *Berg. pl. cap. p. 5. Petala alba punctis adſperſa.*

maculata. 19. I. fol. enſiformibus, ſcapo polyſtachyo, flor. alternis, corollis baſi maculatis. *Thunb. loc. cit. n. 19.* M. Ixia *maculata,* foliis enſiformibus, floribus alternis, petalis baſi obſcuris. *Syſt. ed. 13. p. 76.* Ixia foliis gladioli glabris, floribus corymboſis terminalibus. *Mill. ic. t. 156. f. 1.* Siſyrinchium maius afric. flore luteo macula notato. *Old. afric. 32.*

crocata. 20. I. fol. enſiformibus, flor. ſecundis, corollis baſi hyalino-feneſtratis. *Thunb. loc. cit. n. 20.* M. Ixia *crocata,* foliis enſiformibus, floribus alternis, petalis baſi hyalino-feneſtratis. *Syſt. ed. 13. p. 76. Linn. fil. Dec. 13. t. 7.* Ixia Milleri *Berg. c. 8.* Ixia planifolia, caule multifloro, ſpatha breviſſima *Mill. ic. 160. t. 239. f. 2. excluſis ſynonymis. Petala feneſtrata, ut alae Phalaenae Atlantis, ſingularia: Spicae ſcapi ſaepe duae.*

lancea. 21. I. fol. enſiformibus, flor. ſecundis, ſcapo ſimplici flexuoſo. *Thunb. loc. cit. n. 21.* M.

pentandra. 22. I. fol. enſiformibus, flor. pentandris. *Thunb. loc. cit. n. 22.* M. Ixia ſcillaris? *Linn. ſpec. pl. p. 52. Syſt. ed. 13. p. 76. Thunb. l. c. n. 7.*

falcata. 23. I. fol. enſiformibus reflexo-falcatis. *Thunb. loc. cit. n. 23. c. ic.* M.

excisa. 24. I. fol. ovatis, flor. ſecundis, ſcapo flexuoſo. *Thunb. loc. cit. n. 24. c. ic.* M.

57. GLADIOLUS. *Cor.* 6-partita, ringens. *Stamina*
52. adſcendentia.

communis. 1. G. foliis enſiformibus, floribus diſtantibus. Gladiolus floribus uno verſu diſpoſitis major et procerior. *Bauh. pin.* 41. γ. Gladiolus utrinque floridus. *Bauh. pin.* 41.

imbricatus. 2. G. fol. enſiformibus, flor. imbricatis.

alatus. 3. G. fol. enſiformibus, petalis lateralibus latiſſimis.

plicatus. 4. G. fol. enſiformibus plicatis villoſis, ſcapo laterali, corollis regularibus.

triſtis. 5. G. fol. lineari-cruciatis, corollis campanulatis. Gladiolus floribus linearibus ſulcatis, flor. alternis, petalis acutioribus. *Mill. ic.* 157. *t.* 235. *f.* 1. *Breyn. prodr.* 3. *t.* 7. *f.* 1. *Corollae aeſtivatio Gladioli: petalo ſupremo intra lateralia proxima.*

undulatus. 6. G. fol. enſiformibus, petalis ſubaequalibus lanceolatis undulatis. *Mant.* 27.

recurvus. 7. G. fol. enſiformibus, petalis ſubaequalibus lanceolatis recurvatis. *Mant.* 28.

ſpicatus. 8. G. fol. linearibus, caule ſimpliciſſimo, flor. ſpicatis.

alopecuroides. 9. G. fol. linearibus, ſpica diſticha imbricata.

anguſtus. 10. G. fol. linearibus, flor. diſtantibus, corollarum tubo limbis longiore.

ramoſus. 11. G. caule ramoſo, fol. linearibus.

capitatus. 12. G. caule ramoſo, capit. pedunculatis, rad. tuberoſa.

criſpus. 13. G. fol. lanceolatis crenatis undulatis, floribus ſecundis, ſpicis duabus, tubo filiformi longo. *Suppl. p.* 94.

iunceus. 14. G. fol. lato-lanceolatis, culmo ramoſo, floribus ſecundis, ſtylo ſexpartito. *Suppl. p.* 94.

anceps. 15. G. fol. enſiformibus undulatis, caule ramoſo ancipite divaricato. *Suppl. p.* 94.

gramineus. 16. G. petalis lanceolatis ſetaceo-acuminatis. *Suppl. p.* 95.

marginatus. 17. G. fol. cartilagineo-marginatis glabris multinerviis, ſpica elongata, floribus alternis nutantibus. *Suppl. p.* 95.

montanus. 18. G. fol. enſiformibus nervoſis glabris, floribus ſpicatis, corolla ringente. *Suppl. p.* 95.

fal-

falcatus. 19. G. caule ſimplici, foliis ſalcatis, floribus alternis, ſtylo trifido. *Suppl. p. 95.*

flexuoſus. 20. G. foliis linearibus, caule ſimplici flexuoſo, floribus ſpicatis ringentibus, tubo longo. *Suppl. p. 96.*

longiflorus. 21. G. caule tereti tubo longiſſimo, ſpathis foliisque linearibus glabris. *Suppl. p. 96.*

tubiflorus. 22. G. caule tereti, tubo longiſſimo, ſpathis foliisque hirſutis. *Suppl. p. 96.*

ſpathaceus. 23. G. caule ramoſo, floribus ſpicato-imbricatis, ſpathis membranaceis ariſtatis, foliis plicatis. *Suppl. p. 96.*

latifolius. 24. G. caule ramoſo, corolla ringente, folio infimo filiformi-ſetaceo. *Suppl. p. 96.*

58. ANTHOLYZA. *Cor.* tubuloſa, irregularis, recurvata. *Capſ.* infera.
53.

ringens. 1. A. corollae labiis divaricatis, fauce compreſſa.

plicata. 2. A. foliis plicatis, caule ramoſo hirſuto, corolla ringente ſtaminibus breviore *Suppl. p. 96.*

Cunonia. 3. A. corollis ſubpapilionaceis: labii lobis duobus externis latioribus adſcendentibus. *Corollae coccineae papilionaceae carina viridi trifida. Mant. 320.*

aethiopica. 4. A. corollis incurvatis: labii quinquepartiti lobis duobus alternis patulis majoribus lanceolatis.

Meriana. 5. A. coroll. infundibuliformibus, fol. enſiformibus. Watſonia. *Mill. ic. t. 276.* Gladiolus merianus

Merianella. 6. A. coroll. infundibuliformibus, fol. linearibus. Watſonia humilis, fol. lineari-enſiformibus, tubo floris longiſſimo. *Mill. ic. 198. t. 297. f. 2. Radix bulboſa. Culmus ſeſquipedalis, laevis, teres. Folia alterna, 3. ſ. 4, vaginantia, enſiformia, ſtriata, pubeſcentia, praeter vaginas brevia. Flores 3, alterni, ſecundi, ſeſſiles Glumae bivalves, lanceolatae. Corolla hypocrateriformis: Tubo incurvo, purpuraſcente, limbis longiore. Limbo ſexpartito, aequali: Laciniis ovatis, acutiuſculis, flavis. Stamina adſcendentia, longitudine corollae. Antherae lineares, incumbentes. Stylus filiformis. Stigmata 3, filiformia.* Meriana *differt facie, ſed limites a Gladiolis et Ixiis ſeparantes non ſuccurrunt. Flores in hac pallide rubri, in praecedenti ruberrimi.*

Gladiolus merianella Wild.

Lucidor. 7. A. foliis radicalibus baſi filiformi apice dilatato-ſubulatis ſulcatis, caule ſimplici folioſo ſpicato. *Suppl. p. 96.*

59. IRIS. 55. *Cor.* 6-petala, inaequalis, petalis alternis geniculato-patentibus. *Stigmata* petaliformia, cucullato-bilabiata. Conf. *Thunb. Diſſ. de Iride. p. 2.* M.

* *Barbatae.* (quarum petala patentia pilis inſtruuntur M.

a. foliis enſiformibus.

ciliata. 1. I. barbata foliis enſiformibus ciliatis. *Thunb. loc. cit. n.* 1. M.

minuta. 2. I. barbata fol. enſiformibus glabris, ſcapo unifloro, petalis oblongis acutis. *Thunb. loc. cit. n.* 2. M.

pumila. 3. I. barbata fol. enſiformibus glabris, ſcapo unifloro, petal. oblongis obtuſis. *Thunb. loc. cit. n.* 3. M. Iris *pumila* corollis barbatis, caule foliis breviore unifloro. *Syſt. ed.* 13. *p.* 78. *Jacq. Fl. auſtr. t. 1.*

ε. Iris anguſtifolia maritima minor. *Bauh. pin.* 33.

η. Chamaeiris flore luteo et pallide luteo. *Bauh. pin.* 34.

ϑ. Chamaeiris ſaxatilis gallica. *Bauh. pin.* 34. *Caulis interdum foliis longior evadit.*

ſuſiana. 4. I. barbata fol. enſiformibus glabris, ſcapo unifloro, petalis rotundatis. *Thunb. loc. cit. n.* 4. M. Iris *ſuſiana*, corolla barbata, caule foliis longiore unifloro. *Syſt. ed. p.* 13. 78.

florentina. 5. I. barbata fol. enſiformibus glabris brevioribus ſcapo ſubbifloro. *Thunb. loc. cit. n.* 5. M. Iris *florentina*, corollis barbatis, caule foliis alternis ſubbifloro, floribus ſeſſilibus. *Syſt. ed.* 13. *p.* 78.

biflora. 6. I. barbata fol. enſiformibus glabris brevioribus ſcapo ſubtrifloro. *Thunb. loc. cit. n.* 6. M. Iris *biflora*, corollis barbatis, caule foliis breviore trifloro. *Syſt. ed.* 13. *p.* 78. *Caulis teres. Folia extrorſum ſubfalcata. Germen teres, exaratum 3 ſtriis. Corollae violaceae, non emarginatae. Petala erecta barba alba adjectis ſtriis albis ramoſis. Floret quotannis bis.*

aphylla.

aphylla. 7. I. barbata fol. enſiformibus glabris aequantibus, ſcapo multifloro ſubnudo. *Thunb. loc. cit. n.* 7. M. Iris *aphylla*, corollis barbatis, ſcapo nudo longitudine foliorum multifloro. *Syſt. ed.* 13. *p.* 78.

variegata. 8. I. barbata fol. enſiformibus glabris aequantibus, ſcapo multifloro. *Thunb. loc. cit. n.* 8. M. Iris *variegata*, corollis barbatis, caule ſubfolioſo longitudine foliorum multifloro. *Syſt. ed* 13. *p.* 78. *Jacq. auſtr. t.* 5.

germanica. 9. I. barbata fol. enſiformibus glabris falcatis brevioribus ſcapo multifloro. *Thunb. loc. cit. n.* 9. M. Iris *germanica*, corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 78.

ſambucina. 10. I. barbata fol. enſiformibus glabris erectis brevioribus ſcapo multifloro, petalis deflexis planis. *Thunb. loc. cit. n.* 10. M. Iris *ſambucina*, corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, petalis deflexis planis; erectis emarginatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 78. *Jacq. hort. t.* 2.

ſqualens. 11. I. barbata fol. enſiformibus glabris erectis brevioribus ſcapo multifloro, petal. deflexis replicatis. *Thunb. loc cit. n.* 11. M. Iris *ſqualens*, corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, petalis deflexis replicatis, erectis emarginatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 78.

compreſſa. 12. I. barbata fol. enſiformibus glabris, ſcapo paniculato compreſſo. *Thunb. loc. cit. n.* 12. M.

dichotoma. 13. I. barbata fol. enſiformibus glabris, caule paniculato tereti. *Thunb. loc. cit. n.* 13. Iris dichotoma. *Pall. itin. vol.* 3. *p.* 714. *tab. A. fig.* 2. M.

b. *foliis linearibus.*

tripetala. 14. I. barbata folio lineari longiori ſcapo unifloro, petalis alternis ſubulatis. *Thunb. loc. cit. n.* 14. M.

tricuſpis. 15. I. barbata folio lineari longiore ſcapo ſubbifloro, petalis alternis trifidis. *Thunb. loc. cit. n.* 15. M

plumaria. 16. I. barbata fol. linearibus, ſcapo multifloro, ſtigmatibus ſetaceo-multifidis. *Thunb. loc. cit. n.* 16.

n. 16. Moraea *juncea*, foliis ſubulatis. *Syſt. ed. 13. p. 79.* Moraea *vegeta*, foliis canaliculatis *ibid.* ubi *Linneus* citat *Mill. ic. 159. t 238. f. n. 1. 1.* Moraea iriopetala *Suppl. p. 100. Thunb.* M.

** *Imberbes.*

a. *foliis enſiformibus.*

Xiphium. 17. I. imberbis foliis enſiformibus canaliculato-ſubulatis brevioribus ſcapo bifloro. *Thunb. loc. cit. n. 17.* M. Iris *Xiphium*, corollis imberbibus, floribus binis, foliis ſubulato-canaliculatis caule brevioribus *Syſt ed 13. p. 79.*

pſeud-Acorus. 18. I. imberbis fol. enſiformibus, petalis alternis ſtigmate minoribus. *Thunb loc. cit. n. 18.* M. Iris *pſeud-Acorus* corollis imberbibus, petalis inferioribus ſtigmate minoribus, foliis enſiformibus. *Syſt. ed 13. p. 79. Fl. dan. t 494.*

foetida. 19. I. imberbis fol. enſiformibus, ſcapo unanguiato. *Thunb loc. cit. n. 19* M. Iris *foetidiſſima*, corollis imberbibus: petalis interioribus patentiſſimis; caule unanguiato, foliis enſiformibus. *Syſt. ed. 13. p. 79.*

virginica. 20. I. imberbis fol. enſiformibus, ſcapo ancipiti. *Thunb. loc. cit. n. 20.* M. Iris *virginica*, corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule ancipiti *Syſt. ed. 13. p. 79.*

verſicolor. 21. I. imberbis fol. enſiformibus, ſcapo tereti flexuoſo, germinibus ſubtrigonis. *Thunb. loc. cit. n. 21.* M. Iris *verſicolor*, corollis imberbibus, germinibus ſubtrigonis, caule tereti flexuoſo, foliis enſiformibus. *Syſt. ed. 13. p. 79.*

ochroleuca. 22. I. imberbis fol. enſiformibus, ſcapo ſubtereti, germinibus hexagonis. *Thunb. loc. cit. n. 22* M. Iris *ochroleuca*, corollis imberbibus, germinibus ſexangularibus, caule ſubtereti, foliis enſiformibus ſtriatis. *Syſt. ed. 13. p. 79. Mant. 175.*

ſpathacea. 23. I. imberbis fol. enſiformibus rigidis. ſcapo tereti bifloro. ſpathis longiſſimis. *Thunb. loc. cit. n. 23.* M.

ramoſa. 24. I. imberbis fol. enſiformibus, caule paniculato multifloro. *Thunb. loc. cit. n. 24.* M.

b. *fo-*

b. *foliis linearibus.*

Siſyrinchium. 25. I. imberbis fol. linearibus undulatis reflexis. ſcapo unifloro. *Thunb. loc. cit. n.* 25. M. Iris *Siſyrinchium*, corollis imberbibus, foliis canaliculatis, bulbis geminis ſuperimpoſitis. *Syſt ed.* 13. *p.* 79.

verna. 26. I. imberbis fol. linearibus planis, ſcapo unifloro, petalis alternis aequantibus. *Thunb. loc. cit. n.* 26 M. I. *verna*, corollis imberbibus, caule unifloro foliis breviore, radice fibroſa. *Syſt. ed.* 13. *p.* 79.

perſica. 27. I. imberbis fol. linearibus planis, ſcapo unifloro, petal. alternis brevioribus. *Thunb. loc. cit. n.* 27. M. Iris *perſica*. corolla imberbi, petal interioribus breviſſimis patentiſſimis. I. bulboſa praecox minus odora perſica variegata. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 357. *Foliis ſubulato-canaliculatis caule longioribus.*

anguſta. 28. I. imberbis folio filiformi-lineari erecto glabro, ſcapo glabro ſubunifloro, ſpathis obtuſis. *Thunb. loc. cit. n.* 28. M.

ſetacea. 29. I. imberbis folio filiformi lineari erecto glabro, ſcapo glabro unifloro, ſpathis acutis membranaceis. *Thunb. loc. cit. n.* 29. *tab.* 1. M.

tenuifolia. 30. I. imberbis fol. filiformi-linearibus, ſcapo bifloro. *Thunb. loc. cit. n.* 30. M. *Pall. itin. v.* 3. *p* 714. *tab. C. fig* 2.

graminea. 31. I. imberbis fol. linearibus, ſcapo ſubbifloro ancipiti, germinibus hexagonis. *Thunb. loc. cit. n.* 31. M. Iris *graminea*. corollis imberbibus, germinibus ſexangularibus, caule ancipiti, foliis linearibus. *Syſt. ed.* 13. *p.* 79. *Jacq. Fl. auſtr. t.* 2. *Caulis compreſſiſſimus bifolius, ante antheſin procumbens.*

ſpuria. 32. I. imberbis fol. linearibus, ſcapo ſubtrifloro tereti, germinibus hexagonis. *Thunb. loc. cit. n.* 32. M. Iris *ſpuria*, corollis imberbibus, germinibus ſexangularibus, caule tereti. foliis ſublinearibus. *Syſt. ed* 13 *p.* 78. *Jacq. auſtr. t.* 4. — *Fl. dan. t.* 734. M

ſibirica. 33. I. imberbis fol. linearibus, ſcapo ſubtrifloro tereti, germinibus trigonis. *Thunb. loc. cit. n.* 33 M. Iris *ſibirica*, corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, foliis

liis linearibus. *Syſt. ed. 13. p. 79. Jacq. auſtr. t. 3.*

flexuoſa. 34. I. imberbis fol. linearibus flexuoſis, caule trifloro tereti craſſo, germinibus trigonis. *Murr.* Iris flexuoſa. *Murr. in comm. gott. 1776. p. 30. tab. 4. Utique imberbis. Flos albus. Proxime ad praecedentem accedit.* M.

martinicenſis. 35. I. imberbis fol. linearibus, petalis baſi foveolis glandulosis, germinibus trigonis. *Thunb. loc. cit. n. 34.* M. Iris *martinicenſis*, corollis imberbibus, germinibus trigonis, petalis baſi foveolis glanduloſis *Syſt. ed. 13. p. 79. Jacq. amer. 7. t. 7. — Ed. 2. pict. p. 10. t. 10.* M.

pavonia. 36. I. imberbis folio lineari glabro, ſcapo ſubuniflo-floro. *Thunb. loc. cit. n. 35. tab. 1.* M.

criſpa. 37 I. imberbis fol. linearibus criſpis. *Thunb. loc. cit. n. 36. tab. 1.* M.

papilionacea. 38. I. imberbis fol. linearibus reflexis hirtis. *Thunb. loc cit. n. 37. tab. 2.* M

ed[illegible]is. 39. I. imberbis folio lineari pendulo glabro, ſcapo glabro multifloro. *Thunb. loc. cit n. 38.* M.

triſtis. 40. I. imberbis fol. linearibus glabris, ſcapo hirto ramoſo. *Thunb. loc. cit 39.* M.

polyſtachia. 41. I. imberbis fol. linearibus planis, ſcapo glabro ramoſo. *Thunb. loc. cit. n. 40.* M.

viſcaria. 42. I. imberbis fol. linearibus planis, ſcapo viſcoſo. *Thunb. loc. cit. n. 41.* M.

bituminoſa. 43. I. imberbis fol. linearibus ſpiralibus, ſcapo viſcoſo. *Thunb. loc. cit. n. 42. tab. 2.* M.

c. *foliis tetragonis.*

tuberoſa. 44. I. imberbis fol. tetragonis. *Thunb. loc. cit. n. 43.* M. Iris *tuberoſa*, corollis imberbibus, foliis tetragonis. *Syſt. ed. 13. p. 79.*

60. MORÆA. *Cor.* hexapetala; *Petala* 3 interiora patentia; reliqua Ireos.
59.

polyanthos. 1. M. caule ramoſiſſimo, foliis ſubulatis glabris, petalis alternis minoribus, ſtigmatibus bifidis. *Suppl. p. 99.*

ſpathacea. 2. M. ſcapo tereti, fol. teretibus dependentibus longis, floribus aggregatis capitatis. *Suppl. p. 99.*

lugens

lugens. 3. M. caule ancipiti uni-ſ. biſloro, fol. enſiformibus: infimis ſubfalcatis, floribus terminalibus *Suppl. p.* 99.

ſpiralis. 4. M. caule compreſſo articulato multiſloro, fol. enſiformibus erectis, floribus axillaribus. *Suppl. p.* 99.

chinenſis. 5. M. caule compreſſo, fol. enſiformibus panicula dichotoma, flor. pedunculatis. *Murr.* Ixia chinenſis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 76. *Trew ehret.* 23. *t.* 52. *Flores crocei maculati.*

aphylla, 6. M. ſcapo compreſſo nudo glaberrimo ſpatha longiſſima ſubulata, floribus capitatis. *Suppl. p.* 99.

gladiata. 7. M. ſcapo compreſſo, ſpatharum ſquamis muticis, ſtylis tribus. *Murr.* Ixia gladiata. *Suppl. p.* 93.

filiformis. 8. M. ſcapo foliisque filiformibus, floribus terminalibus ſolitariis. *Suppl. p.* 100.

flexuoſa. 9. M. caule tereti articulato ramoſo, fol. planis laxis revolutis, ſpica flexuoſa. *Suppl. p.* 101. Ixia longifolia. *Jacq. hort. v.* 3. *t.* 90. *Rariſſime in horto caulis ramoſus, qui ipſe non veram ſpicam gerit, ſed ex nodis ſingulis plures longe pedunculatos flores aggregatim.*

africana. 10. M. floribus capitatis ſpathis laceris. *Murr.* Ixia africana. *Syſt. ed.* 13. *p.* 76.

iridioides. 11. M. foliis gladiatis. *Mant.* 1. *p.* 28. Moraea foliis enſiformibus. *Syſt. ed.* 13. *p.* 79. *Differt haec ab Iridibus corolla tota patente; modo haec ſufficiant.*

fugax. 12. M. fol. gramineis tandem convolutis, ſtigmate petaloideo petalis imberbibus. *Jacq. in Litt. Hort. v.* 3. *t.* 20. M.

1355. DILATRIS. *Cal.* o. *Cor-* 6-petala, hirſuta. *Filamentum tertium* reliquis minus. *Stigma* ſimplex. *Suppl. p.* 10.

umbellata. 1. D. petalis ovatis, corymbo faſtigiato hirſuto. *Suppl. p.* 101. Wachendorfia umbellata. *Syſt. ed.* 13. *p.* 80.

viſcoſa. 2. D. petalis linearibus, corymbo faſtigiato villoſo viſcoſo. *Suppl. p.* 101.

pani-

paniculata. 3. D. petalis lanceolatis, panicula oblonga villoſa viſcoſa. *Suppl. p.* 101.

61. WACHENDORFIA. *Cor.* hexapetala, inaequalis,
59. infera. *Capſ.* trilocularis, ſupera.

thyrſiflora. 1. W. ſcapo ſimplici.

paniculata. 2. W. ſcapo polyſtachyo. Erythrobulbus hellebori albi plicatis foliis. *Pluk. mant.* 70.

graminifolia. 3. W. caule polyſtachyo hirſuto, foliis enſiformibus canaliculatis glabris. *Suppl. p.* 101.

62. COMMELINA. *Cor.* 6-petala. *Nectaria* 3, crucia-
60. ta, filamentis propriis inſerta.

* *Dipetalae, ob duo petala majora.*

communis. 1. C. corollis inaequalibus, foliis ovato-lanceolatis acutis, caule repente glabro.

africana. 2. C. coroll. inaequalibus, fol. lanceolatis glabris, caule decumbente.

benghalenſis. 3. C corollis inaequalibus, fol. ovatis obtuſis, caule repente. — *Murr. in comm. gott.* 1779. *p.* 18. *t.* 5. M.

erecta. 4. C. coroll. inaequalibus, fol. ovato-lanceolatis, caule erecto ſubhirſuto ſimpliciſſimo.

** *Tripetalae:* Zanoniae, Pl. *petalis* 3 *majoribus.*

virginica. 5. C. corollis ſubaequalibus, fol. lanceolatis ſubpetiolatis ore barbatis, caul. erectis.

tuberoſa. 6. C. coroll. aequalibus, fol. ſeſſilibus ovato-lanceolatis ſubciliatis.

Zanonia. 7. C. coroll. aequalibus, pedunc. incraſſatis, fol. lanceolatis: vaginis tumidis margine hirſutis, bracteis geminis.

vaginata. 8. C. coroll. aequalibus, fol. linearibus, flor. diandris involucro vaginatis *Mant.* 177.

nudiflora. 9. C. coroll. aequalibus, pedunc. capillaribus, fol. linearibus, involucro nullo, flor. diandris, *Mant.* 177.

63. CALLISIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Antherae* ge-
62. minae. *Capſ.* bilocularis.

repens. 1. Calliſia. Hapalanthus repens. *Jacq. amer.* 11. *t.* 11. — *Ed.* 2. *p.* 12. *t.* 14. M.

64.

64. XYRIS. *Cor.* 3-petala, aequalis, crenata. *Glumae*
62. 2-valves in capitulum. *Capſula* ſupera.

indica. 1. XYRIS.

65. SCHOENUS *Glumae* paleaceae, univalves, congeſtae. *Cor.* o. *Sem.* 1, ſubrotundum
62. inter glumas.

* *Culmo tereti.*

Mariſcus. 1. S. culmo tereti, foliis margine dorſoque-aculeatis.

mucronatus. 2. S. culmo tereti nudo, ſpiculis ovatis faſciculatis, involucro ſubhexaphyllo, fol. canaliculatis. *Barr. ic.* 203. *f.* 1. *Radix repens. Folia plurima radicalia, in faſciculum collecta, longiſſima, canaliculata, ſubteretia, margine ſcabra (non carnoſa ſ. ſtupoſa; nec plana.) Culmus nudus, teres, firmus, laevis, foliis craſſior longeque brevior. Involucrum triphyllum, foliis ſimile ſed brevius; interius adhuc tria folia breviora. Spicae plurimae, ſeſſiles in capitulum, acutiuſculae, imbricatae ſquamis ovatis, concavis, acutis. Filamenta* 3, *linearia. Germen obovatum. Stylus ſimplex. Stigmata* 3, *oblonga.*

nigricans. 3. S. culmo tereti nudo, capit. ovato, involucri diphylli valvula altera ſubulata longa.

ferrugineus. 4. S. culmo tereti nudo, ſpica duplici, involucri valvula majore ſpicam aequante.

fuſcus. 5 S. culmo tereti folioſo, ſpiculis ſubfaſciculatis, fol. filiformibus canaliculatis. *Sp. pl.* 1664.

compar. 6. S. culmo tereti nudo, ſpica compoſita, ſpiculis geminatis. *Mant.* 177.

uſtulatus. 7. S. culmo tereti foliolo, ſpicis pedunculatis pendulis oblongis ariſtatis. *Mant.* 178.

radiatus. 8. S. culmo teretiuſculo, capitulo ſubrotundo, involucro octophyllo longiſſimo. *Suppl. p.* 101.

** *Culmo triquetro.*

bulboſus. 9. S. culmis triquetris nudis, florum glomerulis alternis, fol. lineari-filiformibus. *Mant.* 178.

compreſſus. 10. S. culmo ſubtriquetro nudo, ſpica diſticha, involucro monophyllo. (*Synonyma Caricis uliginoſi ad hunc refert Haller.*)

glome-

glomeratus. 11. S. culmo triquetro folioſo, flor. faſciculatis, fol. planis, pedunc. lateralibus geminis. *Diſtincta ſpecies.*

thermalis. 12. S. culmo triquetro folioſo, capitulis lateralibus compoſitis ſubſeſſilibus, fol. enſiformibus carinatis. *Mant. 179.*

albus. 13. S. culmo ſubtriquetro folioſo, flor. faſciculatis, fol. ſetaceis. *Fl. dan. 320.*

66. CYPERUS. *Glumae* paleaceae, diſtiche imbricatae.
66. *Cor.* 0. *Sem.* 1. nudum.

* *Culmo tereti.*

articulatus. 1. C. culmo tereti nudo articulato.

minimus. 2. C. culmo tereti nudo, ſpicis ſub apice.

lateralis. 3. C. culmo teretiuſculo nudo, ſpica laterali ſeſſili. *Suppl. p. 102.*

Monti. 4. C. culmo tereti, umbella ſupradecompoſita, foliis carina laevibus. *Suppl. p. 102.*

tenellus. 5. C. culmo nudo ſetaceo, ſpicis ſolitariis geminisque ſeſſilibus. *Suppl. p.* 103.

** *Culmo triquetro.*

monoſtachyos. 6. C. culmo triquetro nudo, ſpica ſimplici ovata terminali: ſquamis mucronatis. *Mant. 180.*

laevigatus. 7. C. culmo triquetro nudo, capitulo diphyllo, flor. laevigatis. *Mant. 177.*

Haſpan. 8. C. culmo triquetro folioſo, umbella ſupradecompoſita, ſpiculis umbellato-ſeſſilibus.

longus. 9. C. culmo triquetro folioſo, umbella folioſa ſupradecompoſita, pedunc. nudis, ſpicis alternis.

eſculentus. 10. C. culmo triquetro nudo, umbella folioſa, radicum tuberibus ovatis: zonis imbricatis.

rotundus. 11. C. culmo triquetro ſubnudo, umbella decompoſita, ſpicis alternis linearibus.

ſquarroſus. 12. C. culmo triquetro nudo, umbella folioſa glomerata, ſpicis ſtriatis ſquarroſis. *Involucrum* 3-*ſ.* *4-phyllum, umbella longius, baſi latius.*

difformis. 13. C. culmo triquetro nudo, umbella diphylla ſimplici trifida, ſpicis cuſpidatis: intermedia ſeſſili. *Involucrum diphyllum: foliolo altero longiſſimo. Spicae ſeſſiles, numeroſae, lanceolatae: ſquamis ovatis, concavis, obtuſis, latere ſcarioſis.*

Iria,

Iria. 14. C. culmo triquetro ſeminudo, umbella folioſa decompoſita, ſpiculis alternis, granis diſtinctis.

elatus. 15. C. culmo triquetro nudo, umbella folioſa ſupradecompoſita, ſpicis digitalibus imbricatis, ſpiculis ſubulatis.

glomeratus. 16. C. culmo triquetro nudo, umbella triphylla ſupradecompoſita, ſpicis glomerato-rotundatis, ſpiculis ſubulatis.

glaber. 17. C. culmo triquetro nudo laevi, umbella triphylla, flor. glomeratis: inferioribus brachiatis, fol. glabris. *Mant.* 179.

elegans. 18. C. culmo triquetro nudo, umbella folioſa, pedunc. nudis proliferis, ſpicis confertis: mucronibus patulis.

odoratus. 19. C. culmo triquetro nudo, umbella decompoſita ſimpliciter folioſa, pedicellis diſtiche ſpicatis.

compreſſus. 20. C. culmo triquetro nudo, umbella univerſali triphylla, glumis mucronatis: lateribus membranaceis. — *Jacq. hort. v. 3. t. 12.* M.

flaveſcens. 21. C. culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpicis confertis lanceolatis.

fuſcus. 22. C. culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpicis confertis linearibus. *Jacq. vind.* 206. *Fl. dan. t.* 179.

pumilus. 23. C. culmo triquetro nudo, umbella diphylla compoſita, ſpiculis alterno-digitatis lanceolatis, glumis mucronatis. *Cent.* 110.

triflorus. 24. C. culmo triquetro nudo, umbella triſtachya; intermedia ſeſſili, ſpiculis laevigatis. *Mant.* 180.

ſtrigoſus. 25. C: culmo triquetro nudo, umbella ſimplici, ſpiculis linearibus confertiſſimis horizontalibus.

ligularis. 26. C. culmo triquetro umbellae ſpiculis capitatis oblongis ſeſſilibus, involucris longiſſimis ſerrato-aſperis. *Sloan. jam. t.* 9.

Papyrus. 27. C. culmo triquetro nudo, umbella involucris longiore, involucellis triphyllis ſetaceis longioribus, ſpiculis ternis. *Involucrum 8-phyllum, umbella brevius: Foliolis exterioribus 4 latioribus. Umbella univerſalis ſubaequalis, copioſiſſima, radiis baſi vaginatis. Involucella triphylla, ſetacea, erecta, longitudine involucri univerſalis: Umbellulae pedunculis ternis, breviſſi-*

viſſimis. *Spiculae plures, alternae, ſubulatae, ſeſſiles.*

ſpathaceus. 28. C. culmo vaginis foliorum veſtito, pedunculis pinnatis lateralibus. Schoenus ſpathaceus. *Sp. plant 63 (excluſo Moriſoni ſynonymo).*

alternifolius. 29. C. culmo triquetro nudo apice alternatim folioſo, pedunc. lateralibus proliferis. *Mant.* 28.

denudatus. 30. C. culmo triquetro, involucro ſubnullo. *Suppl. p. 102.*

diſtans. 31. C. culmo triquetro nudo, umbella folioſa ſupradecompoſita, ſpicis alternis filiformibus, floſculis diſtantibus. *Suppl. p. 103.*

pannonicus. 32. C. culmo triquetro, ſpicis ſeſſilibus, glumis lateralibus ſphacelatis. *Suppl. p. 103.* – Cyperus *pannonicus.* culmis triquetris procumbentibus ad exortum unifoliis, ſpicis oblongis ſeſſilibus aggregatis in involucro terminali diphyllo. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. app. t. 6.* M.

67. SCIRPUS. *Glumae* paleaceae, undique imbricatae.
70. *Cor.* o. *Sem.* 1, imberbe.

* *Spica unica.*

trigynus. 1. S. culmo tereti nudo, ſpica cylindrica ſquamis lanceolatis baſi laterali membranaceis. *Mant. 180.*

mutatus. 2. S. culmo triquetro nudo, ſpica cylindrica terminali.

articulatus. 3. S. culmo tereti nudiuſculo ſemigeniculato, capitulo glomerato laterali.

paluſtris. 4. S. culmo tereti nudo, ſpica ſubovata terminali. *Fl. dan. t. 273.*

geniculatus. 5. S. culmo tereti nudo, ſpica oblonga terminali.

caeſpitoſus. 6. S. culmo ſtriato nudo, ſpica bivalvi terminali longitudine calycis, radicibus ſquamula interſtinctis. *Fl. dan. t. 167.*

capitatus. 7. S. culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ſubglobosa terminali.

acicularis. 8. S. culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ovata bivalvi, feminibus nudis. *Mant. 321.* Juncus inutilis ſ. Chamaeſchoenus. *Bauh. theatr. 183 (Scheuchzeri ſynonymo excluſo). Fl. dan. t. 287.*

fluitans. 9. S. culmis teretibus nudis alternis, caule folioſo flaccido.

** *Cul-*

** *Culmo tereti polyſtachio.*

lacuſtris. 10. S. culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus.

Holoſchoenus. 11. S. culmo tereti nudo, ſpicis ſubgloboſis glomeratis pedunculatis, involucro diphyllo inaequali mucronato. *Pluk. phyt. 40. f. 4. Fl. dan. t. 454.*

auſtralis. 12. S. culmo tereti nudo, capitulo laterali, bractea reflexa, fol. canaliculatis. *Simillimus S. romano, ſed foliolis ſ. culmis ſterilibus binis, erectis, laevibus, canaliculatis (nec teretibus, baſi vaginantibus margine ſcarioſo. Culmi teretes, laeves, vix pedales, ſupra capitulum apice erecto, ſed canaliculato. Bractea reflexa ad culmum, apice ejus brevior. Capitulum conglobatum, ſeſſile, rotundatum, obtuſum, ferrugineum: valvulis imbricatis, apice ſubtrilobis, obtuſis, lobis lateralibus apice fuſcis.*

romanus. 13. S. culmo tereti nudo, capitulo laterali conglobato, bractea reflexa. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 448.* M.

ſetaceus. 14. S. culmo nudo ſetaceo, ſpica terminali ſeſſili. *Mant. 321.* Scirpus omnium minimus capitulo breviore. *Scheuch. gram. 358. Fl. dan. t. 311.*

ſupinus. 15. S. culmo tereti nudo, ſpicis ſeſſilibus in medio culmo glomeratis.

autumnalis. 16. S. culmo ancipiti nudo, umbella decompoſita, ſpiculis ovatis. *Mant. 180.*

capillaris. 17. S. culmo nudo capillari, ſpicis pedunculatis intermedia ſeſſili. *Mant. 321. (Plukenetii ſynonymo excluſo).*

triſtachyos. 18. S. culmo nudo ſetaceo, ſpicis ternis ſeſſilibus, involucro diphyllo ſetaceo. *Suppl. p. 103.*

globiferus. 19. S. culmo tereti nudo, umbella terminali compoſita: capitulis globoſis ex ſpiculis pluribus arcte congeſtis. *Suppl. p. 104.*

triſpicatus. 20. S. culmo angulato (ſ. ſulcato. M.) nudo, ſpicis terminalibus ternis ſeſſilibus nudis. *Suppl. p. 103.*

*** *Culmo triquetro, Panicula nuda.*

triqueter. 21. S. culmo triquetro nudo, ſpicis ſubſeſſilibus pedunculatisque, mucronem aequantibus. *Mant. 29.*

 mucro-

mucronatus. 22. S. culmo triangulo nudo acuminato, ſpicis conglomeratis ſeſſilibus lateralibus Scirpo-Cyperus panicula glomerata e ſpicis imbricatis compoſita. *Schruch. gram. 404. t. 9. f. 14. Culmi triquetri. trianguli, tricarinati angulis compreſſis. Mucro floribus multo longior, ad latus reflexus.*

groſſus. 23. S. culmo triquetro nudo umbella ſupradecompoſita, ſpicis pedicellatis. involucro triphyllo lanceolato ſubulato longiſſimo. *Suppl. p. 104.*

dichotomus. 24. S. culmo triquetro nudo, umbella decompoſita, ſpic. dichotomiae ſeſſilibus.

echinatus. 25. S. culmo triquetro nudo, umbella ſimplici, ſpicis ovatis.

retrofractus. 26. S. culmo triquetro, umbella ſimplici, ſpicarum floſculis retrofractis.

ferrugineus. 27. S. culmo triquetro ſubnudo, involucris longitudine paniculae ciliatis.

ſpadiceus. 28. S. culmo triquetro nudo, umbella ſubnuda, ſpicis oblongis ſeſſilibus terminalibusque.

**** *Culmo triquetro, Panicula foliacea.*

miliaceus. 29. S. culmo triquetro nudo, umbella ſupradecompoſita, ſpicis intermediis ſeſſilibus, involucro ſetaceo. *Burm. ind. t. 9. f. 2.*

cyperoides. 30. S. culmo triquetro nudo, umbella ſimplici, ſpiculis oblongis, floſculis ſubulatis unifloris reflexis. *Mant. 181.*

maritimus. 31. S. culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, ſpicularum ſquamis trifidis: intermedia ſubulata. Cyperus rotundus vulgaris. *Bauh. pin. 13. Gerard.*

luzulae. 32. S. culmo triquetro nudo, umbella foliosa prolifera, ſpiculis ſubrotundis. Gramen cyperoides orientale. *Pluk. mant. 97. t. 417. f. 3. Burm.*

ſylvaticus. 33. S. culmo triquetro folioſo, umbella foliacea, pedunculis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis confertis. *Fl. dan. t. 307.*

corymboſus. 34. S. culmo triquetro folioſo, corymbis lateralibus ſimplicibus: terminali prolifero, ſpicis ſubulatis. *Cent. 112.* Kadira-pullu. *Rheed. mal. 19. p. 97. t. 43. Burm.*

ſquar-

ſquarroſus. 35. S. culmo tereti nudo ſetaceo, ſpicis ternis ſeſſilibus ovatis ſquarroſis. *Mant.* 181. *Folia ſetacea canaliculata. Culmi teretes, ſquamae ſpicae ſubulatae exſtantes.*

intricatus. 36. S. culmo triquetro nudo, umbella folioſa ſimplici, ſquamis calycinis ſubulatis recurvis. *Mant.* 182.

micheliànus. 37. S. culmo triquetro, capitulo globoſo, involucro polyphyllo longo.

ciliaris. 38. S. culmo triquetro folioſo, umbellis ſparſis, ſquamis calycinis ariſtis ciliatis. *Mant.* 182.

***** *Culmo triquetro, Capitulo terminali.*

hottentottus. 39. S. culmo triquetro folioſo, capitulo globoſo, ſquamis calycinis lanceolatis hirtis. *Mant.* 182.

antarcticus. 40. S. culmo triquetro nudo, capitulo globoſo, involucro monophyllo. *Mant.* 181.

cephalotes. 41. S. culmo triquetro nudo capitulo ovato ſquarroſo, involucro triphyllo longo. — *Jacq. hort. v.* 1. *t.* 97. M.

1356. KYLLINGA. *Amentum* ovatum ſ. oblongum, imbricatum. *Flores* calyce corollaque bivalvi. *Suppl. p.* 11. *Linn. jun. Diſſ. nov. gram. gen. p.* 24. *c. fig.*

monocephala. 1. K. culmo filiformi triquetro, capitulo globoſo ſeſſili, involucro triphyllo longiſſimo. *Suppl. p.* 104. Schoenus coloratus *Syſt. veget. ed.* 13. *p.* 82.

triceps. 2. K. capitulis terminalibus ſubternis glomeratis ſeſſilibus. *Suppl. p.* 104. Schoenus niveus *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 81.

panicea. 3. K. vmbella terminali ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque cylindricis imbricatis, involucro univerſali ſubtetraphyllo, partiali nullo. *Suppl. p.* 105.

umbellata. 4. K. vmbella terminali: ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque cylindricis ſquarroſis, involucro vniverſali polyphyllo, partiali triphyllo. *Suppl. p.* 105.

1357. FUIRENA. *Amentum* imbricatum ſquamis ariſtatis. *Cal.* o. *Cor.* glumis tribus petaliformibus, obcordatis, cirrho terminatis. *Suppl. p.* 11. *Linn. jun. Diſſ. n. gram. gen. p.* 25. *c. fig.*

paniculata. 1. FUIRENA. *Suppl. p.* 105.

68. ERIOPHORUM. 76. *Glumae* paleaceae, undique imbricatae. *Cor.* o. *Sem.* 1, *Lana* longiſſima cinctum.

vaginatum. 1. E. culmis vaginatis teretibus, ſpica ſcarioſa. *Fl. dan. t.* 236.

polyſtachion. 2. E. culmis teretibus, fol. planis, ſpicis pedunculatis.

virginicum. 3. E. culmis folioſis teretibus, fol. planis, ſpica erecta.

cyperinum. 4. E. culmis teretibus folioſis, panicula ſupradecompoſita prolifera, ſpiculis ſubternis.

alpinum. 5. E culmis nudis triquetris, ſpica pappo breviore. — *Fl. dan. t.* 620. M.

69. NARDUS. 77. *Cal.* o. *Cor.* 2-valvis.

thomaea. 1. N. ſpica filiformi recta utrinque incurvata. *Suppl. p.* 105.

ſtricta. 2. N. ſpica ſetacea recta ſecunda. *Schreb. gram.* 65. *t.* 7.

gangitis. 3 N. ſpica recurva. *Obſcura*; *an N. ariſtatae varietas?*

ariſtata. 4. N. calycibus ariſtatis. Nardus *incurva*, ſpica incurva aequali, calycibus gluma exteriore ariſtato-acuminata, floribus diſtantibus alternis *Gouan. monſp.* 33. Nardus ſpica ſubulata articulata incurva tereti. *Ger. prov.* 73.

ciliaris. 5. N. ſpica incurva ciliata.

indica. 6. N. ſpica ſetacea ſecunda ſubincurvata. *Suppl. p.* 105.

1358. POMMEREULLA. *Cal.* turbinatus, bivalvis: *valvulae* 4-fidae dorſo ariſtatae. *Suppl. p.* 12. *Linn. jun. Diſſ. nov. gram. gen. p.* 31. *c. fig.*

cornucopiae. 1. POMMEREULLA. *Suppl. p.* 105.

70.

70. LYGEUM. *Spatha* 1-phylla. *Corollae* binae ſupra
78. idem germen. *Nux* bilocularis.

Spartum. 1. LYGEUM.

DIGYNIA.

71. BOBARTIA. *Cal.* imbricatus. *Corolla* gluma bi-
78. valvi ſupera.

indica. 1. BOBARTIA.

72. CORNUCOPIAE. *Involucr.* 1-phyllum, infundibu-
79. lif. crenatum, multiflorum. *Calyx* 2-valvis. *Cor.* 1-valvis.

cucullatum. 1. C. ſpica mutica, cucullo crenato.

alopecuroides. 2. C. ſpica ariſtata, cucullo hemiſphaerico recepta. *Mant.* 29. *Alopecuro pratenſi valde affinis.*

73. SACCHARUM. *Cal.* lanugo longa extra calycem.
79. *Cor.* 2-valvis.

ſpontaneum. 1. S. foliis convolutis, panicula effuſa: ſpicis capillaribus ſimplicibus, floribus remotis involucratis geminatis: altero pedunculato. *Suppl.* p. 106. Saccharum *ſpontaneum*. floribus paniculatis, fol. convolutis. *Mant.* 183. *Syſt. ed.* 13. p. 88.

officinarum. 2. S. floribus paniculatis, fol. planis.

Ravennae. 3. S. panicula laxa rachi lanata, flor. ariſtatis. Andropogon Ravennae. *Spec. plant.* 1481. Arundo calycibus unifloris extus lanuginoſis. *Ger. prov.* 105.

Teneriffae. 4. S. foliis ſubulatis planis, floribus paniculatis muticis, involucro piloſo nullo, calyce villoſiſſimo. *Suppl.* p. 106.

ſpicatum. 5. S. floribus ſpicatis, fol. undatis. *Cal. nullus. Cor. valvula utraque ariſtata.*

74. PHALARIS. *Cal.* 2-valvis, carinatus, longitudi-
79. ne aequalis, corollam includens.

canarienſis. 1. Ph. panicula ſubovata ſpiciformi, glumis carinatis. *Schreb. gram.* 83. t. 10. f. 2. *Habitat in Canariis inter ſegetes.*

bulboſa. 2. Ph. panic. cylindrica, glumis carinatis.

nodoſa. 3. Ph. panic. oblonga, fol. rigentibus. *Mant.* 557.

aquatica. 4. Ph. panic. ſpiciformi ovato-oblonga, glumis carinatis lanceolatis.

phleoides. 5. Ph. panic. cylindrica ſpiciformi, glabra, paſſim vivipara. *Fl. dan. t.* 531. Gramen typhoides, ſpica purpuraſcente foliacea. *Scheuch. gram.* 67 (*excluſo Graminis typh. aſperi* 1. *ſynonymo.*). Gramen typhinum junceum perenne. *Barr. ic. t.* 21. *f.* 2. *Spica pallens in lobos diviſibilis, adſperſa hinc inde glumis viviparis. Refert Phleum, ſed flores alii.*

utriculata. 6. Ph. panic. ſpicata, petalis ariſta articulata, vagina ſupremi folii ſpathiformi.

paradoxa. 7. Ph. panic. cylindrica, floſculis mucronatis: neutris plurimis; infimis praemorſis. *Sp. pl.* 1665. *Linn. fil. dec.* 35. *t.* 18. Phalaris panicula ovato oblonga apice dilatata. *Ger. prov.* 75? *Praecedenti valde affinis.*

arundinacea. 8. Ph. panic. oblonga ventricoſa ampla. *Fl. dan.* 259?

erucaeformis. 9. Ph. panic. ſecunda lineari, calycibus bifloris.

zizanioides. 10. Ph. panic. ſimpliciſſima, flor. muricatis: altero ſeſſili. *Mant.* 183. *Petala gerit.*

oryzoides. 11. Ph. panic. effuſa, glumarum carinis ciliatis. *Schreb. gram.* 6. *t.* 12. *Jacq. vind.* 206. Homalocenchrus. *Hall. flor.* 1411. Homalo-cenchrus. *Act. Helv.* 4. *p.* 307. *Petalis caret.* Aſperella *Italis.*

dentata. 12. Ph. ſpica cylindrica, glumis muticis hirſutis carinatis: carina dentata, dentibus apice globoſis. *Suppl. p.* 106.

hiſpida. 13. Ph. ſpicis digitatis, glumis ſcabris, foliis ovatis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

75. PASPALUM. *Cal.* 2-valvis, orbiculatus. *Cor.* ejusdem magnitudinis. *Stigmata* penicilliformia.
81.

diſſectum. 1. P. ſpicis alternis, rachi membranacea, floribus alternis apice piloſis. *Folia utrinque pubeſcentia.*

ſcrobiculatum. 2. P. ſpicis alternis, rachi membranacea, flor. alternis, calyc. multinerviis ſcrobiculatis. *Mant.* 29.

vil-

villoſum. 3. P. ſpicis alternis ſecundis, rachi hirſuta, flor. duplici ordine alternis ſecundis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

virgatum. 4. P. ſpiculis paniculatis alternis baſi villoſis, flor. geminis. *Valvula calycis exterior breviſſima margine hirſuta.*

paniculatum. 5. P. ſpicis paniculatis verticillato-aggregatis.

diſtichum. 6. P. ſpicis duabus alterna ſeſſili, flor. acuminatis.

76. PANICUM. 82. *Cal.* 3-valvis: valvula tertia minima.

* *Spicata.*

polyſtachion. 1. P. ſpicis teretibus, involucellis unifloris faſciculato-ſetoſis, culmis erectis ſuperne ramoſis. *Mant. 322. Culmus inferne radicans.*

verticillatum. 2. P. ſpica verticillata, racemulis quaternis, involucellis unifloris biſetis, culmis diffuſis.

helvolum. 3. P. ſpica tereti, involucellis unifloris faſciculato-ſetoſis, ſeminibus nervoſis. *Suppl. p. 107.*

glaucum. 4. P. ſpica tereti, involucellis bifloris faſciculato-piloſis, ſeminibus undulato-rugoſis. *Pedunculus valde ſulcatus.*

viride. 5. P. ſpica tereti, involucellis bifloris faſciculato-piloſis, ſeminibus nervoſis.

italicum. 6. P. ſpica compoſita, ſpiculis glomeratis ſetis immixtis, pedunculis hirſutis. *P. germanicum minus, ſpica ovata, nec elongata*—.

Crus corvi. 7. P. ſpic. alternis ſecundis, ſpiculis ſubdiviſis, glumis ſubariſtatis hiſpidis, rachi trigona.

Crus galli. 8. P. ſpic. alternis conjugatisque, ſpiculis ſubdiviſis, glumis ariſtatis hiſpidis, rachi quinquangulari. — *Fl. dan. t. 852.* M.

colonum. 9. P. ſpiculis alternis ſecundis muticis ovatis ſcabris, rachi teretiuſcula.

brizoides. 10. P. ſpic. alternis ſeſſilibus ſecundis appreſſis oblongis. *Mant.* 184.

hirtellum. 11. P. ſpica compoſita: ſpiculis adpreſſis alternis, calycibus geminis: valvulis omnibus ariſtatis: extima longiſſima. Panicum *undulatifolium*, fol. lanceolatis undulatis, caule repente, geniculis radicatis. *Ard. ſpec. 2. p. 14. t. 4.* Gramen ſupinum, brevi hirſuto folio, paniculis

culis echinatis ſingularibus. *Bocc. muſ. 2. p. 66. t. 55. Culmi repentes. Folia undulata. Florum Ariſtae filiformes, obtuſae, ſanguineae, glutinoſæ, demum uncinatae. Stamina Piſtillaque alba; ex Americana facta Italica.*

conglomeratum. 12. P. ſpica ſecunda ſubovata, floſculis obtuſis. *Mant.* 324. Panicum indicum racemo ſpicato ſimplici, culmo repente ramoſiſſimo. *Mant.* 184. *β.* Aira indica *Sp. pl.* 94.

ſanguinale. 13. P. ſpic. digitatis baſi interiore nodoſis, floſcul. geminis muticis. vaginis foliorum punctatis. *Fl. dan. t. 388. Schreb. gram. 119. t. 16.*

dactylon. 14. P. ſpicis digitatis patentibus: baſi interiore villoſis, flor. ſolitariis, ſarmentis repentibus. *Moriſ. hiſt. 3. ſ. 8. t. 3. f. 4.*

filiforme. 15. P. ſpic. ſubdigitatis approximatis erectis linearibus rachi flexuoſa: dentibus bifloris: altero ſeſſili. *Jacq. obſ. 3. p. 18. t. 70. Culmi ſubaphylli.*

lineare. 16. P. ſpicis digitatis ſubquaternis linearibus, floſc. ſolitariis ſecundis muticis. *Burm. ind. t. 10. f. 2. Sloan. jam. 1. p. 113. t. 70. f. 3.*

diſtachyon. 17. P. ſpic. geminis ſecundis laevibus. *Mant. 183.*

compoſitum. 18. P. ſpica compoſita, ſpiculis linearibus ſecundis, floſc. geminis remotis, calycibus ariſtatis. *Mant. 323.*

elatius. 19. P. ſpica compoſita, ſpiculis oblongis ſparſis adpreſſis, floſculis confertis, calycibus mucronato-ariſtatis. *Suppl. p. 107.*

** *Paniculata.*

dichotomum. 20. P. paniculis ſimplicibus, culmo ramoſo dichotomo.

ramoſum. 21. P. panicula ramis ſimplicibus, flor. ſubternis: inferiore ſubſeſſili, culmo ramoſo. *Mant. 29.*

coloratum. 22. P. panicula patente, ſtaminibus piſtillisque coloratis, culmo ramoſo. *Mant. 30.* — *Jacq. Miſc. v. 2. p. 365. Icon. rar.* M.

repens. 23. P. panicula virgata, foliis divaricatis. *Affinis P. colorato.*

miliaceum. 24. P. panicula laxa flaccida, foliorum vaginis hirtis, glumis mucronatis nervoſis. *Culmus ramoſus.*

capillare. 25. P. panicula capillari erecta patente, foliorum vaginis hirtis.

groſ-

groſſarium. 26. P. panicula ramis ſimplicibus, floribus geminis: pedicello altero breviſſimo; altero longitudine floris. Panicum repens. *Burm. ind* 26. *t.* 11. *f.* 1.

latifolium. 27. P. panicula racemis lateralibus ſimplicibus, fol. ovato-lanceolatis collo piloſis.

clandeſtinum. 28. P. racemis occultatis intra foliorum vaginas.

arboreſcens. 29. P. paniculatum ramoſiſſimum, fol. ovato-oblongis acuminatis.

curvatum. 30. P. panicula racemoſa, glumis curvatis obtuſis nervoſis. *Syſt. ed.* 12. *p.* 732. *Habitat in India orient. Culmi filiformes, laeves. Folia lanceolata, laevia, ſubtus* 5-*nervia, margine ſcabra: vaginis profunde ſtriatis. Panicula erecta, anguſta: ramis ſubramoſis, racemoſis. Calyces florentes ſubſubulati, extrorſum curvati, ſtriati, mutici: valvula extima, ſub curvatura, membranacea, cordata, acuta, minutiſſima. Fructeſcentes calyces evaſere triplo maiores, ovales, gibbi, obtuſiſſimi, multiſulcati, purpuraſcentes. Corolla dimidio calyce brevior, membranacea.*

virgatum. 31. P. panicula virgata, glum. acuminatis laevibus: extima dehiſcente. *Gramen altiſſimum panicula diffuſa maxima.*

patens. 32. P. panicula oblonga flexuoſa capillari patente, calycibus bifloris, fol. lineari-lanceolatis, culmo radicante. *Burm. ind. t.* 10. *f.* 3. *Rumph. amb.* 6. *t.* 5. *f.* 3.

brevifolium. 33. P. paniculatum, foliorum vaginis longitudinaliter ciliatis. Panicum miliaceum viride, foliis latis brevibus, panicula capillacea, ſemine albo. *Sloan. jam.* 1. *p.* 115. *t.* 72. *f.* 3. *Burm. Fructificatio ſimilis P. patenti.*

divaricatum. 34. P. paniculis brevibus muticis, culmo ramoſiſſimo divaricatiſſimo, pedicellis bifloris: altero breviore.

77. PHLEUM. 87. *Cal.* 2-valvis, ſeſſilis, linearis, truncatus, apice bicuſpidato. *Cor.* incluſa.

pratenſe. 1. P. ſpica cylindrica longiſſima ciliata, culmo erecto. *Schreb. gram.* 103. *t.* 14.

alpi-

alpinum. 2. P. ſpica ovato-cylindracea. *Fl. dan. t.* 213. *Spica nigra.*

nodoſum. 3. P. ſpica cylindrica, culmo adſcendente, fol. obliquis, rad. bulboſa. *Fl. dan. t.* 380. *Spica glabra, antherae albae.*

arenarium. 4. P. ſpica ovata ciliata, culmo ramoſo.

Schoenoides. 5. P. ſpic. ovatis obvolutis, fol. breviſſimis mucronatis amplexicaulibus.

78. ALOPECURUS. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 1-valvis. 88.

indicus. 1. A. ſpica tereti, involucellis ſetaceis faſciculatis, bifloris, pedunculis villoſis. Panicum alopecuroides *Spec. plant.* 82. *Pluk. alm. t.* 92. *f.* 5. *vere. Statura Panici italici, totum villoſum. Folia latitudine digiti, utrinque piloſa, etiam vaginis. Spica magnitudine digiti ex Involucellis multiſeto-faſciculatis, villoſis, ſcabris, biflo-is. Pedicellis longitudine floſculorum. Floris valvula acceſſoria longitudine reliquarum. Ex India orient.*

bulboſus. 2. A. culmo erecto, ſpica cylindrica, rad. bulboſa. *Sp. pl.* 1665.

pratenſis. 3. A. culmo ſpicato erecto, glumis villoſis, corollis muticis. *Schreb. Gram.* 133 *t.* 19. Gramen myurum, ſpica molli candicante villoſa. *Scheuch. gram.* 70. Gramen phalaroides ſpica molli ſ. germanicum. *Bauh. pin.* 4. *prodr.* 10. (*excluſis in Spec. pl. Bauhini, Moriſoni, Scheuchzeri ſynonymis*).

agreſtis. 4. A. culmo ſpicato erecto, glumis laevibus. — *Fl. dan. t.* 697. M. *Ger. prov.* 74. Alopecurus myoſuroides. *Hudſ. angl.* 23. *Schreb. gram.* 140. *t.* 19. *f.* 2. Gramen alopecuroides, ſpica longiore tenuiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 193. *ſ.* 8. *t.* 4. *f.* 12. Gramen cum cauda muris purpuraſcens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 473.

geniculatus. 5. A. culmo ſpicato infracto, coroll. muticis. *Fl. dan. t.* 564. *In lacubus natans eſt.*

hordeiformis. 6. A. racemo ſimplici, floſc. ariſtis circumvallatis. *Pluk. phyt.* 119. *f.* 1. *Calycis exterioris valvula breviſſima ovata.*

mon-

monſpelienſis. 7. A. panicula ſubſpicata, calycibus ſcabris, corollis ariſtatis. Alopecurus ariſtatus *Gouan. hort.* 37. Gramen *crinitum*, calycibus linearibus baſi ſubventricoſis hiſpidis, ariſtis capillaceis longiſſimis. *Schreb. gram.* 151 *t* 20. *f.* 3. Agroſtis panicula oblonga calycibus aequalibus terminatis ariſtis longis rectis. *Ger. prov.* 80. *Sub Calyce eſt tuberculum, Corolla breviſſima.*

paniceus. 8. A. panicula ſubſpicata, glumis villoſis, corollis ariſtatis. — *Fl. dan. t.* 861. M.

79. MILIUM. *Cal.* 2-valvis, uniflorus: valvulis ſubaequalibus, *Corolla* breuiſſima. *Stigmata* peniciliformia.
90.

capenſe. 1. M. panicula capillari, calycibus acuminatis, corollis ariſta terminali curva. *Mant.* 185.

punctatum. 2. M. paniculae ramis ſimpliciſſimis, floribus alternis geminis ſecundis.

lendigerum. 3. M. panicula ſubſpicata. flor. ariſtatis. *Schreb. gram.* 14. *t.* 23. *f.* 3 Agroſtis *ventricoſa*, calycibus inferne ventricoſis: valvula exteriore acuminata longitudine ariſtae. *Gouan. hort.* 39. 547. *t.* 1. *f.* 2.

cimicinum. 4. M. racemis digitatis, calycum valvula exteriore ciliata. *Mant.* 184.

effuſum. 5. M. floribus paniculatis diſperſis muticis.

confertum. 6. M. floribus paniculatis confertis.

paradoxum. 7. M. floribus paniculatis ariſtatis. Agroſtis panicula patente, petalorum ariſta terminali recurva. *Ger. prov.* 81. Agroſtis racemis ternatis pendulis, ſpiculis ariſtatis: ariſta undulata longa *Scop. carn.* 186. Agroſtis floſculis ariſtatis gemellis: altero ſterili; terminalibus ternatis. *Sauv. monſp.* 45.

globoſum. 8. M. panicula diffuſa. glumis muticis, pedicellis cingulo luteo. *Thunb. jap. mſpt.* M.

80. AGROSTIS. *Cal.* 2-valvis, uniflorus, corolla
91. ſpaulo minor. *Stigmata* longitudinaliter hiſpida.

* *Ariſtatae.*

Spica venti. 1. A. petalo exteriore ariſta recta ſtricta longiſſima, panicula patula. — *Fl dan. t.* 853. M.

interrupta. 2. A. petalo exteriore ariſtato, panicula attenuata coarctata interrupta. *Varietas A. Spicae venti. Haller.*

miliacea. 3. A. petalo exteriore ariſta terminali recta ſtriata mediocri.

bromoides. 4. A. panicula ſimplici anguſtata, corolla pubeſcente: ariſta recta calyce longiore. *Mant.* 30.

auſtralis. 5. A. panicula ſubſpicata, ſeminibus ovatis pubeſcentibus: ariſta longitudine calycis. *Mant.* 30.

arundinacea. 6. A. panicula oblonga, petalo exteriore baſi villoſo ariſtaque torta calyce longiore.

Calamagroſtis. 7. A. panicula incraſſata, petalo exteriore toto lanato apice ariſtato, culmo ramoſo. *Schreuch. gram.* 140.

ſerotina. 8. A. panicula floſculis oblongis mucronatis, culmo obtecto foliis breviſſimis. *Mant.* 30. Feſtuca ſerotina. *Sp. pl.* 111.

rubra. 9. A. paniculae parte florente patentiſſima, petalo exteriore glabro: ariſta terminali tortili recurva. *Hudſ. angl* 26. Gramen ſerotinum arvenſe, ſpica pyramidali. *Raj. angl.* 394. *hiſt.* 1288.

ſpiciformis. 10. A. panicula ſpiciformi, floſculis biariſtatis: ariſta altera receptaculo inſerta geniculata longiori, altera infra apicem corollae recta, corollis hirtis. *Suppl. p.* 108.

hirſuta. 11. A. panicula ſubſpicata, caule foliiſque hirſutis, corollinis glumis dorſo ariſtatis apice bifidis. *Suppl. p.* 108.

Matrella. 12. A. flor. racemoſis, calycis valvula exteriore incurva carinae apice tantum dehiſcente. *Mant.* 185.

canina. 13. A. calycib. elongatis, petalorum ariſta dorſali recurva, culmis proſtratis ſubramoſis. *Panicula elongata ſaepius, ramulis coarctata, purpuraſcens, Ariſta ſetacea, alba, floſculo duplo*

plo longiore, recta, medio notata geniculo fuſco.

cruciata. 14. A. ſpicis quaternis cruciatis baſi glabris, valvulis petaloideis ariſtatis.

radiata. 15. A. ſpicis ſubquinis cruciatis baſi villoſis, valvulis petaloideis ariſtatis.

** *Muticae.*

ſtolonifera. 16. A. paniculae ramulis patentibus muticis, culmo repente, calyc. aequalibus.

capillaris. 17. A. panicula capillari patente, calyc. ſubulatis aequalibus hiſpidiuſculis coloratis, floſculis muticis. *Stillingfl. miſc. t.* 3 *Fl dan t.* 163. *Stolones nulli* Alopecuri ſpeciem ob petalum unicum *Scopol.*

ſylvatica. 18. A. panicula coarctata mutica. calyc. aequalibus: virgineis corolla brevioribus, foecundatis duplo longioribus. *Sp. pl.* 1665.

alba. 19. A. panicula laxa, calyc. muticis aequalibus culmo repente. Agroſtis *paluſtris*, panicula coarctata mutica, calycibus aequalibus hiſpidiuſculis, culmo repente. *Hudſ. angl.* 27.

pumila. 20. A. panicula mutica ſecunda, culmis faſciculatis erectis. *Mant* 31.

minima. 21. A. panicula filiformi. *Vernalis.*

tenaciſſima. 22. A. panicula contracta filiformi. floribus muticis linearibus, valvulis parallelis. *Suppl. p.* 107.

virginica. 23. A panicula contracta mutica, fol. involuto ſubulatis rigidis exſtantibus.

mexicana. 24. A. panicula oblonga congeſta. calycibus corolliſque acuminatis ſubaequalibus muticis. *Mant.* 31.

indica. 25. A. panicula contracta mutica, racemis lateralibus erectis alternis. Gramen ſecalinum indicum, ſpica gracili tomentoſa ariſtis longis intortis. *Pluk. alm.* 175. *t.* 191. *f.* 5. *Burm.*

ciliata. 26. A. panicula mutica, gluma calycina angulata ciliata. *Thunb jap. mſpt.* M.

81. AIRA. *Cal.* 2-valvis, 2-florus. *Floſculi* absque interjecto rudimento.
94.

* *Muticae.*

arundinacea. 1. A. panicula oblonga ſecunda mutica imbricata, foliis planis.

minu-

minuta. 2. A. panic. laxa ſubfaſtigiata ramoſiſſima, floſc. muticis. *Schreb. gram. t. 20. f. 2.*

aquatica. 3. A. panic. patente, flor. muticis laevibus calyce longioribus, fol. planis. *Variat in loco ſicco calycibus & flo-is. floſculis valde remotis. Schreber. Anne varietas mera Poae?*

capenſis. 4. A. culmo ramoſo, floribus racemoſis, corollis piloſis. *Suppl. p. 108.*

** *Ariſtatae.*

ſubſpicata. 5. A. fol. planis, panic. ſpicata, floſc. medio ariſtatis: ariſta reflexa laxiore. *Fl. dan. t. 228.*

caeſpitoſa. 6. A. fol planis, panicula patente, petalis baſi villoſis ariſtatisqne: ariſta recta brevi. *Fl. dan. t. 240.*

flexuoſa. 7. A. fol. ſetaceis, culmis ſubnudis, panicula divaricata, pedunc. flexuoſis. *Fl. dan. t. 157.*

montana. 8. A. fol. ſetaceis, paniculata anguſtata, floſc. baſi piloſis ariſtatis: ariſta tortili longiore. *Stillingfl. gram. t. 4. Varietas praecedentis ſecundum Hudſ. angl. 30. ſed differt glumis baſi piloſis. Gerard.*

alpina. 9. A. fol. ſubulatis, panicula denſa, floſculis baſi piloſis ariſtatis: ariſta brevi.

villoſa. 10. A. foliis ſubulatis, panicula elongata, anguſtata, floſculis ſeſqui-alteris hirtis ariſtatis: ariſta recta breui. *Suppl. p. 109.*

caneſcens. 11. A. fol. ſetaceis: ſummo ſpathaceo paniculam inferne obvolvente. Gramen foliis junceis oblongis, radice alba. C. B. *Moriſ. hiſt. 3. p. 200. ſ. 8. t. 3. f. 10. Scheuch gram. 242. Hall. Panicula deflorata longius e vagina exit.*

praecox. 12. A. fol. ſetaceis: vaginis angulatis, flor. paniculato-ſpicatis, floſc. baſi ariſtatis. *Fl. dan. t. 383. Affinis praecedenti, ſed puſilla.*

caryophyllea. 13. A. fol. ſetaceis, panicula divaricata, flor. ariſtatis diſtantibus. *Stillingfl. miſcell. t. 5. Fl. dan. t. 382.*

82. MELICA. 97. *Cal.* 2-valvis, 2-florus. *Rudimentum* floris inter floſculos.

ciliata. 1. M. floſculi inferioris petalo exteriore ciliato.

nutans. 2. M. petalis imberbibus, panicula nutante ſimplici. *Schreb. gram. 62. t. 6.*

minuta. 3. M. culmo ramoſo, fol. ſetaceis, petalis imberbibus. *Mant.* 32.

coerulea. 4. M. panicula coarctata, floribus cylindricis. Aira *coerulea*, panicula coarctata, flor. pedunculatis muticis convoluto-ſubulatis, fol. planis. *Sp. plant.* 95. *Fl. dan. t.* 239. Gramen paniculatum autumnale panicula ampliore e viridi-nigricante. *Scheuch. gram.* 207.

papilionacea. 5. M. calycis valvula inferiore maxima colorata, petalo exteriore ſubciliato. *Mant.* 31. Gramen ſpica brizae ſingulari, locuſtis majoribus villoſis purpuraſcentibus. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 206. *t.* 64. *f.* 1.

altiſſima. 6. M. petalis imberbibus, panicula ramoſiſſima.

Falx. 7. M. ſpica ſecunda compreſſa imbricata. *Suppl. p.* 109.

83. POA. 98. *Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Spicula* ovata: valvulis margine ſcarioſis acutiuſculis.

aquatica. 1. P. paniculata diffuſa, ſpiculis ſexfloris linearibus. *Floſculi* 5-10. *Calyces* 5-10 *flori.* *Culmus ſexpedalis.*

alpina. 2. P. panicula diffuſa ramoſiſſima, ſpic. ſexfloris cordatis. — Var. vivipara. *Fl. dan. t.* 807. M.

trivialis. 3. P. paniculata diffuſa, ſpiculis trifloris baſi pubeſcentibus, culmo erecto tereti.

anguſtifolia. 4. P. panicula diffuſa, ſpiculis quadrifloris pubeſcentibus, culmo erecto tereti

pratenſis. 5. P. panicula diffuſa, ſpicul. quinquefloris glabris, culmo erecto tereti.

annua. 6. P. panicula diffuſa angulis rectis, ſpicul. obtuſis, culmo obliquo compreſſo. *Stillingfl. t.* 7.

flava. 7. P. panicula diffuſa, ſpicul ovato-oblongis nitidis.

piloſa. 8. P. panicula patente ſtricta: ramificationibus primariis piloſis.

paluſtris. 9. P. panicula diffuſa, ſpiculis ſubtrifloris pubeſcentibus, fol. ſubtus ſcabris. — *Fl dan. t.* 750. M.

amabilis. 10. P. panicula patente, ſpicul. octodecim floris linearibus. *Maxime affinis* P. Eragroſtidi *floribus purpureis, glumis trinerviis, quarum inferiores ſenſim cadunt.*

hirta. 11. P. panicula patula, vaginis foliorum punctato-ciliatis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

ferruginea. 12. P. panicula patula capillari, ſpiculis quinqueflo-ris oblongis glumis glabris. *Thunb. japon. mſpt.* M.

barbata. 13. P. panicula patula capillari, ſpiculis ſexfloris ob-longis, glumis glabris carinatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

japonica. 14. P. panicula patula capillari, ſpiculis ſeptemfloris foliisque glabris, culmo ramoſo. *Thunb. jap. mſpt.* M.

abyſſinica. 15. P. panicula patula, ſpiculis oblongis circiter quinquefloris, culmo geniculato inferne pro-cumbente ramoſo. *Jacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 364. Icon. rar. t. 43.* M.

punctata. 16. P. panicula diffuſa, ſpiculis duodecimfloris: flo-ribus diaphanis laevibus puncto intus fuſco. *Suppl. p.* 109.

Eragroſtis. 17. P. panicula patente, pedicellis flexuoſis, ſpicul. ſerratis decemfloris, glumis trinerviis. *Mant.* 325. Gramen paniculis elegantiſſimis majus, locuſtis purpuraſcentibus minoribus. *Scheuch. gram* 193. *Affinis Brizae Eragroſti et Poae amabili.*

capillaris. 18. P. panicula laxa patentiſſima capillari, fol. piloſis, culmo ramoſiſſimo.

aſpera. 19. P. panicula ramoſiſſima patentiſſima, pedunculis aſperis ſpiculis decemfloris, vaginis foliorum antice hirſutis. *Jacq. in Litt. Hort. vol. 3. t. 56.* M.

malabarica. 20. P. paniculae ramis ſimpliciſſimis, flor. ſeſſilibus, ſem. diſtantibus, culmo repente.

chinenſis. 21. P. paniculae ramis ſimpliciſſimis, flor. ſeſſilibus, ſem. imbricatis, culmo erecto. *Burm. ind. 27. t. 11. f.* 3.

tenella. 22. P. panicula oblonga capillari ſubverticillata, flor. ſexfloris minutiſſimis nutantibus. *Culmi lae-ves, proſtrati, inferne ramoſi. Folia laevia, margine ſcabra, fauce piloſa. Panicula oblon-ga. patentiſſima. Flores nutantes, oblongi, obtuſi, purpuraſcentes, linea utrinque viridi, margine oculo armato ciliati.*

rigida. 23. P. panicula lanceolata ſubramoſa ſecunda: ramulis alternis ſecundis. Poa panicula coarctata ſe-cunda, ſpiculis ſexfloris linearibus alternis ri-gidis. *Ger. prov. 30. Culmus rigidus, breviſ-ſimus.*

ſimus. Panicula lanceolata, rigida, decompoſita: Ramis alternis, alternatim ſpiculatis, pedicellis rigidis, ſpica brevioribus. Spiculae ſuboctoflorae, lineares, acutae. Floſculi acutiuſculi, apice ſubſcarioſi. Calyx carinatus.

compreſſa. 24. P. panic. coarctata ſecunda, culmo obliquo compreſſo. — *Fl. dan. t.* 742. M.

amboinenſis. 25. P. panic. coarctata ſecunda, culmo tereti. *Mant.* 557.

nemoralis. 26. P. panicula attenuata, ſpicul. ſubbifloris mucronatis ſcabris, culmo incurvo. — *Fl. dan. t.* 749. M.

bulboſa. 27. P. panicula ſecunda patentiuſcula, ſpiculis quadrifloris.

ſpicata. 28. P. panicula ſpicata, floribus ſubulatis, floſculis remotis. *Mant.* 32.

diſtans. 29. P. panicula ramis ſubdiviſis, flor. quinquefloris: floſculis diſtantibus obtuſis. *Mant.* 32.

criſtata. 30. P. panicula ſpicata, calyc. ſubpiloſis ſubquadrifloris pedunculo longioribus, petalis ariſtatis. Aira criſtata. *Sp. pl.* 94. ♃.

ciliaris. 31. P. panicula contracta, glumarum valvulis interioribus piloſo ciliatis. Gramen maderaſpatanum, ſpica interrupta totali e ſpicis parvis villoſis conſtructa. *Plak phyt.* 190. *f.* 5 *Panicula contracta, rubra, glumarum ciliis albis.*

Brizoides. 32. P. panicula racemoſa, ſpiculis ovatis compreſſis octo-ſ. novemfloris, culmo compreſſo. *Suppl. p.* 110.

diſticha. 33. P. ſpica diſticha terminali, hinc convexula, illinc plana. *Jacq. in Litt. Miſc. v.* 2. *p.* 74. *Icon. rar.* M.

84. BRIZA. 102. *Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Spicula* diſticha valvulis cordatis, obtuſis: interiore minuta.

minor. 1. B. ſpiculis triangulis, calyce floſculis longiore.

virens. 2. B. ſpiculis ovatis, calyce floſculis aequali.

media. 3. B. ſpiculis ovatis, calyce floſculis breviore. *Fl. dan. t.* 258.

maxima. 4. B. ſpiculis cordatis: floſculis ſeptendecim. Briza ſpiculis racemoſis. *Jacq. obſ.* 3. *p.* 10. *t.* 60. *Panicula potius Racemus eſt.*

Eragroſtis. 5. B. ſpiculis lanceolatis: floſculis viginti. *Culmi decumbentes ramoſi rigidi geniculis rubris. Ora folio oppoſita barbata. Spiculae fuſcae. Conſ.* Gramen filiceum, paniculis integris. *Moriſ. hiſt. 3. p. 204. ſ. 8. t. 6. f. 53. magis glabrum, panicula fere in ſpicam conglomerata, calycibus 20 floris Vid. Jacqu.* Poae Eragroſtidi *maxime affinis; an ſolo loco diverſa?*

85. UNIOLA. *Cal.* multivalvis. *Spicula* ovata, carinata. 103.

paniculata. 1. U. paniculata, ſpiculis ovatis.
bipinnata. 2. U. panicula ſubſpicata, racemis pinnatis ſubtus imbricatis.
mucronata. 3. U. ſpica diſticha, ſpiculis ovatis, calycibus ſubariſtatis.
ſpicata. 4. U. ſubſpicata, foliis involutis rigidis.

86. DACTYLIS. *Cal.* 2-valvis, compreſſis; altera valvula majore carinata. 104.

cynoſuroides. 1. D. ſpicis ſparſis ſecundis ſcabris numeroſis. *Linn. faſc. 1. t. 9.*
glomerata. 2. D. panicula ſecunda glomerata. *Schreb. gram. 68. t. 8. f. 1. Calyx 4-florus; vix tamen Feſtucis aſſocianda. — Fl. dan. t. 743.* M.
ciliaris. 3. D. ſpica capitata ſecunda, calycibus trifloris, caule repente. *Mant. 185.*
lagopoides. 4. D. ſpicis ſubrotundis pubeſcentibus, culmo proſtrato ramoſo. *Mant. 33. Mant. 557. Calyces 8-flori, ſaepe etiam 4-flori.*
capitata. 5. D. ſpicis capitatis laevibus, culmo proſtrato ramoſo. *Suppl. p. 110.*

87. CYNOSURUS. *Cal.* 2-valvis, multiflorus; *Recept.* proprium unilaterale, foliaceum. 105.

criſtatus. 1. C. bracteis pinnatifidis. *Schreb. gram. 69. t. 8. f. 2. Stillingfl. miſcell. t. 11. Fl. dan. t. 238.*
echinatus. 2. C. bracteis pinnato-paleacis ariſtatis. *Racemus glomeratus, ſecundus. Bracteae ad flores tantum exterius, alternatim pinnatae, uniflorae, radiis in ariſtam deſinentibus. Cal. 2-valvis, 2-flo-*

2-florus, membranaceus, apice valde attenuatus. Cor. 2-valvis apice exteriore Ariſta recta. Stylus bifidus.

Lima. 3. C. ſpica ſecunda, calycis gluma interiore ſpiculis ſubjecta.

durus. 4. C. ſpiculis ſecundis alternis ſeſſilibus rigidis obtuſis appreſſis. *Sp pl. 1677. Culmi procumbentes.*

ſphaerocephalus. 5. C. bracteis integris, ſpicis globoſis. *Jacq. in Litt. Miſcell. v 2. p. 71.* M.

coeruleus. 6. C. bracteis integris. Cynoſurus *coeruleus*. bracteis integris, ſpicis ſubovatis. *Jacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 66. Icon. rar.* (*Dele in Syſt. ed.* 13. *p.* 110. *ſynonymon Poae aquaticae Jacq. qui nunquam ita gramen hoc nominavit.* M.) Seſleria. *Ard. ſpec. 2. p. 18. t. 6. f. 3. 4. 5.*

Uniolae. 7. C. ebracteatus, ſpica ſecunda, ſpiculis bifariis alternantibus adpreſſis ovatis carinatis obliquis. *Suppl. p. 110.*

coracanus. 8. C. ſpicis digitatis incurvatis, culmo compreſſo erecto, fol. ſuboppoſitis. *Spicularum Raches depreſſae, latere interiore Floribus alternis, extrorſum ſeſſilibus Flores ovato oblongi, compreſſi, mutici, rachi adpreſſi. Calyces 4-flori valvula interiore inferiore et minore, utraque vero compreſſa carinata, uti corolla.*

aegyptius. 9. C. ſpic. digitatis quaternis obtuſis patentiſſimis mucronatis, calycibus mucronatis, caule repente, fol. oppoſitis. *Caulis laevis, geniculatus, in genua procumbens. Spiculae 4. ſ. 5. horizontales rachi mucronata ultra flores protenſa. Flores alterni, diſtichi. Calyces biflori, mutici.*

indicus. 10. C. ſpic. digitatis linearibus, culmo compreſſo declinato baſi nodoſo, fol. alternis. *Calyces ſubquadriflori.*

virgatus. 11. C. panicula ramis ſimplicibus, floribus ſeſſilibus ſexfloris: ultimo ſterili; infimis ſubariſtatis.

domingenſis. 12. C. panicula ramis ſimplicibus ſpiculis ſubſeſſilibus ſexfloris, floribus omnibus ariſtatis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 363.*

aureus. 13. C. paniculae ſpiculis ſterilibus pendulis ternatis, flor. ariſtatis.

88. FESTUCA. *Cal.* 2-valvis. *Spicula* oblonga, tereтiuſcula, glumis acuminatis.
108.

* *Panicula ſecunda.*

bromoides. 1. F. panicula ſecunda: ſpiculis erectis, calycis valvula altera integra, altera acuminata. *Similis F. ovinae, ſed foliis latioribus.*

ovina. 2. F. panicula ſecunda coarctata ariſtata, culmo tetragono nudiuſculo, fol. ſetaceis. *Stillingfl. miſc. t. 8.*

rubra. 3. F. panicula ſecunda ſcabra, ſpicul. ſexfloris ariſtatis: floſculo ultimo mutico, culmo ſemitereti. F. *ovinae ſimilis, ſed major foliis latioribus.*

amethyſtina. 4. F. panicula flexuoſa, ſpicul. ſecundis inclinatis ſubmuticis, foliis ſetaceis.

reptatrix. 5. F. paniculae ramis ſimplicibus, ſpiculis ſubſeſſilibus.

duriuſcula. 6. F. panicula ſecunda oblonga. ſpicul. oblongis laevibus, fol. ſetaceis. — *Fl. dan. t. 848.* M. Gramen foliis junceis brevibus minus. *Bauh. pin. 5. Convenit cum* F. dumetorum *Foliis radicalibus filiformibus canaliculatis; caulinis planis gramineis, differt vero Glumis laevibus.* ♃.

dumetorum. 7. F. panicula ſpiciformi pubeſcente, foliis filiforbus. — *Fl. dan. t. 700.* M.

elatior. 8. F. panicula ſecunda erecta. ſpiculis ſubariſtatis: exterioribus teretibus. *Schreb. gram. 34. t. 2.* Gramen arundinaceum, locuſtis viridi-ſpadiceis brevius ariſtatis. *Scheuch. gram. 266.*

myurus. 9. F. panicula ſpicata. calyc. minutiſſimis muticis, flor. ſcabris: ariſtis longis.

ſpadicea. 10. F. panicula ſecunda. calycib. quinquefloris: floſculo ultimo ſterili, fol. laevibus. Gramen alpinum latifolium, panicula heteromalla ſpadicea, locuſtis pinnatis. *Scheuch. gram. 278. Habitat Monſpelii. Gouan. Altitudo 4 pedalis. Flores magni F. elatioris: floſculis magis diſtantibus acutis baſi ſubnodoſis. Stamina violacea.*

phoenicoides. 11. F. racemo indiviſo, ſpiculis alternis ſubſeſſilibus teretibus, fol. involutis mucronato-pungentibus. *Mant. 33.*

** *Pa-*

** *Panicula aequali.*

fuſca. 12. F. panicula erecta ramoſa, ſpiculis ſeſſilibus carinatis muticis.

decumbens. 13. F. panicula erecta, ſpicul. ſubovatis muticis, calyce floſculis majore culmo decumbente. *Fl. dan. t. 162. Calyces 3-flori. Melicae affinis.*

pauciflora. 14. F. panicula effuſa, ſpicul. ſubquadrifloris, ariſtatis ſcabris, fol. villoſis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

fluitans. 15. F. panicula ramoſa erecta, ſpicul. ſubſeſſilibus teretibus muticis. *Stillingfl. miſc. t. 20. Fl. dan. 237. Schreb. gram. 37. t. 3.*

criſtata. 16. F. panicula ſpicata lobata, ſpiculis ovatis latis ſexfloris hirſutis.

calycina. 17. F. panicula contracta, ſpiculis linearibus, calyce floſculis longiore, foliis baſi barbatis.

miſera. 18. F. panicula coarctata glumisque ariſtatis ſcabris, culmo geniculato infracto. *Thunb. jap. mſpt.* M.

ſpinoſa. 19. F. fruteſcens, ramis ramulisque ſpinoſis, pedicellis aculeatis. *Suppl. p.* 111.

89. BROMUS. *Cal.* 2-valvis. *Spicula* oblonga, teres, 112. diſticha: ariſta infra apicem.

ſecalinus. 1. B. panicula patente, ſpicis ovatis: ariſtis rectis, ſeminibus diſtinctis.

japonicus. 2. B. panicula patente ramoſa, ſpiculis oblongis glabris, ariſtis divaricatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

mollis. 3. B. panicula erectiuſcula, ſpic. ovatis pubeſcentibus: ariſtis rectis, fol. molliſſime villoſis. *Schreb. gram. 60. t. 6.*

ſquarroſus. 4. B. panicula nutante, ſpic. ovatis: ariſtis divaricatis.

purgans. 5. B. panicula nutante criſpa, fol. utrinque nudis: vaginis piloſis, glumis villoſis.

inermis. 6. B. panicula erecta, ſpiculis ſubteretibus ſubulatis nudis ſubmuticis. *Schreb. gram. 93. t. 13. excluſis ſynonymis Mantiſſae 186. Radix maxime reptans. Schreber.*

bifidus. 7. B. panicula erecta ramoſa, ſpiculis ovatis, ſubtrifloris, glumis bifido-ſetaceis, ariſta divaricata. *Thunb. jap. mſpt.* M.

aſper. 8. B. panicula nutante ſcabra, ſpiculis villoſis ariſtatis, fol. ſcabris. *Hudſ. angl. 40. n. 7.* Feſtuca gramineam

graminea nemoralis latifolia mollis. *Bauh. pin 9. theatr. 144.* Feſtuca graminea dumetorum juba longiore. *Moriſ. hiſt. 3. p. 213. ſ. 8. t. 7. f. 27. Radix minime repens. Schreber.* Bromus ramoſus. *Syſt. ed. 13. p. 102.* (*non p. 103.*)

ciliatus. 9. B. panicula nutante, fol. utrinque vaginisque ſubpiloſis, glumis ciliatis.

ſterilis. 10. B. panicula patula, ſpicul. oblongis diſtichis, glumis ſubulato ariſtatis.

arvenſis. 11. B. panicula nutante, ſpicul. ovato-oblongis. *Fl. dan. t 293.*

geniculatus. 12. B. panicula erecta, floſculis diſtantibus, pedunculis angulatis, culmo genu procumbente. *Mant. 33.*

tectorum. 13. B. panicula nutante, ſpicul. linearibus.

giganteus. 14. B. panicula nutante, ſpicul. quadrifloris: ariſtis brevioribus. *Schreb. gram. 88. t.* 11.

rubens. 15. B. panicula faſciculata, ſpicul. ſubſeſſilibus villoſis: ariſtis erectis.

ſcoparius. 16. B. panicula faſciculata, ſpicul. ſubſeſſilibus glabris: ariſtis patulis.

rigens. 17. B. panicula ſpicata: ſpiculis ſubſeſſilibus erectis pubeſcentibus ſubquadrifloris. *Mant. 33.*

racemoſus. 18. B. racemo ſimpliciſſimo pedunc. unifloris, flor. ſexfloris laevibus ariſtatis.

triflorus. 19. B. panicula patente, flor. ſubtrifloris. *Fl. dan. t. 440?*

madritenſis. 20. B. panicula rariore patulo-erecta, ſpiculis linearibus: intermediis geminis, pedicellis ſuperne incraſſatis.

ramoſus. 21. B. culmo ramoſiſſimo, ſpiculis ſeſſilibus, foliis involuto-ſubulatis. *Mant. 34.*

pinnatus. 22. B. culmo indiviſo, ſpicul. alternis ſubſeſſilibus teretibus ſubariſtatis. *Fl. dan t. 164. Folia plana.*

criſtatus. 23. B. ſpiculis diſtiche imbricatis ſeſſilibus depreſſis. Triticum *criſtatum*, calycibus quadrifloris ariſtatis, ſpicis lanceolatis imbricatis, culmis pubeſcentibus. *Schreb. gram.* 12. *t. 23. f.* 2.

diſtachyos. 24. B. ſpicis duabus erectis alternis Bromus ſpiculis ſubbinatis compreſſis ſeſſilibus. *Ger. prov. 98. t. 3. f.* 1. Feſtuca *ciliata*, valvulis interioribus glumae corollinae ciliatis, panicula ſtricta ſecunda ſimplici. *Gouan. hort. 48.* 547.

Gra-

Gramen feſtuceum myurum elatius, ſpica heteromalla gracili. *Barr. ic. 99. f. 2. Spiculae ſeſſiles, planae, obverſae ſcapo, ut in Triticis, calyce acuto; in ſpontaneo ſpiculae 2, in culto 3, ariſtatae.*

ſtipoides. 25. B. panicula erectiuſcula, pedunculis enſiformibus. *Mant. 557. Similis Stipae membranaceae.*

90. STIPA. 115. *Cal.* 2-valvis, uniflorus. *Cor.* valvula exteriore ariſta terminali: baſi articulata.

pennata. 1. S. ariſtis lanatis.

juncea. 2. S. ariſtis nudis rectis, calycibus ſemine longioribus, foliis intus laevibus. *Diſtincta certe a ſequenti.*

capillata. 3. S. ariſtis nudis curvatis, calyc. ſemine longioribus, fol. intus pubeſcentibus.

Ariſtella. 4. S. ariſtis nudis rectis calyce vix duplo longioribus. *Syſt. nat. 3. p. 229.*

tenaciſſima. 5. S. ariſtis baſi piloſis, panicula ſpicata, fol. filiformibus.

avenacea. 6. S. ariſtis nudis, calycibus ſemen aequantibus.

membranacea. 7. S. pedicellis dilatatis membranaceis. *Sp. pl. 650. Mant. 326.*

arguens. 8. S. ariſtis nudis, bracteis baſi barbatis, floſculis ſeſſili-faſciculatis. Gr. aethiopicum panicula molli vireſcente. *Pluk. 176. t. 300. f. 1?*

ſpicata. 9. S. ariſtis ſeminudis, floribus ſpicatis. *Suppl. p. 111.*

91. AVENA. 177. *Cal.* 2-valvis, multiflorus: ariſta dorſali contorta.

ſibirica. 1. A. paniculata, calycibus unifloris ſeminibus hirſutis, ariſtis calyce triplo longioribus.

elatior. 2. A. paniculata, calyc. bifloris, floſculo hermaphrodito ſubmutico, maſculo ariſtato. *Fl. dan. t. 165. Schreb. gram. 25. t. 1.*

ſtipiformis. 3. A. paniculata, calyc. bifloris, ariſtis ſemine duplo longioribus, culmo ramoſo. *Mant. 34.*

penſylvanica. 4. A. panicula attenuata, calyc. bifloris, ſem. villoſis; ariſtis calyce duplo longioribus.

loeflingiana. 5. A. panicula contracta, floſculis binis hirſutis: altero pedunculato apice biariſtato, ariſta interme-

termedia longiori. *Suppl. p. 112.* Avena *löfſlingiana*, panicula contracta, floſc. binis, altero pedunculato, apice biariſtatis, dorſo ariſta reflexa. *Syſt. ed. 13. p. 104. Habitat usque in Cap. b. ſpei.*

ſativa. 6. A. paniculata, calycib. diſpermis, ſem. laevibus, altero ariſtato. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

nuda. 7. A. paniculata, cal. trifloris, receptaculo calycem excedente, petalis dorſo ariſtatis; tertio floſculo mutico.

fatua. 8. A. paniculata, calyc. trifloris. floſc. omnibus ariſtatis baſique piloſis. *Schreb. gram. 109. t. 15.*

ſeſquitertia. 9. A. paniculata, calyc. ſubtrifloris, floſc. omnibus ariſtatis, receptaculis barbatis. *Mant. 34.*

pubeſcens. 10. A. ſubſpicata, calyc. ſubtrifloris baſi piloſis, fol. planis pubeſcentibus. *Sp. pl.* 1165. *Mant. 327. Synon.*

ſterilis. 11. A. paniculata, calyc. quinquefloris: exterioribus floſculis ariſtisque baſi piloſis; interioribus muticis. Gramen avenaceum maximum, vtriculis cum lanugine alba et longiſſimis ariſtis. *Magn. monſp.* Aegilops mauritanica, ariſtis longioribus binis. *Pet. gaz. t. 38. f. 7.*

flaveſcens. 12. A. panicula laxa, calyc. trifloris brevibus, floſc. omnibus ariſtatis. *Schreb. gram. 72. t. 9. Mant. 326. Synon.*

hiſpida. 13. A. (paniculata M.) calycibus trifloris piloſis. *Suppl. p. 111.*

capenſis. 14. A. panicula coarctata, calycibus trifloris ſubulatis, corolla pubeſcente, ariſta intermedia tortili curva. *Suppl. p. 112.*

purpurea. 15. A. panicula coarctata, calycibus bifloris ovatis corollis villoſis: gluma exteriori bifida, ariſta terminali inflexa. *Suppl. p. 112.*

lutea. 16. A. panicula patente, calycibus bifloris ſubulatis, corollis nudis triariſtatis ariſta intermedia flexuoſa. *Suppl. p. 112.*

lupulina. 17. A. panicula coarctata ovata, calycibus trifloris lanceolatis, corollis villoſis, gluma exteriori biſubulata, ariſta intermedia reflexa. *Suppl.* p. 113.

fragilis. 18. A. ſpicata, calyc. quadrifloris floſculo longioribus. *Mant. 326. Schreb. gram. t. 24. f. 3.*

pratenſis. 19. A. ſubſpicata calyc. quinquefloris. *Mant. 327. Synon.*

ſpi-

ſpicata. 20. A. ſpicata, calyc. ſexfloris longioribus: petalo exteriore apice ariſtato furcatoque.

bromoides. 21. A. ſubſpicata, ſpicul. binatis: altera pedunculata, ariſtis divaricatis, calyc. octofloris. *Sp. pl. 1661.*

1359. ANTHISTIRIA *Cal.* aequaliter ad baſin fiſſus in lacinias 4 aequales. *Suppl. p.* 13. *Linn. jun. Diſſ. nov. gram. gen. p.* 35. *c. fig.*

ciliata. 1. ANTHISTIRIA. *Suppl. p. 113.* Andropogon quadrivalve. *Syſt. veg. ed.* 13. *p. 758.*

92. LAGURUS. *Cal.* 2-valvis: ariſta villoſa. *Cor.* petalo exteriore ariſtis 2. terminalibus: tertia dorſali retorta.
119.

ovatus. 1. L. ſpica ovata ariſtata. *Schreb. gram. 143. t. 19. f. 3. Barr. ic. 116. f.* 1. 2.

cylindricus. 2. L. ſpica cylindrica mutica. *Ger. prov. 104.* Gramen pratenſe alopecurum, ſericea panicula. *Barr. ic. 11.*

93. ARUNDO. *Cal.* 2-valvis. *Floſculi* congeſti, lana cincti.
120.

Bambos. 1. A. calycibus multifloris, ſpicis ternis ſeſſilibus.

Donax. 2. A. calyc. quinquefloris, panicula diffuſa, culmo fruticoſo. *Calyces plerumque 5-flori. Turra.*

phragmitis. 3. A. calyc. quinquefloris, panicula laxa.

epigejos. 4. A. calyc. unifloris, panicula erecta, fol. ſubtus glabris.

Calamagroſtis. 5. A. calyc. unifloris, laevibus, coroll. lanuginoſis, culmo ramoſo. *Fl. dan. t. 280.*

arenaria. 6. A. calyc. unifloris fol. involutis mucronato pungentibus.

64. ARISTIDA. *Cal.* bivalvis. *Cor.* univalvis: ariſtis 3. terminalibus.
121.

adſcenſionis. 1. A. panicula ramoſa, ſpicis ſparſis.

americana. 2. A. paniculae ramis ſimpliciſſimis, ſpicis alternis.

plumoſa. 3. A. paniculata, ariſta intermedia longiore lanata, culmis villoſis. *Sp. pl. 1666.*

arundinacea. 4. A. panicula, ariſta intermedia longiore laevi. *Mant.* 186.

gigantea. 5. A. panicula elongata effuſa ſecunda, calycibus unifloris, ariſtis corollinis ſubaequalibus rectis. *Suppl. p.* 113.

Hyſtrix. 6. A. panicula divaricata patentiſſima, floſculis ſimpliciſſimis glabris, ariſtis rectis divaricatis. *Suppl. p.* 113.

95. LOLIUM. *Cal.* 1-phyllus, fixus, multiflorus. 122.

perenne. 1. L. ſpica mutica, ſpiculis compreſſis multifloris — *Fl. dan. t.* 740. M.

tenue. 2. L. ſpica mutica tereti: ſpiculis trifloris.

temulentum. 3. L. ſpica ariſtata, ſpiculis compreſſis multifloris. *Fl. dan. t.* 160.

diſtachyon. 4. L. ſpica binata, calycibus unifloris, corollis lanatis. *Mant.* 187.

1360. ROTTBOELLA. *Rachis* articulata, teretiuſcula, in pluribus filiformis. *Cal.* ovato-lanceolatus, planus, ſimplex ſ. bipartitus — *Floſculi* alterni in rachi flexuoſa. *Suppl. p.* 13. *Linn. jun. nov. gram. gen. p.* 23. *c fig.*

incurvata. 1. R. ſpica tereti ſubulata, gluma calycina ſubulata adpreſſa bipartita. *Suppl. p.* 114. Aegilops incurvata. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 762.

compreſſa. 2. R. ſpica compreſſa ſubulata, gluma calycina lanceolata plana indiviſa. *Suppl. p.* 114.

dimidiata. 3. R. ſpica dimidiata compreſſa lineari: latere exteriori aggregato floſculoſo, interiori laevi nudo. *Suppl. p.* 114. Panicum dimidiatum *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 90.

exaltata. 4. R. ſpica tereti-filiformi undique floſculoſa, glumis ovatis obtuſis, vaginis punctato-hirſutis. *Suppl. p.* 114.

corymboſa. 5. R. ſpicis aggregatis lateralibus filiformibus, floſculis bifariis patentibus, foliis baſi ciliatis. *Suppl. p.* 114. Aegilops exaltata. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 762.

96.

96. ELYMUS. 122. *Cal.* lateralis, 2-valvis, aggregatus, multiflorus.

arenarius. 1. E. ſpica erecta arcta, calycibus tomentoſis floſculo longioribus.

ſibiricus. 2. E. ſpica pendula arcta, ſpiculis binatis calyce longioribus. *Schreb. gram. 1. t. 21. f. 1.*

philadelphicus. 3. E. ſpica pendula patula, ſpiculis ſexfloris: inferioribus ternatis.

canadenſis. 4. E. ſpica nutante patula, ſpiculis inferioribus ternatis; ſuperioribus binatis.

caninus. 5. E. ſpica nutante arcta, ſpiculis rectis involucro deſtitutis: infimis geminis

tener. 6. E. ſpica pendula, floſculis geminis. *Suppl. p. 114.*

virginicus. 7. E. ſpica erecta, ſpiculis trifloris, involucro ſtriato.

europaeus. 8. E. ſpica erecta: ſpiculis bifloris involucro aequalibus. *Mant. 35.*

Caput meduſae. 9. E. ſpiculis bifloris, involucris ſetaceis patentiſſimis. *Schreb. gram. 17. t. 24. f. 2. (excluſo ſynonymo Scheuchzeri).*

Hyſtrix. 10. E. ſpica erecta, ſpiculis involucro deſtitutis patentibus. *Sp. pl. 560.*

97. SECALE. 124. *Cal.* oppoſitus, 2-valvis, 2-florus, ſolitarius.

cereale. 1. S. glumarum ciliis ſcabris. *Habitat in Creta.*

villoſum. 2. S. glumarum ciliis villoſis, ſquamis calycinis cuneiformibus.

orientale. 3. S. glumis hirſutis, ſquamis calycinis ſubulatis.

creticum. 4. S. glumis extrorſum ciliatis.

98. HORDEUM. 125. *Cal.* lateralis, bivalvis, uniflorus, ternus.

vulgare. 1. H. floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis: ordinibus duobus erectioribus.

hexaſtichon. 2. H. floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis, ſem. ſexfariam aequaliter poſitis.

diſtichon. 3. H. floſculis lateralibus maſculis muticis, ſem. angularibus imbricatis. *Habitat ad Samaram Tatariae fluvium.*

Zeocriton. 4. H. floſculis lateralibus maſculis muticis, ſem. angularibus patentibus corticatis. *Schreb. gram.*

gram. 125. *t.* 17. Hordeum diſtichum, ſpica lata compreſſa breviore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 206. granis confertis. *Raj. hiſt.* 1243.

bulboſum. 5. H. floſculis omnibus ternis fertiiibus ariſtatis, involucris ſetaceis ciliatis.

nodoſum. 6. H. floſculis lateralibus maſculis muticis, involucris ſetaceis laevibus. *Radix bulboſa, copioſa. Floſculi laterales mutici: intermedio ariſtato. Involucella ſunt vere ariſtata, ariſtis purpuraſcentibus, floſculo ſuo longioribus* (*ergo* minime *in Spec. p.* 126. *deleatur.*)

murinum. 7. H. floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, involucris intermediis ciliatis. — *Fl. dan. t.* 629. M.

jubatum. 8. H. ariſtis involucrisque ſetaceis longiſſimis. Elymus *crinitus*, ſpiculis unifloris ſcabris, involucris erectis. *Schreb. gram.* 15. *t.* 24 *f.* 3. Gr. hordeaceum, ſpica ariſtis longiſſimis circumvallata. *Scheuch. gram.* 20. *Buxb. cent.* 1. *p.* 33. *t.* 52. *f.* 1. *Habitat* Smyrnae.

99. TRITICUM. *Cal.* 2-valvis, ſolitarius, ſubtriflorus.
126. *Flos* obtuſiuſculus, acutus.

* *Annua.*

aeſtivum. 1. T. calycibus quadrifloris ventricoſis glabris imbricatis ariſtatis.

hybernum. 2. T. calyc. quadrifloris ventricoſis laevibus imbricatis ſubmuticis.

compoſitum. 3. T. ſpica compoſita, ſpiculis confertis ariſtatis. *Suppl. p.* 115. Triticum *compoſitum*, calyc. quadrifloris ventricoſis, ſpica compoſita. *Syſt. ed.* 13. *p.* 115.

turgidum. 4. T. calyc. quadrifloris ventricoſis villoſis imbricatis obtuſis.

polonicum. 5. T. calyc. bifloris nudis, floſculis longiſſime ariſtatis, racheos dentibus barbatis.

Spelta. 6. T. calyc. quadrifloris truncatis, floſculis ariſtatis hermaphroditis: intermedio neutro.

monococcum. 7. T. calyc. ſubtrifloris: primo ariſtato, intermedio ſterili.

proſtratum. 8. T. calyc. multifloris, ſpica diſticha ovata, floſculis imbricatis ariſtato-mucronatis. *Suppl. p.* 114.

p. 114. Secale proſtratum. *Pallas. Iter Vol. I. p. 485. Jacq. hort. v. 3. t. 44.*

pumilum. 9. T. ſpica ouata, glumis ſubariſtatis: calycinis biſulcatis. *Suppl. p.* 115.

** *Perennia.*

junceum. 10. T. calyc. quinquefloris truncatis, fol. involutis. *Mant. 327.*

repens. 11. T. calyc. quadrifloris ſubulatis acuminatis, fol. planis. — *Fl. dan. t. 748.* M.

maritimum. 12. T. calyc. multifloris, floſculis mucronatis, ſpica ramoſa. Feſtuca panicula coarctata ſecunda, ſpiculis rigidis, pedicellis acutangulis. *Ger. prov. 94.* Poa ſpicata, ſpicul. alternis ſeſſilibus ſubſexfloris. *Hudſ. angl. 35.* Gramen pumilum loliaceo ſimile. *Raj. angl. 3. p. 395.* Gramen exile duriuſculum maritimum, foliol, circumvolutis ſubjunceis brevibus. *Pluk. phyt. 32. f. 7.* Gramen maritimum, paniculis aſperis loliaceis. *Bocc. muſ. 2. p.* 135. *t. 95.* Gramen caninum maritimum paniculatum. *Raj. hiſt.* 1286.

tenellum. 13. T. calyc. ſubquadrifloris, floſc. muticis acutis, fol. ſetaceis. Feſtuca ſpica ſecunda recta, ſpiculis compreſſis ſubariſtatis. *Ger. prov. 96. Flores omnino ſpicati, ideoque Tritici ſpecies.*

unilaterale. 14. T. calyc. unilateralibus alternis muticis. *Mantiſſ.* 35.

TRIGYNIA.

100. ERIOCAULON. *Cal.* communis, capitulum imbricatum. *Petala* 3, aequalia. *Stam.* ſupra germen.
128.

triangulare. 1. E. culmo triangulari, foliis enſiformibus, capitulo ovato.

quinquangulare. 2. E. culmo quinquangulari, fol enſiformibus.

ſexangulare. 3. E. culmo ſexangulari, fol. enſiformibus.

ſetaceum. 4. E. culmo ſexangulari, fol. ſetaceis. *Pet. gaz. t. 53, f.* 10.

decan-

decangulare. 5. E. culmo decangulari, fol. enſiformibus. *Mant.* 327. *Folia 2 ſubulata, plana, canaliculata, articulata. Flores capitati, floſculis maſculis diſci, femineis ambitus. Petala puncto nigro intra apicem. Character generis in reliquis ſpeciebus examinandus. D. Hope hanc egregie adumbravit. Videndae et rel quae ſpecies, antequam character emendetur.*

101. MONTIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 1-petala, irregularis. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis.
129.

fontana. 1. Montia. *Fl. dan. t.* 131.

102. PROSERPINACA. *Cal.* 3-partitus, ſuperus. *Cor.* 0. *Sem.* 1. triloculare.
129.

paluſtris. Proserpinaca.

103. TRIPLARIS. *Cal.* maximus, tripartitus. *Cor.* 0. *Antherae* lineares. *Nux* triquetra intra calycis baſin ovatam. — Calyx in fructu non patet, ſed ſemen arcte ambit et includit, dein in tria foliola longiſſima et erectiuſcula abit: potius ergo *calyx foliaceus longiſſimus* dicendus. *Jacquin in litt.* M.
130.

americana. 1. T. Triplaris *pyramidalis* ſpicis erectis terminalibus. *Jacq. amer.* 13. *t.* 173. *f.* 5. — *Ed.* 2. *pict. p.* 12. *t.* 259. *f.* 3. *quoad fructum* M.

ramiflora. 2. T. racemis lateralibus aggregatis. *Jacq. amer. pict. p.* 13. *t.* 259, *f.* 3. *quoad fructum.* M.

104. HOLOSTEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locularis, ſubcylindracea, apice dehiſcens.
130.

cordatum. 1. H. foliis ſubcordatis. *Mant.* 327. *Fabr. helmſt.* 184. *Petala alba, bipartita, calyce minora.*

ſuc-

ſucculentum. 2. H. fol. ellipticis carnoſis. *Petala alba, ſubtrifida calyce minora.*
hirſutum. 3. H. fol. orbiculatis hirſutis.
umbellatum. 4. H. floribus umbellatis.

1241. KOENIGIA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* nulla. *Sem.* 1, ovatum, nudum.

islandica. 1. KOENIGIA. *Mant.* 35. *Fl dan t* 418. *Locis argilloſis, inundatis, alpinis et maritimis.*

105. POLYCARPON. 131. *Cal.* 5-phyllus *Petala* 5, minima, ovata. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis,

magellanicum. 1. P. caulibus ſimpliciſſimis, foliis linearibus ſparſis imbricatis. *Suppl. p.* 115.
tetraphyllum. 2. P. caule ramoſo proſtrato foliis quaternis. *Suppl. p.* 116. Polycarpon tetraphyllum. *Syſt. ed.* 13. *p.* 116.

106. MOLLUGO. 131. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 3-locularis, 3-valvis.

oppoſitifolia. 1. M. foliis oppoſitis lanceolatis, ramis alternis, pedunculis lateralibus confertis uniflris. Alſine Spergulae facie bengh. foliis anguſtis. *Pluk. alm.* 21. *t.* 75. *f.* 6. *Burmann.*
ſtricta. 2. M. fol. ſubquaternis lanceolatis, flor. paniculatis nutantibus, caule erecto angulato. Alſine multiflora floribunda glabra bengalenſis. *Pluk. phyt.* 21. *t.* 256. *f.* 2. Alſine erecta pentaphylla, flore albo. *Burm. zeyl* 31. *t.* 5. *f.* 3. *Paniculae foliis longiores, primo ſecundoque dichotomae, dein racemoſae. Flores nutantes, albi, ſimillimi M. verticillatae.* ⊙
pentaphylla. 3. M. fol. quinis obovatis aequalibus, flor. paniculatis.
verticillata. 5. M. fol. verticillatis cuneiformibus acutis, caule ſubdiviſo decumbente, pedunc. unifloris. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

107. MINUARTIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.*
132. 1-locularis, 3-valvis. *Sem.* nonnulla.

dichotoma. 1. M. floribus confertis dichotomis. *Act. ſtockh.* 1758. *t.* 1. *f.* 4.

campeſtris. 2. M. flor. terminalibus alternis bractea longioribus. *l. c. f.* 3.

montana. 3. M. flor. lateralibus alternis bractea brevioribus. *Mant.* 328. *Stamina ſaepe* 5 *Alſines. Conferatur ſolo natali Alſine mucronat.. Huic ſtructura ſimilis, ſed laxa ramoſiſſima diffuſa;* M. montana *vero coarctata. Act. ſtockh l. c. f.* 4.

108. QUERIA. *Cal.* 5-phyllus *Cor.* o. *Capſ.* 1-locu-
132. laris, 3-valvis. *Sem.* 1.

hiſpanica. 1. Q. floribus confertis.

canadenſis. 2. Q. flor. ſolitariis, caule dichotomo.

109. LECHEA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, linearia.
133. *Capſ.* 3-locularis, 3-valvis: valvulis totidem interioribus. *Sem.* 1.

minor. 1. L. foliis lineari-lanceolatis, floribus paniculatis.

major. 2. L. fol. ovato-lanceolatis, flor. lateralibus vagis. Menandra foliis alternis. *Gron. virg.* 2. *p.* 20. *Stamina* 4: *horum* 2 *ſuperiora approximata. Clayt.*

CLAS-

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Fl. monopetali, monoſpermi, inferi.

111. Protea. *Cor.* 4-petala. *Antherae* infra apices corollae inſertae! *Sem.* nuda.
112. Globularia. *Cor.* 1-petalae, irregulares, *Sem.* nuda.

Fl. monopetali, monoſpermi, ſuperi. Aggregatae.

113. Cephalanthus. *Cal.* communis o. *Recept.* globoſum, villoſum. *Sem.* lanuginoſa.
114. Dipsacus. *Cal.* communis foliaceus. *Recept.* conicum, paleaceum. *Sem.* columnaria.
115. Scabiosa. *Cal.* communis. *Recept.* elevatum, ſubpaleaceum. *Sem.* coronata, involuta.
116. Knautia. *Cal.* communis oblongus. *Recept.* planum, nudum. *Sem.* apice villoſa.
117. Allionia. *Cal.* communis 3-phyllus, 3-florus; *proprius* ſuperus o. *Sem.* nuda.

* *Valeriana ſibirica.*

Fl. monopetali, monocarpi, inferi.

136. Aquartia. *Cor.* rotata. *Cal.* ſubquadrifidus. *Bacca* polyſperma.
135. Callicarpa. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-fidus. *Bacca* 4-ſperma.
1290. Aegiphila. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 4-ſperma. *Stylus.* ſemibifidus.
143. Scoparia. *Cor.* rotata. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis.
145. Centunculus. *Cor.* rotata. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* 1-locularis, circumſciſſa.
142. Plantago. *Cor.* refracta. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa.

137. Polypremum. *Cor.* rotata. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 2-locularis, emarginata.
140. Buddleja. *Cor.* campanulata. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 2-locularis, biſulca.
141. Exacum. *Cor.* ſubcampanulata. *Cal* 4 phyllus. *Capſ.* 2 locularis, compreſſa.
138. Penaea. *Cor.* campanulata. *Cal.* 2 phyllus. *Capſ.* 4-locularis, 4-valvis
139. Blaeria. *Cor.* ſubcampanulata. *Cal.* 4 partitus. *Capſ.* 4-locularis, angulis dehiſcens.

* *Swertia corniculata, dichotoma.*
* *Gentianae quadrifidae.*

Fl. monopetali, monocarpi, ſuperi.

132. Pavetta. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 1-ſperma.
131. Ixora. *Cor* tubuloſa. *Cal.* 4-partitus. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* 2.
133. Petesia. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 2-locularis, polyſperma.
130. Catesbaea. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.
134. Mitchella. *Cor.* 2, tubuloſae. *Cal.* 4 dentatus. *Bacca* 4-ſperma, biflora, bifida.
1361. Hydrophylax. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4-partitus *Fructus* (Capſ. M.) anceps mono-ſpermus.
118. Hedyotis. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* didyma, polyſperma, apice dehiſcens.
154. Oldenlandia. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* didyma, polyſperma, dehiſcens inter dentes.
1338. Mannettia. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 8-phyllus. *Capſ.* 2-locularis.
146. Sanguisorba. *Cor.* plana. *Cal* 2-phyllus. *Capſ.* 4-gona, inter calycem et corollam.

* *Coffea occidentalis.*
* *Peplis tetrandra.*

Fl. monopetali, dicocci, inferi.

124. Houstonia. *Cor.* tubuloſa. *Cal* 4-dentatus. *Capſ.* 2-locularis, 2-valvis.

1242. SCABRITA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* tubuloſus, truncatus. *Sem.* compreſſa, emarginata.

Fl. monopetali, dicocci, ſuperi. Stellatae.

127. RUBIA. *Cor.* campanulata. *Fructus* baccati.
125. GALIUM. *Cor.* plana. *Fructus* ſubgloboſi.
121. ASPERULA. *Cor.* tubuloſa. *Fructus* ſubgloboſi.
120. SCHERARDIA. *Cor.* tubuloſa. *Fr.* coronatus. *Sem.* 3-dentata.
119 SPERMACOCE. *Cor.* tubuloſa. *Fr.* coronatus. *Sem.* 2-dentata.
123. KNOXIA. *Cor.* tubuloſa. *Fr.* bipartibilis, ſulcatus.
122. DIODIA. *Cor.* tubuloſa. *Fr.* tetragonus, coronatus, 2-valvis.
126. CRUCIANELLA. *Cor.* tubuloſa, ariſtata. *Fr.* nudus. *Sem.* linearia.

Fl. monopetali, tetracocci, inferi.

129. SIPHONANTHUS. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 5-partitus. *Baccae* 4, 1-ſpermae.

Fl. tetrapetali, inferi.

148. EPIMEDIUM. *Petala* Nectar. 4, incumb. *Cal.* 4-phyllus. *Siliqua* 1-locularis.
... SKIMMIA. *Pet.* concava. *Cal.* 4-part. *Bacca* 4-ſperma.
144. RHACOMA. *Pet.* fimbriata. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 1-ſperma.
... OTHERA. *Pet.* ovata plana. *Cal.* 4-partitus. *Stigma* ſeſſile. *Capſula?*
... ORIXA. *Pet.* lanceolata plana. *Cal.* 4-partitus. *Stigm.* capitatum. *Capſula?*
152. PTELEA. *Pet.* coriacea. *Cal.* 4-partitus. *Drupa* exſucca, compreſſa.
1291. SAMARA. *Pet.* baſi lacuna. *Cal.* 4 partitus. *Drupa* ſubrotunda. *Stigma* infundibuliforme.
150. FAGARA. *Pet.* ſtaminibus breviora. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 2-valvis, 1-ſperma.
255. AMMANNIA. *Pet.* rariſſime praeſentia. *Cal.* tubuloſus, 8-dent. *Capſ.* 4-locularis.
1362. BANKSIA. *Amentum* ſquamatum. *Cor.* 4-petala. *Antherae* in cavitate lamina-

 rum,

rum, ſeſſiles. *Capſ.* bivalvis. *Sem.* bipartibile.

1363. Hartogia. *Pet.* patentia. *Cal.* 5-fidus. *Drupa* ovata, diſperma.

* *Cardamine hirſuta.*
* *Evonymus europaeus.*

Fl. tetrapetali, ſuperi.

157. Trapa. *Cal.* 4-partitus. *Nux* armata ſpinis conicis, oppoſitis.
147. Cissus. *Cal.* cingens germen. *Bacca* 1-ſperma.
149. Cornus. *Cal.* 4-dentatus, deciduus. *Drupa* nucleo 2-loculari.
153. Ludwigia. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* 4-locularis, tetragona.
480. Santalum. *Cor.* 4-petala Calyci innata. *Bacca* 1-ſperma.

* *Fl. incompleti, inferi.*

1244. Struthiola. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 1-ſperma, ſicca. *Nectar.* 8 glandulis.
161. Crameria. *Cor.* 4-petala. *Bacca* ſicca, 1-ſperma, echinata.
162. Rivina. *Cor.* 4-petala. *Bacca* 1-ſperma. *Sem.* ſcabrum.
1364. Embothrium. *Cor.* 4 petala. *Antherae* ſeſſiles, apicibus petalorum inſidentes. *Folliculus* teres.
. . . Nigrina. *Cor.* 4-petala. *Capſula*?
163. Salvadora. *Cor.* 4 fidus. *Bacca* 1-ſperma. *Sem.* arillatum.
164. Camphorosma. *Cal.* 4 fidus. *Capſ.* 1-ſperma.
165. Alchemilla. *Cal.* 8-fidus. *Sem.* 1, calyce incluſum.
158. Dorstenia. *Cal.* *Receptac.* planum, carnoſum, commune.
1243. Cometes. *Umbella* 4-phylla, 3-flora. *Capſ.* 3-cocca.

* *Corchorus Coreta.*
* *Ammannia.*
* *Convallaria bifolia.*

Fl. incompleti, ſuperi.

1292. Sirium. *Cal.* campanulatus. *Bacca* 3-locularis. *Nectar.* 4 phyllum.
1293. Acaena. *Cal.* 4 phyllus. *Bacca* echinata, 1-ſperma.

156.

156. Isnardia. *Cal* campanulatus, perſiſtens. *Capſ.* 4-locularis.
159. Elaeagnus. *Cal.* campanulatus, deciduus. *Drupa.*
. . . Gonocarpus. *Cal* o. *Cor.* 4-fida. *Drupa* 8-gona, 1-ſperma.

* *Theſium alpinum.*

DIGYNIA.

168. Bufonia. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis, 2-ſperma.
171. Hypecoum. *Cor.* 4-petala, inaequalis. *Cal.* 2-phyllus. *Siliqua.*
169. Hamamelis. *Cor.* 4-petala, longiſſima. *Cal.* duplex. *Nux* bilocularis, bicornis.
170. Cuscuta. *Cor.* 4-fida, ovata. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa.
1365. Gomozia. *Cor.* 4-fida, campanulata. *Cal.* o. *Bacca* bilocularis.
. . . Galopina. *Cor.* 4-fida. *Cal.* o. *Semina* 2, nuda.
166. Aphanes. *Cor.* o. *Cal.* 8-fidus. *Sem.* 2.
167. Cruzita. *Cor.* o. *Cal.* 4-phyllus: exterior 3-phyllus. *Sem.* 1.

* *Herniaria fruticoſa.*
* *Gentiana.*
* *Swertia.*

TETRAGYNIA.

172. Ilex. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 4-ſperma.
173. Coldenia. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Sem* 2, bilocularia.
176. Sagina. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 4-locularis, polyſperma.
177. Tillaea. *Cor.* 3-ſ. 4 petala. *Cal.* 3-ſ. 4-phyllus. *Capſ.* 3. ſ. 4, polyſpermae.
178. Myginda. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus. *Drupa* 1-ſperma.
175. Potamogeton. *Cor.* o. *Cal.* 4-phyllus. *Sem.* 4. ſeſſilia.
175. Ruppia. *Cor.* o. *Cal.* o. *Sem.* 4. pedicellata.

MONOGYNIA.

110. 111. PROTEA. *Cor.* 4-petala (petalis ſubinde vel
134. baſi vel apice cohaerentibus
137. *Thunb.* M.). *Antherae* lineares (v. oblongae), inſertae petalis infra apicem. *Cal.* proprius 0. *Sem.* 1. ſuperum (nudum). — Cfr. *Thunbergii Diſſ. de Protea p.* 7. 8. M.

* Pinnatae: *foliis pinnatis, filiformibus.*

decumbens. 1. P. foliis trifidis filiformibus, caule decumbente. *Thunb. Diſſ. cit. n.* 1. *tab.* 1. M.

florida. 2. P. fol. trifidis filiformibus, caule erecto, capitulis ſolitariis bracteis obvallatis. *Thunb. loc. cit. n* 2. *t.* 1. M.

cyanoides. 3. P. fol. trifido pinnatis filiformibus, caule erecto, capitulis ſolitariis nudis. *Thunb. loc. cit. n.* 3. M. Protea *cyanoides*, floribus ſolitariis lanatis, calyce hirſuto, foliis multifidis. *Syſt. ed.* 13. 118. *Mant.* 188. *Spec. plant.* 137.

patula. 4. P. fol trifido-pinnatis filiformibus, caule erecto, capitulis aggregatis. *Thunb. loc. cit. n.* 4. M.

ſphaerocephala. 5. P. fol. bipinnatis filiformibus, pedunculis capitulis brevioribus, ſquamis calycinis ovatis baſi villoſis. *Thunb loc. cit. n.* 5. *p.* 16. 47. M. Protea *ſphaerocephala*, floribus ſolitariis lanatis. calyce extus laevi, foliis multifidis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 118. *Mant.* 188. Leucadendrum ſphaerocephalum. *Berg. cap.* 26.

Serraria. 6. P. fol bipinnatis filiformibus hirtis, pedunculis capitulis longioribus, ſquamis calycinis ovato-lanceolatis hirtis. *Thunb. loc. cit. n.* 6. M. Protea *Serraria*, floribus congeſtis, foliis multifidis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 117. *Mant.* 188. Leucad. Serraria. *Sp pl. p.* 137.

triternata. 7. P. fol bipinnatis filiformibus glabris, pedunculis capitulis longioribus, ſquamis calycinis lanceolatis hirtis. *Thunb. loc. cit. n.* 7. M.

glomerata. 8. P. fol bipinnatis filiformibus, pedunculo communi elongato nudo, pedicellis capitulis lon-

longioribus. *Thunb. loc. cit. n.* 8. *p.* 18. 46. M. Protea *glomerata*, floribus corymboſis, foliis multifidis. *Syſt. ed* 13. *p.* 117. *Mant.* 187.

phylicoides. 9. P. fol. bipinnatis filiformibus, capitulis terminalibus ſolitariis lanatis. *Thunb. loc. cit. n.* 9. M. Leucadendron phylicoides. *Berg. act. ſtockh. 1766. p. 327. Pl. cap. p. 29.*

lagopus. 10. P. fol. bipinnatis filiformibus, capitulis ſpicatis aggregatis. *Thunb. loc. cit. n. 10.* M.

ſpicata. 11. P. fol. bipinnatis filiformibus, capitulis ſpicatis diſtinctis. *Thunb. loc. cit. n. 11.* M. Protea *ſpicata*, floribus ſpicatis, foliis multifidis. *Syſt. ed. 13. p. 117. Mant. 187.* Leucad. ſpicatum. *Berg. cap. 25.*

Sceptrum. 12. P. fol. inferioribus bipinnatis, ſuperioribus trifidis integrisque. *Thunb. loc. cit n. 12.* Protea Sceptrum Guſtavianum. *Sparrm. act. ſtockh. 1777. p. 53. t.* 1. M.

** Dentatae: *foliis dentatis, calloſis.*

crinita. 13. P. fol. quinquedentatis glabris, caule erecto, capitulis ſubternis terminalibus. *Thunb. loc. cit. n. 13.* Leucad. oleaefolium. *Berg. act. ſtockh. 1766. p. 320. Pl. cap. p. 15. Adjungit Thunbergius hoc ſynonymon*, *quod* Proteae puberae *tribuit Linneus in Syſt. ed. 13. p. 118.* M.

conocarpa. 14. P. fol. quinquedentatis glabris, caule erecto, capitulo terminali. *Thunb. loc. cit. n. 14.* Leucadendron conocarpodendrum. *Spec. pl. p. 136. Berg. act. ſtockh. 1766. p. 321. Omiſſa in Syſt. ed. 13.* M.

elliptica. 15. P. fol. tridentatis ellipticis glabris, caule erecto, capitulo terminali. *Thunb. loc. cit. n. 15.*

hypophylla. 16. P. fol. tridentatis glabris ſecundis, caule decumbente, capitulo terminali. *Thunb. loc. cit. n. 16.* M. Protea *Hypophyllo-carpodendrum*, floribus ſolitariis, piſtillis clauatis, foliis tricalloſis. *Syſt. ed. 13. p. 118. Mant. 191.* Leucad. Hypophyllo-carpodendron. *Sp. plant. 136.*

cucullata. 17. P. fol. tridentatis glabris, capitulis lateralibus. *Thunb. loc. cit. n. 17.* M. Protea *cucullata*, floribus lateralibus ſeſſilibus, foliis apice trical-

tricalloſis. *Syſt. ed. 13. p. 118.* Leucadendros africana anguſtiori folio apicibus tridentatis. *Pluk. alm. 212, t. 304. f. 6.*

tomentoſa. 18. P. fol. tridentatis tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n. 18.* M.

heterophylla. 19. P. fol. tridentatis integrisque, caule decumbente. *Thunb. loc. cit. n. 19.* M.

*** Aceroſae; *foliis filiformibus, ſubulatis.*

piniſolia. 20. P. fol. filiformibus. floribus racemoſis ecalyculatis glabris. *Thunb. loc. cit. n. 20.* M. Protea *pinifolia;* floribus ſimplicibus racemoſo-ſpicatis glabris, foliis linearibus. *Syſt. ed. p 117. Mant. 187.* Leucad. pinifolium. *Mant 36.* Aulax pinifolia. *Berg. cap. 33. Calyx obſolete 4-dentatus.*

racemoſa. 21. P. fol. filiformibus, flor. racemoſis calyculatis tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n. 21.* M. Protea *racemoſa,* floribus ſimplicibus racemoſis tomentoſis, foliis linearibus. *Syſt. ed. 13. p.* 117. *Mant. 187.* Leucad. racemoſum. *Berg. cap. 23. act. ſtockh. 1766. p. 325. Calyx 4-phyllus.*

incurva. 22. P. fol. filiformibus incurvis glabris, capitulis racemoſo-ſpicatis tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n. 22. t. 3.* M.

caudata. 23. P. fol. filiformibus hirtis, capitulis ſubſeſſilibus ſpicatis. *Thunb. loc. cit. n. 23. t. 2.* M.

bracteata. 24. P. fol. filiformi-canaliculatis, capitulo terminali, bracteis multifidis. *Thunb. loc. cit. n. 24. t. 1.* Leucadendron cancellatum. *Spec. pl. p. 134. Berg. act. ſtockh. 1766. p. 326. Omiſſa in Syſt. ed. 13.* M.

comoſa. 25. P. fol. inferioribus filiformibus, ſuperioribus lanceolatis, capitulo terminali. *Thunb. loc. cit. n. 25.* M.

purpurea. 26. P. fol. linearibus recurvis, capitulis terminalibus cernuis, caule decumbente. *Thunb. loc. cit n. 26.* M. Protea *purpurea,* floribus faſtigiatis, foliis filiformibus indiviſis. *Syſt. ed. 13. p. 119. Mant. 195.* Leucad. proteoides. *Syſt. plant. 134.*

prolifera. 27. P. fol. ſubulatis adpreſſis, caule prolifero. *Thunb. loc. cit. n. 27. t. 4.*

corym-

corymboſa. 28. P. fol. lineari - ſubulatis adpreſſis ramulis verticillatis ſubfaſtigiatis. *Thunb. loc. cit. n. 28. t. 2.* Leucadendron corymboſum. *Berg. act. ſtockh 1766. p. 325. Pl. cap. 21.* M.

nana. 29. P. fol. lineari - ſubulatis, capitulo terminali calyce colorato. *Thunb. loc. cit. n. 29.* M. Protea *roſacea*, floribus ſolitariis, radio calycino colorato patenti, foliis ſubulatis. *Syſt. ed. 13. p. 118. Mant. 189.* Leucad. nanum. *Berg cap. p. 22. Act. ſtockh. 1766. p. 325.* Conophoros capenſis, pini folio. *Pet. gaz. 40. t. 25. f. 7.*

lanata. 30. P. fol. triquetris adpreſſis, capitulo terminali lanato. *Thunb. loc. cit. n. 30. t. 3.* M.

**** Lineares: *foliis linearibus.*

torta. 31. P. fol. linearibus obliquis calloſis. *Thunb. loc. cit. n. 31.* M.

alba. 32. P. fol. linearibus ſericeo - tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n. 32.* M.

***** Lanceolatae, *foliis ellipticis et lanceolatis.*

aulacea. 33. P. fol. ellipticis, flor. racemoſis ecalyculatis. *Thunb. loc. cit. n. 33. t. 2.* M.

umbellata. 34. P. fol. ellipticis, capitulis terminalibus, bracteis multifidis. *Thunb loc cit. n. 34.* M.

linearis. 35. P. fol. ellipticis, capitulo terminali tomentoſo. *Thunb. loc. cit. n. 35. t. 4.* M.

Scolymus. 36. P. fol lanceolatis acutis capituloque terminali rotundo glabris. *Thunb. loc. cit. n. 36.* Leucadendron ſcolymocephalum. *Spec. plant. p 135. Berg. act. ſtockh. 1766. p. 323. Non occurrit in Syſt. ed. 13.* M.

mellifera. 37. P. fol. lanceolato - ellipticis capituloque terminali oblongo glabris. *Thunb. loc. cit. n. 37.* M. Protea *repens*, floribus ſolitariis: radio calycino lanceolato ſtricto reſinoſo, foliis lanceolatis. *Mant. 189.* Leucad. repens α, *Sp. plant. 135.*

repens. 38. P. fol. lanceolato - ellipticis capituloque ovato glabris, caule decumbente breviſſimo. *Thunb. loc. cit. n. 38.* M. Leucadendron repens β. *Sp. plant. p. 135.*

obli-

obliqua. 39. P. fol. ellipticis glabris callofis obliquis. capitulo caulino terminali. *Thunb. loc. cit n.* 39. M.

parviflora. 40. P. fol. ellipticis obtufis callofis obliquis, capitulis terminalibus ramulorum glabris. *Thunb. loc. cit. n. 40. t. 4.* M. Protea *parviflora*, floribus paniculatis, flofculis fubdenis, foliis fublanceolatis. *Syſt. ed. 13. p. 119. Mant. 195*

pallens. 41. P. fol. ellipticis glabris acutis callofis, capitulo terminali involucrato, involucro longo acuto pallido. *Thunb. loc. cit. n 41.* Protea conifera. *β. γ. δ. ε. Sp. plant. p. 138.* M. Protea *pallens*, floribus ouatis involucratis epaleatis laevibus, foliis linearibus. *Mant 193.*

conifera. 42. P. fol. ellipticis glabris acutis callofis, capitulo terminali involucrato, involucro longo acuto concolore. *Thunb. loc. cit n. 42.* Protea *conifera*, foliis lineari-lanceolatis integerrimis acutis glabris obliquatis. *Sp. plant. p. 138 α.* Protea faligna *Mant. 194.* M.

Levifanus. 43. P. fol. ellipticis glabris obtufis, capitulo terminali involucrato, involucro brevi obtufo. *Thunb loc. cit n. 43.* M. Protea *Levifanus*, floribus hemifphaericis fubinvolucratis epaleatis villofis, foliis fpatulatis. *Syſt. ed. 13. p. 119. Mant. 194.* Brunia Levifanus. *Sp. pl. 139.* Levifanus capenfis ferpylli folio. *Pet. gaz. 9 t. 5. f. 7.*

ſtrobilina. 44. P. fol. elliptico oblongis retufo-callofis capituloque terminali glabris. *Thunb. loc. cit. n. 34.* M. Protea *ſtrobilina*, floribus imbricato-ovatis involucratis paleaceis glabris, foliis fpatulatis laevibus. *Syſt. ed. 13. p. 118. Mant. 192.*

imbricata. 45. P. fol. lanceolatis glabris ſtriatis imbricatis, capitulo terminali. *Thunb. loc. cit n. 45. t. 5.* M.

fericea. 46. P. fol. lanceolatis fericeis, ramis filiformibus, caule decumbente. *Thunb. loc. cit. n. 46.* M.

faligna. 47. P. fol. lanceolatis fericeis, caule fruticofo, capitulis oblongis involucratis. *Tunb. loc. cit. n. 47* Thymelaea capenfis, fericeis longioribus et acutis foliis, caule geniculato pilofo. *Pluk. mant. 181. t. 229. f. 4. Differt haec* a Protea faligna *Syſt. ed. 13. p. 119.* M.

argen-

argentea. 48. P. fol. lanceolatis argenteo-tomentoſis ciliatis, caule arboreo, capitulis globoſis. *Thunb. loc. cit. n* 48. M. Protea *argentea*, floribus ovatis involucratis epaleatis tomentoſis, foliis lanceolatis villoſis patentibus. *Syſt. ed.* 13. *p.* 119. *Mant.* 194. Protea argentea. *Sp. plant.* 139. *Folia omnium nitidiſſima, argentea.*

****** Oblongae: *foliis oblongis, ovatis.*

acaulis. 49. P. fol. oblongis capituloque globoſo glabris, caule decumbente breviſſimo. *Thunb. loc cit. n* 49. Lepidocarpodendron acaulon. *Linn. Spec. pl. p.* 135 *Berg. act. ſtockh.* 1766. *p.* 322. *Exulavit ex Syſt. ed.* 13. M.

myrtifolia. 50. P. fol. oblongis glabris, capitulis terminalibus aggregatis. *Thunb. loc. cit. n* 50. M.

grandiflora. 51. P. fol. oblongis venoſis capituloque hemiſphaerico glabris, caule arboreo. *Thunb. loc. cit. n.* 51. M.

glabra. 52. P. fol. oblongis aveniis capituloque hemiſphaerico glabris, caule fruticoſo. *Thunb. loc. cit. n.* 52. M.

ſpecioſa. 53. P. fol. oblongis glabris, capitulo oblongo, ſquamis calycinis apice barbatis. *Thunb. loc. cit. n* 53. M. Protea *Lepidocarpodendron*, floribus ſolitariis, radio calycino ſpathulato barbato, foliis lanceolatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 118. *Mant.* 190. Leucad. Lepidocarpodendron. *Spec. pl.* 134. β. Protea ſpecioſa. *Mant.* 191.

totta. 54. P. fol. ovatis glabris calloſis, capitulo ovato, corollis cylindricis hirtis. *Thunb. loc cit. n.* 54. M. Protea *totta*, floribus ſubgeminis, piſtillis capitatis, corollis longiſſimis diſtantibus, foliis glabris. *Syſt. ed.* 13. *Mant.* 191.

hirta. 55. P. fol. ovatis glabris, flor. lateralibus. *Thunb. loc. cit. n.* 55. *Caulis villoſus* M. Protea *hirta*, floribus lateralibus ſeſſilibus, foliis apice vnicalloſis. *Syſt. ed.* 13. *Mant.* 189. Leucad. hirtum. *Spec. pl.* 136.

pubera. 56. P. fol. ovatis capitulisque terminalibus tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n.* 56. M. Protea *pubera*, floribus binis ternisue, piſtillis clavatis, foliis elliptico-lanceolatis. *Syſt. ed* 13. *p.* 118. *Mant.* 192. Leucadendron thymelaeoides. *Berg.*

Berg. act. ſtockh. 1766. *p.* 324. *Pl. cap. p.* 19.

divaricata. 57. P. fol. ovatis hirtis, capitulis terminalibus, ramis divaricatis. *Thunb. loc. cit. n.* 57. M. Protea *divaricata*, floribus faſtigiatis, foliis ovalibus. *Syſt. ed.* 13. *p* 119. *Mant* 194. Leucad. divaricatum. *Berg. act. ſtockh.* 1766. *p.* 324. *Pl. cap. p.* 19.

******* Rotundatae: *foliis ſubrotundis.*

ſpathulata. 58. P. fol. ſpathulatis ſubcucullatis glabris. *Thunb. loc. cit. n.* 58. *t.* 5. M,

cynaroides. 59. P. fol. ſubrotundis petiolatis glabris. *Thunb loc. cit. n.* 59. M. Protea *cynaroides*, floribus ſolitariis, radio calycino lanceolato ſtricto, foliis ſuborbiculatis petiolatis. *Syſt. ed* 13. *Mant.* 190. Leucad. cynaroides. *Sp. plant.* 135. *Berg. act. ſtockh.* 1766. *p.* 319.

cordata. 60. P. fol. cordatis. *Thunb. l. c. t.* 5. M.

Bruniades. 61. P. fol. ſubulatis, capitulis globoſis terminalibus. *Suppl* 117. — *Hanc ſpeciem, cui auctoritas cl Sparrmani addita, ſeparatim pono, quum inter ſignificatas jam contineri exiſtimem, forſitan cum Protea lanata eandem, nec epitheton adjunctum in accuratiſſima Protearum deſignatione cl. Thunbergii occurrat.* M.

112. GLOBULARIA. *Cal. communis* imbricatus; *proprius* tubulatus, inferus. 139. *Corollul.* labio ſuperiore 2-partito: inferiore 3-partito. *Recept.* paleaceum.

Alypum. 1. G. caule fruticoſo, foliis lanceolatis tridentatis integrisque.

biſnagarica. 2. G. caule fruticoſo, fol. radicalibus cuneiformibus retuſis, caulinis lanceolatis.

vulgaris. 3. G. caule herbaceo, fol. radicalibus tridentatis; caulinis lanceolatis.

ſpinoſa. 4. G. fol. radicalibus crenato-aculeatis; caulinis integerrimis mucronatis.

cordi-

cordiſolia. 5. G. caule ſubnudo. fol. cuneiformibus tricuſpidatis: intermedio minimo.

nudicaulis. 6. G. caule nudo, integerrimis lanceolatis. *Caulis fructifer uno alterove foliolo. Ger.*

orientalis. 7. G. caule ſubnudo, capitulis alternis ſeſſilibus, fol. lanceolato-ovatis integris.

113. CEPHALANTHUS. *Cal. communis* o: *proprius* 138. ſuperus, infundibuliformis. *Recept.* globoſum, nudum. *Sem.* 1, lanuginoſum.

occidentalis. 1. C. fol. oppoſitis ternatisque.

114. DIPSACUS. *Cal. communis* polyphyllus; *proprius* 140. ſuperus. *Recept.* paleaceum.

fullonum. 1. D. foliis ſeſſilibus ſerratis. β. *Paleis recurvatis differt ſativus officinalis.* — Dipſacus *fullonum,* paleis recurvatis. *Jacq. in Litt.* M.

ſylveſtris. 2. D. fol. integris paleis rectis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. t. 402. Folia omnino connata. Differt ſpecie a praecedenti.* M.

laciniatus. 3. D. fol. connatis ſinuatis. Dipſacus *laciniatus,* foliis ſinuatis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. t. 403. Mill. illuſtr. ic.* M.

piloſus. 4. D. fol. petiolatis appendiculatis.— Dipſacus *piloſus,* foliis petiolatis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr, t. 2. 48.* M.

115. SCABIOSA. *Cal. communis* polyphyllus; *proprius* 141. duplex ſuperus. *Recept.* paleaceum ſ. nudum.

* *Corollulis quadrifidis.*

alpina. 1. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis, floribus cernuis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ſerratis.

rigida. 2. S. corollulis quadrifidis ſubradiantibus, cal. imbricatis obtuſis, fol. lanceolatis ſerratis auriculatis. *Mant.* 328.

tranſylvanica. 3. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calyc. paleisque ariſtatis, fol. radicalibus lyratis; caulinis

linis pinnatifidis. — *Jacq. hort. v. 2. t.* 111. M.

ſcabra. 4. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis obtuſis, foliis ſubbipinnatis ſcabris rigidiuſculis. *Suppl. p.* 118.

ſyriaca. 5. S. corollulis quadrifidis aequalibus, calycibus imbricatis paleisque ariſtatis, caul. dichotomo, fol. lanceolatis. *Caulis piloſus. Folia ſerrata. Flores in dichotomia ſubſeſſiles. Calyx vix ullus, ſed Paleae in corum ovatum imbricatae, ariſtatae, ovatae. Pappus hemiſphaericus, denticulis* 20.

leucantha. 6. S. corollulis quadrifidis ſubaequalibus, ſquamis calycinis ovatis imbricatis, fol. pinnatifidis. *Folia linearia, pinnata: foliolis decurrentibus; infima ſcabra Flores ſubgloboſi, albi. Calyx hemiſphaericus, imbricatus Corollulae lacinia inferior deflexa, paulo longior.*

Succiſa. 7. S. corollulis quadrifidis aequalibus, caule ſimplici, ramis approximatis, fol. lanceolato-ovatis. *Fl. dan. t.* 279.

integrifolia. 8. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. indiviſis: radicalibus ovatis ſerratis, ramis lanceolatis; caule herbaceo. Scabioſa corollulis quadrifidis caule fiſtuloſo. *Ger. prov.* 220. (*excluſis C. Bauhini et Cluſii ſynonymis.*)

amplexicaulis. 9. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. amplexicaulibus lanceolatis integerrimis; radicalibus trifidis crenatis. *Mant.* 195.

attenuata. 10. S. corollulis quadrifidis aequalibus, foliis linearibus integris bifidisque. *Suppl. p.* 118.

tatarica. 11. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. lanceolatis pinnatifidis: lobis ſubimbricatis, caule hiſpido. *Gmel. itin.* 1. *p.* 159.

uralenſis. 12. S. corollulis quadrifidis radiantibus, foliis radicalibus ſimplicibus, caulinis decurſive-pinnatis, paleis aridis apice reflexis. *Murr. in comm. goett.* 1782. *p.* 13. *t.* 4. M.

arvenſis. 13. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. pinnatifidis inciſis, caule hiſpido. *Fl dan. t.* 447.

ſylvatica. 14. S. corollulis quadrifidis radiantibus, fol. omnibus indiviſis ovato-oblongis ſerratis, caule hiſpido. *Jacq. vind.* 22. *obſ.* 28 (*excluſo C. Bauhini ſynonymo*) — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 862.

t. 862. M. *Caulis adſperſus punctis purpureis.*

** *Corollulis quinquefidis.*

gramuntia. 15. S. corollulis quinquefidis, cal. breviſſimis, fol. caulinis bipinnatis filiformibus. *Sauv. monſp. 268. Gou. monſp. 62.* Scabioſa corollulis quinquefidis, foliis tripinnatis ſetaceis. *Ger. prov. 220.* Scabioſa capitulo globoſo minor. *Bauh. pin. 270. ſec. Gouan.*

columbaria. 16. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis ſetaceis. Scabioſa glabra, foliis carnoſis virentibus. *Herm. par. 221. t. 221 (Exclude β varietatem.) Fl. dan. t. 314.*

ſicula. 17. S. corollulis quinquefidis aequalibus calyce brevioribus, fol. lyrato pinnatifidis. *Mant. 196.* Scabioſa divaricata. *Jacq. hort. v. 1. t. 15. Cfr. vol. 3. p. 1.*

maritima. 18. S. corollulis quinquefidis radiantibus calyce brevioribus, fol. pinnatis: ſummis linearibus integerrimis (*excluſo Bocconis ſynonymo*).

ſtellata. 19. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. diſſectis, receptaculis florum ſubrotundis. *Mant. 339.*

prolifera. 20. S. corollulis quinquefidis radiantibus, flor. ſubſeſſilibus, caule prolifero, fol. indiviſis. *Mant. 329. Habitat in Aegypto* ⊙

atropurpurea. 21. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. diſſectis, receptaculis florum ſubulatis. *Calyx 12-phyllus, linearis, recurvatus, longitud. corollae.*

argentea. 22. S. corollulis quinquefidis, radiantibus, fol. pinnatifidis: laciniis linearibus, pedunc. longiſſimis, caule tereti. *Caulis pilis albis, raris. Folia pinnatifida, linearia: radicalia ſubdentata; caulina indiviſa, verſus baſin ciliata. Calyx baſi valde piloſus, 8-phyllus, recurvatus, corollae longitudine. Corollae albidae, Limbo caeruleſcente. Corollulae radii 6, radiantes majores: Lab. ſuper. breviſſimo, bifido. Lab. infer. lato, trifido, obtuſo, ſubplicato, aequali. Corollulae diſci albi, quinquefidi regulares, extus hirſutae. Stamina alba.*

 indu-

indurata. 23. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. ovato-lanceolatis eroſis baſi dentatis, caule rigente. *Mant. 196. Valde affinis S. africanae, ut fere varietas?*

africana. 24. S. corollulis quinquefidis aequalibus, fol. ſimplicibus inciſis, caule fruticoſo. Scabioſa altiſſima. *Jacq. hort. v. t. 185.* jam (*in Litt.*) *hujus varietas auctori videtur.* M.

monſpelienſis. 25. S. corollulis quinquefidis aequalibus calyce brevioribus, fol. omnibus pinnatis ciliatis. *Jacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 320. Icon. rar. t. 23.* M.

pumila. 26. S. corollulis quinquefidis radiantibus, ſubacaulis, fol. piloſiſſimis: radicalibus lyratis, caulinis pinnatis inciſis. *Mant 196.*

cretica. 27. S. corollulis quinquefidis, fol. lanceolatis ſubintegerrimis, caule fruticoſo.

graminifolia. 28. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. lineari-lanceolatis integerrimis, caule herbaceo. *Folia lineari-lanceolata longa nudiuſcula, baſi connata, gramineis ſimillima.*

palaeſtina. 29. S. corollulis quinquefidis radiantibus: laciniis omnibus trifidis, fol. indiviſis ſubſerratis: ſummis baſi pinnatifidis. *Mant. 37. Jacq. hort. t. 96.*

iſetenſis. 30. S. corollulis quinquefidis radiantibus calyce longioribus, foliis bipinnatis linearibus. *Mant. 37.*

ucranica. 31. S. corollulis quinquefidis radiantibus, fol. radicalibus pinnatifidis: caulinis linearibus baſi ciliatis.

ochroleuca. 32. S. corollulis quinquefidis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. Scabioſa anguſtifolia alba altera. *Bauh. pin. 270. Barr. ic. 770. f. 2. Jacq. obſ. 3. p. 20. t. 73. 74.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 439.* M. *Affinis S. columbariae.*

pappoſa. 33. S. corollulis quinquefidis inaequalibus, caule herbaceo erecto, fol. pinnatifidis, ſeminibus ariſtatis plumoſoque-pappoſis. *Caulis filiformis, brachiatus panicula ſubdichotoma. Pedunculi axillares, filiformes, longi. Calyx polyphyllus; foliolis ovatis longe acuminatis. Semina pappo plumoſo cum adjacente Ariſta craſſiore longiore. Subtomentoſi ſunt pedunculi et calyces.* ⊙

pterocephala. 34. S. corollulis quinquefidis, caule fruticoſo procumbente, fol. laciniatis hirſutis, pappo plumoſo.

124.

116. KNAUTIA. *Cal. communis* oblongus, ſimplex, quinqueflorus; *proprius* ſimplex, ſuperus. *Corollulae* irregulares. *Recept.* nudum.
146.

orientalis. 1. K. foliis inciſis, corollulis quinis calyce longioribus. *Mant.* 327.

propontica. 2. K. fol. ſuperioribus lanceolatis integerrimis, corollulis denis calyce aequalibus, *Sp. pl.* 1666.

palaeſtina. 3. K. fol. integris, calyc. hexaphyllis, ſem. pappoſis. *Mant.* 197.

plumoſa. 4. K. fol. ſuperioribus pinnatis, cal. decaphyllis, ſem. papposis. *Mant.* 197.

117. ALLIONIA. *Cal. communis* oblongus, ſimplex, triflorus; *proprius* obſoletus, ſuperus. *Corollulae* irregulares. *Recept.* nudum.
147.

violacea. 1. A. foliis cordatis, calycibus quinquefidis.

incarnata. 2. A. fol. oblique ovatis, calycibus triphyllis.

118. HEDYOTIS. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Capſ.* 2-locularis, polyſperma, infera.
147.

maritima. 1. H. foliis ovalibus obtuſis, floribus oppoſitis ſeſſilibus. *Suppl. p.* 119.

pumila. 2. H. fol. ovatis acutis, floribus alternis pedunculatis. *Suppl. p.* 119.

fruticoſa. 3. H. foliis lanceolatis petiolatis, corymbis terminalibus involucratis.

Auricularia. 4. H. fol. lanceolato-ovatis, floribus verticillatis.

herbacea. 5. H. fol. lineari lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis.

graminifolia. 6. H. fol. linearibus, caule decumbente, panicula racemoſa ſecunda, pedunculis foliſequiis. *Suppl. p.* 119.

124. SCABRITA. *Cor.* 1-petala, hypocrateriformis. *Sem.* 2, emarginata, ſupera. *Cal.* truncatus.

ſcabra. 1. Scabrita. *Mant.* 37.

119. SPERMACOCE. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Se-*
147. *mina* 2, bidentata.

tenuior. 1. S. glabra, foliis linearibus, ſtaminibus incluſis, floribus verticillatis. *Semina hirta.*

verticillata. 2. S. glabra, fol. lanceolatis, verticillis globoſis.

hirta. 3. S. ſcabra, fol. oblongis: ſummis quaternis, flor. verticillatis. ⊙ *Caulis tetrogonus angulis acutiſſimis deorſum piloſis, ceterum glaber, ramoſiſſimus, rigidus. Folia elliptica, lineata, ſcabra utrinque* (*ſubtus vero imprimis nervis*), *non villoſa, ſubpetiolata petiolis connexis membrana multiſeta. Flores albi, tubuloſi, laterales. Stamina fauce longiora. Antherae violaceae.*

articularis. 4. S. fol. ellipticis obtuſiuſculis. *Suppl. p. 119.*

ſtricta. 5. S. fol. lineari-lanceolatis lineatis. *Suppl. p. 120.*

hiſpida. 6. S. hiſpida, fol. obovatis obliquatis. *Mant. 558. Corollae campanulatae, violaceae, magnae. — Murray in comm. gott. 1772. p. 77. t. 5.*

procumbens. 7. S. procumbens. fol. linearibus, corymbis lateralibus pedunculatis.

ſpinoſa. 8. S. ſuffruticoſa, fol. linearibus ſpinulis ciliatis (*excluſo Jacquini ſynonymo*).

120. SCHERARDIA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Se-*
149. *mina* 2, tridentata.

arvenſis. 1. S. foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *Fl. dan. t. 439.*

muralis. 2. S. fol. floralibus binis oppoſitis binis floribus. Galium fol. ſenis linearibus, ramis ſimplicibus, fructibus hiſpidis ſubſeſſilibus. *Ger. prov. 227. Allion. nicæenſ. 4.*

fruticoſa. 3. S. fol. quaternis aequalibus, caule fruticoſo.

121. ASPERULA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Semi-*
150. *na* 2, globoſa.

odorata. 1. A. foliis octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis. *Fl. dan. t. 562.*

arvenſis. 2. A. fol. ſenis, flor. ſeſſilibus terminalibus aggregatis.

taurina. 3. A. fol. quaternis ovato-lanceolatis, flor. faſciculatis terminalibus. *Rami alterni Pedunculi alterni, 1. ſ. 2. Flores faſciculati Bracteis ciliatis.*

tis. Flores omnes hermaphroditi Piſtillo bipartito, quod rarius ante marceſcentiam floris excreſcit.

craſſifolia. 4. A. fol. quaternis oblongis lateralibus revolutis obtuſiuſculis pubeſcentibus. *Mant. 37.*

calabrica. 5. A. fol. quaternis oblongis obtuſis laevibus. *Suppl. p. 120.*

tinctoria. 6. A. fol. linearibus: inferioribus ſenis; intermediis quaternis, caule flaccido, flor. plerisque trifidis.

pyrenaica. 7. A. fol. quaternis lanceolato-linearibus, caule erecto, floribus ſaepius trifidis:

cynanchica. 8. A. fol. quaternis linearibus: ſuperioribus oppoſitis, caule erecto, flor. quadrifidis.

ariſtata. 9. A. fol. linearibus ſubcarnoſis: inferioribus quaternis, floribus ſubternis ariſtatis. *Suppl. p. 120.*

laevigata. 10. A. fol. quaternis ellipticis enerviis laeviuſculis, pedunc. divaricatis trichotomis, ſem. ſcabris. *Mant. 38. 330. Bocc. ſic. 10. t. 11. f. 5.* Galium rotundifolium. *Sp. pl. 156. — Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 94.* M. *Semina ſcabra.*

122. DIODIA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Capſula* 151. 2-locularis, 2-ſperma.

virginica. 1. Diodia. *Caules procumbentes, rubentes: ramis alternis. Folia oppoſita. Flores albi.*

123. KNOXIA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Sem.* 2, 151. ſulcata: *Calycis* unicum folium majus.

zeylanica. 1. Knoxia. *Burm. ind. 34. t. 13. f. 2.* Veronicae affinis indica tenuifolia. *Pluk. alm. 384. t. 114. f. 2. Burm.*

124. HOUSTONIA. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Capſ.* 152. 2-locularis, 2-ſperma, ſupera.

caerulea. 1. H. foliis radicalibus ovatis, caule compoſito, pedunculis primis bifloris. *Planta verna.*

purpurea. 2. H. fol. ovato-lanceolatis, corymbis terminalibus, flor. ſuperis. (*An diverſi generis?*)

125. GALIUM. 152. *Cor.* 1-petala, plana. *Sem.* 2, ſubrotunda.

* *Fructu glabro.*

rubioides. 1. G. foliis quaternis lanceolato-ovatis aequalibus ſubtus ſcabris, caule erecto, fructibus glabris. *Hall. emend.* 206.

paluſtre. 2. G. fol. quaternis obovatis inaequalibus, caulibus diffuſis. *Fl. dan. t.* 423.

trifidum. 3. G. fol. quaternis linearibus, caule procumbente ſcabro, corollis trifidis. *Fl. dan. t.* 48.

montanum. 4. G. fol. ſubquaternis linearibus laevibus, caule debili ſcabro, ſem. glabris. *Corollae reliquis majores. Folia octona. Haller.*

tinctorium. 5. G. fol. linearibus caulinis ſenis; ramorum quaternis, caule flaccido, pedunc. ſubbifloris, fructibus glabris.

uliginoſum. 6. G. fol. ſenis lanceolatis retrorſum ſerrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus. *Fl. ſvec.* 2. *n.* 127.

ſpurium. 7. G. fol. ſenis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus, fructibus glabris.

ſaxatile. 8. G. fol. ſenis obovatis obtuſis, caule ramoſiſſimo procumbente. *Planta vix palmaris.*

pyrenaicum. 9. G. fol. ſenis, floribus lateralibus oppoſitis ſubſeſſilibus ſolitariis. *Suppl. p.* 121.

minutum. 10. G. fol. octonis lanceolatis mucronatis ſerrato-aculeatis glabris incurvis, fructibus reflexis.

puſillum. 11. G. fol. octonis hiſpidis linearibus acuminatis ſubimbricatis, pedunc. dichotomis.

verum. 12. G. foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevibus. *Antherae defloratae fiunt fuſcae.*

Mollugo. 13. G. fol. octonis ovato-linearibus ſubſerratis patentiſſimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *Fl. dan. t.* 455.

ſylvaticum. 14. G. fol. octonis laevibus ſubtus ſcabris: floralibus binis pedunc. capillaribus, caul. laevi. Rubia ſylveſtris laevis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 716. *Flores ante floreſcentiam nutantes. D. Schreber.*

ariſtatum. 15. G. fol. octonis lanceolatis laevibus, panicula capillari, petalis ariſtatis, ſem. glabris. Galium laevigatum. *Sp. pl. p.* 1667. Galium *hericum*, caule debili, foliis octonis lanceolato-linea-

linearibus mucronatis, floribus ariſtatis. *Turr, diar. ital. 1764. p. 119. Habitat in Baldo.*

ſcabrum. 16. G. fol. ſuboctonis ſcabris, mucronatis, ramis floriferis ſubtrichotomis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. t.* 422. M.

hieroſolymitanum. 17. G. fol. denis lanceolato - linearibus, umbellis faſtigiatis, fructibus glabris.

glaucum. 18. G. foliis verticillatis linearibus, pedunc. dichotomis, caule laevi. *Mant. 330. — Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 81. Fl. dan. 609.* M.

purpureum. 19. G. fol. verticillatis lineari-ſetaceis, pedunc. capillaribus folio longioribus.

rubrum. 20. G. verticillatis linearibus patulis, pedunc. breviſſimis.

** *Fructu hiſpido.*

boreale. 21. G. fol. quaternis lanceolatis trinerviis glabris, caule erecto, ſem. hiſpidis.

maritimum. 22. G. fol. quaternis hiſpidis, pedunc. unifloris, fructibus villoſis. *Mant. 38.*

bermudianum. 23. G. fol. quaternis linearibus obtuſis, ramis ramoſiſſimis.

graecum. 24. G. hirtum, fol. ſubſenis lineari-lanceolatis, caul. lignoſis. *Mant. 38.*

Aparine. 25. G. fol. octonis lanceolatis carinis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis villoſis, fruct. hiſpidis. *Fl. dan. t. 495.*

pariſienſe. 26. G. fol. verticillatis linearibus, pedunc. bifloris, fructibus hiſpidis.

126. CRUCIANELLA. *Cor.* 1-petala, infundibulif.
157. tubo filiformi: limbo unguiculato. *Cal.* 2-phyllus. *Sem.* 2, linearia.

anguſtifolia. 1. C. erecta, foliis ſenis linearibus, floribus ſpicatis.

latifolia. 2. C. procumbens, fol. quaternis lanceolatis, flor. ſpicatis. *Variat caule erecto. Forte praecedentis varietas.*

aegyptiaca. 3. C. fol. quaternis ſublinearibus, flor. ſpicatis quinquefidis. *Mant. 38.*

patula. 4. C. diffuſa, fol. ſenis, flor. ſparſis.

maritima. 5. C. procumbens ſuffruticoſa, fol. quaternis mucronatis, flor. oppoſitis quinquefidis. *Flores triſtes.*

monſpeliaca. 6. C. procumbens, fol. acutis: caulinis quaternis ovatis: rameis ſubquinatis linearibus, flor. ſpicatis.

119. RUBIA. 158. *Cor.* 1-petala, campanulata. *Baccae* 2, monoſpermae.

tinctorum. 1. R. foliis annuis, caule aculeato. *Mant.* 330. Rubia ſylv. monſpeſſulana major. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 715.

peregrina. 2. R. fol. perennantibus linearibus ſupra laevibus. *Mant.* 330.

lucida. 3. R. fol perennantibus ſenis ellipticis lucidis, caule laevi. *Syſt. nat.* 12. *p.* 732. *Majorcae. Planta ſempervirens, ſimilis Rubiae peregrinae, ſed margine tantum retrorſum ſcabra, non vero carina. Flores paniculati, pallidi, mucronati,* 5 *fidi.*

anguſtifolia. 4. R. fol. perennantibus linearibus ſupra ſcabris. *Mant.* 39.

cordifolia. 5. R. fol. perennantibus quaternis cordatis. *Syſt. nat.* 3. *p.* 229. *Mant.* 197 Cruciata daurica ſcandens, ſmilacis folio aſpero, fl. luteolo, fruct. majori rubro. *Amm. ruth.* 19.

129. SIPHONANTHUS. 159. *Cor.* 1-petala, infundibulif. longiſſima, infera. *Baccae* 4, monoſpermae.

indica. 1. SIPHONANTHUS. *Acta petrop.* 1736. *p.* 214. *t.* 15.

130. CATESBÆA. 159. *Cor.* 1-petala, infundib. longiſſima, ſupera. *Stamina* intra faucem. *Bacca* polyſperma.

ſpinoſa. CATESBAEA. *Introducta in Europam* 1726. *a. M. Catesby.*

131. IXORA. 159. *Cor.* 1-petala, infundib. longa, ſupera, *Stamina* ſupra faucem. *Bacca* 4-ſperma.

coccinea. 1. I. foliis ovalibus ſemiamplexicaulibus, floribus faſciculatis. *Cotyledones ovatae, majuſculae. Caulis ruber. Stipulae inter folia oppoſita, acuminatae, ſolitariae, ut in Coffea.* H. V.

alba.

alba. 2. I. fol. lanceolato-ovatis, flor. faſciculatis.
americana. 3. I. fol. ternis lanceolato-ovatis, flor. thyrſoideis.

132. PAVETTA. *Cor.* 1-petala, infundib ſupera. *Stigma* curvum. *Bacca* 2-ſperma.
160.

indica. 1. P. fol. oblongis utrinque acuminatis, umbellis terminalibus faſciculatis, calyce brevi acuto. *Suppl. p. 121.* — *Burm. ind.* 35. *t. 13. f. 3. Rumph. amb. 4. t. 47. Pluk. phyt.* 147? *f. 1.*
caffra. 2. P. foliis ovatis integerrimis, capitulis terminalibus ſeſſilibus, calycibus ſetaceis longitudine tubi. *Suppl. p.* 121.

133. PETESIA. *Cor.* 1-petala, infundilif. *Stigma* bifidum. *Bacca* polyſperma.
160.

ſtipularis. 1. P. foliis lanceolato-ovatis ſubtus tomentoſis, thyrſis lateralibus.
Lygiſtum. 2. P. fol. ovatis nudis lineatis, caule flexuoſo.

134. MITCHELLA. *Cor.* 1-petalae, ſuperae, binae eidem germini. *Stigm.* 4. *Bacca* bifida, 4-ſperma.
161.

repens. 1. Mitchella.

135. CALLICARPA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-ſperma.
161.

americana. 1. C. foliis ſerratis ſubtus tomentoſis. *Mant.* 128.
tomentoſa. 2. C. fol. integerrimis lanatis. *Mant.* 331. Tomex tomentoſa. *Sp. plant.* 172.
japonica. 3. C. fol. ſerratis glabris. *Thunb. jap. mſpt.* M.

136. AQVARTIA. *Cal.* campanulatus. *Cor.* rotata laciniis linearibus. *Bacca* polyſperma.
161.

aculeata. 1. Aquartia. *Jacq. amer.* 15. *t.* 12. — *Ed.* 2. *pict. p.* 13. *t.* 15. M.

137. POLYPREMUM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida, rotata: lobis obcordatis. *Capſ.* compreſſa, emarginata, 2-locularis.
161.

procumbens. 1. Polypremum.

138. PENÆA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* campanulata. *Styl.*
162. 4-angularis. *Capſ.* tetragona, 4-locularis, 8-ſperma.

Sarcocolla. 1. P. foliis ovatis planis, cal. ciliatis folio majoribus.
mucronata. 2. P. fol. cordatis acuminatis. *Flores rubri. Stylus tetragonus.*
marginata. 3. P. fol. cordatis marginatis, flor. lateralibus. *Mant.* 199.
furcata. 4. P. fol. rhombeo-ovatis, bracteis cuneatis acutis coloratis. *Mant.* 199.
ſquamoſa. 5. P. fol. rhombeo-cuneiformibus carnoſis.
fruticuloſa. 6. P. fol. oblonguiſculis obtuſis, bracteis orbiculatis acutis. *Suppl. p.* 121.
Myrtoides. 7. P. fol. lanceolatis. *Suppl. p.* 122.
lateriflora. 8. P. fol. ovatis, floribus lateralibus ſeſſilibus. *Suppl. p.* 122.

139. BLÆRIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-fida. *Stamina*
162. receptaculo inſerta. *Capſ.* 4-locularis; polyſperma.

ericoides. 1. B. floribus capitatis, corollis campanulatis. *Mant.* 331.
ciliaris. 2. B. flor. capitatis calycibus ciliatis. *Suppl. p.* 122.
articulata. 3. B. ſtaminibus exſertis bipartitis, corollis cylindricis. *Mant.* 198. Penaea Sarcocolla *Berg. cap.* 25.
purpurea. 4. B. ſtaminibus incluſis bipartitis, corollis oblongis rectis, floribus terminalibus aggregatis, pedunculis erectis. *Suppl. p.* 122.
puſilla. 5. B. flor. ſparſis, corollis infundibuliformibus. *Mant.* 331.

140. BUDDLEJA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Stamina*
162. ex inciſuris. *Capſ.* 2-ſulca, 2-locularis, polyſperma.

americana. 1. B. foliis ovatis.
occidentalis. 2. B. fol. lanceolatis.
virgata. 3. B. fol. lineari-oblongis obtuſo integris, racemis terminalibus ramis virgatis erectis. *Suppl. p.* 123.
incompta. 4. B. fol. faſciculatis ovatis canis, ramis flexuoſis rigidis, racemis terminalibus. *Suppl. p.* 123.

141. EXACUM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida: tubo
163. globoſo. *Capſ.* 2-ſulca, 2-locularis, polyſperma, apice dehiſcens.

albens. 1. E. foliis ſubdecurrentibus, ſtaminibus exſertis *Suppl. p.* 123. Exacum *pedunculatum*, floribus pedunculatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 131. *Affinis Gentianis.*

aureum. 2. E. fol. ſeſſilibus, ſtaminibus exſertis. *Suppl. p.* 123.

cordatum. 3. E. floribus quinquefidis, calycis foliolis cordatis ſtriatis. *Suppl. p.* 124 Exacum *ſeſſile*, floribus ſeſſilibus. *Syſt. ed.* 13. *p.* 131.

punctatum. 4. E. fol. breviſſime petiolatis oblongis trinerviis punctatis, ſtaminibus exſertis. *Suppl. p.* 124.

142. PLANTAGO. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida: limbo
163. reflexo. *Stamina* longiſſima. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa.

* *Scapo nudo.*

major. 1. P. foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *Fl. dan. t.* 461.

aſiatica. 2. P. fol. ovatis glabris, ſcapo angulato, ſpica floſculis diſtinctis.

media. 3. P. fol. ovato lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. *Fl. dan. t.* 581.

virginica. 4. P. fol. lanceolato-ovatis pubeſcentibus ſubdenticulatis, ſpicis floribus remotis, ſcapo tereti. *Flos in America corollas explicat et ſtamina exſerit, in Europa vero vix. Folia ſemitrinervia et Scapus pubeſcentia.*

altiſſima. 5. P. fol. lanceolatis quinquenerviis dentatis glabris, ſpica oblonga cylindrica, ſcapo ſubangulato.

lanceolata. 6. P. fol. lanceolatis, ſpica ſubovata nuda, ſcapo angulato. *Fl. dan. t.* 437. *Variet.* 2. *Ger. prov.* 333. *t.* 12.

Lagopus. 7. P. fol. lanceolatis, ſubdenticulatis, ſpica ovata hirſuta, ſcapo tereti.

luſitanica. 8. P. fol. lato-lanceolatis trinerviis ſubdentatis ſubpiloſis, ſpica oblonga hirſuta, ſcapo angulato. *Sp. pl.* 1667.

albi-

albicans. 9. P. fol. lanceolatis obliquis villoſis, ſpica cylindrica erecta, ſcapo tereti.

alpina. 10. P. fol. linearibus planis, ſcapo tereti hirſuto, ſpica oblonga erecta. *Bocc. muſ. 2. p. 22.* — *Jacq. hort. v. 2. t.* 125. M.

cretica. 11. P. fol. linearibus, ſcapo tereti breviſſimo lanato, ſpica ſubrotunda nutante.

maritima. 12. P. fol. ſemicylindraceis integerrimis baſi lanatis, ſcapo tereti. *Fl. dan. t.* 243.

incurvata. 13. P. fol. lineari-ſubulatis canaliculatis recurvatis punctatis denticulatis, ſcapo tereti. *Murr. in comment. gott.* 1780. *p.* 19. *t.* 6. M.

ſubulata. 14. P. fol. ſubulatis triquetris ſtriatis ſcabris, ſcapo tereti.

Serraria. 15. P. fol. lanceolatis quinquenerviis dentato-ſerratis, ſcapo tereti. *Barrel. ic.* 749.

coronopi-folia. 16. P. fol. linearibus dentatis, ſcapo tereti. *Fl. dan. t.* 272.

Loeflingii. 17. P. fol. linearibus ſubdentatis, ſcapo tereti, ſpica ovata, bracteis carinatis membranaceis. — *Jacq. hort. v. 2. t.* 126. M.

Cornuti. 18. P. fol. pinnatis pinnis inaequalibus et diſtantibus, ſcapo tereti, ſtylis longiſſimis, filamentis breviſſimis. *Jacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p.* 351. *Icon. rar.* M.

** *Caule ramoſo.*

Pſyllium. 19. P. caule ramoſo herbaceo, fol. ſubdentatis recurvatis, capitulis aphyllis.

ſquarroſa. 20. P. herbacea, caulibus ramoſis diffuſis decumbentibus, foliis linearibus integerrimis, capitatis ſquarroſis. *Murr. in comm. gott.* 1781. *p.* 38. *t.* 3. Plantago *aegyptiaca*, caule ramoſo herbaceo, fol. integerrimis villoſis, ſpica foliosiſſima laxa, calycinis foliis aequalibus. *Jacq. in Litt. Miſcell. v.* 3. *Icon. rar.* M.

indica. 21. P. caule ramoſo herbaceo, fol. integerrimis reflexis ciliatis, capitulis folioſis. *Calycis foliola duo inferiora obtuſiſſima ſpatulata, valde gibba, intus concava. Corollae tubuloſae, calyce duplo ſaepe longiores. Syſt. ed.* 13. *p.* 132. Plantago *indica*, caule ramoſo herbaceo, foliis linearibus ſubintegris, capitulis folioſis. *Murr. in comment. gott.* 1778. *p.* 96. M.

pumila.

pumila. 22. P. caule ramoſo herbaceo, foliis integerrimis carnoſis, ramis laevibus. *Suppl. p.* 125. — *Mentio licet hic non fiat figurae foliorum: eadem tamen ſine dubio eſt ac* Plantago *exigua*, caule ramoſo herbaceo, foliis ſubulatis integerrimis, capitulis folioſis. *Murr. in comment. gott.* 1778. *p.* 94. *t.* 5. M.

Cynops. 23. P. caule ramoſo ſuffruticoſo, foliis integerrimis filiformibus ſtrictis, capitulis ſubfoliatis.

afra. 24. P. caule ramoſo fruticoſo, fol. lanceolatis dentatis, capitulis aphyllis. Pſyllium foliis laciniatis. *Bocc. ſic.* 8. *t.* 7. *f. B.*

143. SCOPARIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-partita, rotata. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis, polyſperma.
168.

dulcis. 1. S. foliis ternis, floribus pedunculatis. *Jacq. amer.* 17. — *Ed.* 2. *pict. p.* 14. M.

procumbens. 2. P. fol. quaternis, flor. ſeſſilibus. *Jacq. amer.* 18. *Ed.* 2. *pict. p.* 14.

arborea. 3. S. fol. lanceolatis alternis integerrimis, corymbo ſupradecompoſito trichotomo. *Suppl. p.* 125.

. . SKIMMIA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4, concava. *Bacca* 4-ſperma. *Thunb. Diſſ. nov. gen. pl. p.* 57. M.

japonica. 1. Skimmia. *Thunb. l. c. p.* 58. *Ei. japon. mpt.* Portugal no ki, Sin ſan, vulgo Mijama Skimmi *Kaempf. am. exot. p.* 779. M.

144. RHACOMA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-partita. *Capſ.* 1-locularis, monoſperma.
196.

Croſſopetalum. 1. Rhacoma.

. . OTHE-

. . OTHERA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4, ovata, plana. *Stigma* ſeſſile. *Capſula?* *Thunb. Diſſ. nov gen. pl. p.* 56. M.

japonica. 1. OTHERA *Thunb. l. c. japon. mpt.* M.

. . ORIXA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4, lanceolata, plana. Stigma capitatum. Capſula? *Thunb. Diſſ. nov pl. p.* 56. M.

japonica. 1. ORIXA. *Thunb. l. c. japon mpt.* M.

145. CENTUNCULUS. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida, patens. *Stam.* brevia *Capſ.* 1-locularis, circumſciſſa.
169.

minimus. 1. CENTUNCULUS. *Fl. dan. t.* 177.

146. SANGUISORBA. *Cal.* 4-phyllus. *Germen* inter calycem corollamque.
169.

officinalis. 1. S. ſpicis ovatis *Fl. dan. t.* 97.
media. 2. S. ſpicis cylindricis.
canadenſis. 3. S. ſpicis longiſſimis.

147. CISSUS. *Bacca* 1-ſperma, cincta calyce *Corollaque* quadripartita.
170.

vitiginea. 1. C. foliis cordatis ſubquinquelobis tomentoſis (*excluſis Synonymis Rheedi, Rumphii*).

cordifolia. 2. C. fol. cordatis integerrimis.

Sicyoides. 3. C. fol. ſubcordatis nudis, ſetaceo-ſerratis, ramulis teretibus. Ciſſus foliis ſimplicibus nitidis. *Jacq. amer.* 22. *t.* 15. — Ciſſus *ſicyoides*, foliis ſubcordatis nudis ſetaceo ſerratis, ramulis teretibus. *Jacq. amer. pict. p.* 16 *t.* 20. M. Vitis foliis dentatis. *Plum. ic.* 259. *f.* 2. Funis crepitans. *Rumph. amb.* 5. *p.* 446 *t.* 164. *f.* 1. Schunumbi valli. *Rheed. mal.* 7. *t.* 11.

quadrangularis. 4. C. fol. cordatis carnoſis ſerrato dentatis, caule tetragono tumidiuſculo. *Mant.* 39. *Caulis longiſſimus, Petioli teretes.*

acida. 5. C. fol. ternatis obovatis glabris carnoſis inciſis. *Rumph. amb* 5. *t.* 166. *f.* 2. — *Jacq. amer. pict. p.* 17. M.

trifo-

trifoliata. 6. C. fol. ternatis ſubrotundis hirſutis ſubdentatis, ramis membranaceo-angulatis. *Jacq. amer.* 23. *t.* 182. *f.* 10. — *Ed.* 2. *p.* 17. *t.* 259. *f.* 8. *quoad folium.* M.

148. EPIMEDIUM. *Nectaria* 4, cyathiformia, petalis incumbentia. *Cor.* 4-petala. *Cal.* caducus. *Siliqua.*
171.

alpinum. 1. EPIMEDIUM. *Calycis folia valde caduca.*

149. CORNUS. *Involucrum* 4-phyllum ſaepius. *Petala* ſupera 4. *Drupa* nucleo 2-loculari.
171.

florida. 1. C. arborea; involucro maximo: foliolis obcordatis. *Kalm. canad.* 2. *p.* 321.

maſcula. 2. C. arborea, umbellis involucrum aequantibus.

japonica. 3. C. arborea, umbellis involucrum ſuperantibus, fol. ſerratis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

ſanguinea. 4. C. arborea, cymis nudis, ramis rectis. *Fl. dan. t.* 481.

alba. 5. C. arborea, cymis nudis, ramis recurvatis. *Mant.* 40.

ſericea. 6. C. arborea, cymis nudis, fol. ſubtus ſericeis. *Mant.* 199. *Exclude Plukenetii nomen, cum Baccae maturae albae evaſerint. Rami ſanguinei punctis ſubverrucoſis cinereis adſperſi, quibus C. alba deſtituitur.*

alternifolia. 7. C. arborea, foliis alternis. *Suppl. p.* 125.

ſvecica. 8. C. herbacea, ramis binis. *Fl. dan. t.* 6.

canadenſis. 9. C. herbacea, ramis nullis.

1192. SAMARA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* baſi petali immerſa. *Stigma* infundibuliforme.

laeta. 1. SAMARA. *Mant.* 199. Memecylon umbellatum. *Burm. ind.* 87. *Burm. zeyl.* 76. *t.* 31. *Fl. zeyl.* 469. *Similis Corno, ſed folia alterna.*

150.

150. **FAGARA.** *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-petala. *Capſ.* bivalvis, monoſperma.
172.

Evodia. 1. F. foliis ſimplicibus lanceolatis elongatis oppoſitis, racemis ramoſis axillaribus ſolitariis. *Suppl.* p. 125.

Pterota. 2. F. foliolis emarginatis. *Odor hircoſus.*

Piperita. 3. F. foliolis crenatis.

tragodes. 4. F. articulis pinnarum ſubtus aculeatis. *Jacq. amer.* 21. *t.* 14. — *Ed.* 2. *pict. p.* 16. *t.* 19. M.

octandra. 5. F. foliolis tomentoſis. *Mant.* 40.

1290. **ÆGIPHILA.** *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-fida. *Stylus* ſemibifidus. *Bacca* 4-ſperma.

martinicenſis. 1. Aegiphila. *Jacq. obſ.* 2. *p.* 3. *t.* 27. — *Amer. pict. t.* 16. *p.* 16. M. *Mant.* 198. *Folia ſimplicia, oppoſita, petiolata. Paniculae terminales et axillares.*

152. **PTELEA.** *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-partitus, inferus. *Fructus* membrana ſubrotunda, centro monoſpermus.
173.

trifoliata. 1. P. foliis ternatis. *Trew. rar.* 12. *t.* 9.

pinnata. 2. P. fol. abrupte pinnatis. *Suppl. p.* 126.

1361. **HYDROPHYLAX.** *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4-partitus. *Fructus* anceps, monoſpermus. *Suppl. p.* 14.

maritima. 1. Hydrophylax. *Suppl. p.* 126.

1292. **SIRIUM.** *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. Nectario 4-phyllo claudente calycem. *Germen* inferum. *Stigma* 3-fidum. *Bacca* 3-locularis.

myrtifolium. 1. Sirium. *Mant.* 200. *Folia oppoſita, ſimplicia, petiolata. Flores in thyrſum collecti.*

153. LUDWIGIA. *Cor.* tetrapetala. *Cal.* 4-partitus, ſu-
173. perus. *Capſ.* 4-gona, 4-locularis, infera, polyſperma.

alternifolia. 1. L. foliis alternis lanceolatis, caule erecto. *Trew Ehret. 2. t. 2. Flores laterales, axillares, ſolitarii. Capſulae cubicae, calyce minores.*

oppoſitifolia. 2. L. fol. oppoſitis lanceolatis, caule diffuſo. *Fl. zeyl. 66. (excluſo Rheedi nomine)* Ludwigia perennis. *Sp. plant. 173.*

erigata. 3. L. fol. oppoſitis lanceolatis, caule erecto. *Mantiſſ. 40.*

1362. BANKSIA. *Amentum* ſquamatum. *Cor.* 4-petala. *Antherae* in cavitate laminarum ſeſſiles. *Capſ.* bivalvis. *Sem.* bipartibile, *Suppl. p. 15.*

ſerrata. 1. B. foliis linearibus in petiolum attenuatis aequaliter ſerratis apice truncatis cum mucrone. *Suppl. p. 126.*

integrifolia. 2. B. fol. cuneiformibus integerrimis ſubtus tomentoſo-albis. *Suppl. p. 127.*

ericaefolia. 3. B. fol. approximatis aceroſis truncato-emarginatis glabris. *Suppl. p. 127.*

dentata. 4. B. fol. oblongis in petiolum attenuatis curvis flexuoſis dentatis: dentibus ſpinula terminatis; ſubtus albis. *Suppl. p. 127.*

154. OLDENLANDIA. *Cor.* tetrapetala. *Cal.* 4-parti-
174. tus, ſuperus. *Capſ.* 2-locularis, infera, polyſperma.

verticillata. 1. O. floribus verticillatis ſeſſilibus, ſtipulis ſetigeris. *Mant. 40.*

repens. 2. O. capſulis ſeſſilibus hiſpidis, fol. lanceolatis. *Mant. 40.*

capenſis. 3. O. pedunculis axillaribus unifloris, foliis linearibus acutis. *Suppl. p. 127.*

uniflora. 4. O. pedunc. ſimpliciſſimis lateralibus, fructibus hirtis, fol. ſubovatis acutis.

biflora. 5. O. pedunc. bifloris petiolo longioribus, fol. lanceolatis. Antirrhinum humile anguſtifolium, flore gemello ex alis foliorum. *Burm. zeyl. 22. t. 11.*

umbellata. 6. O. umbellis nudis lateralibus alternis, fol. linearibus.
hirſuta. 7. O. umbellis axillaribus, caule calycibusque hiſpidis, foliis ovatis acutis. *Suppl. p. 127.*
corymboſa. 8. O. pedunc. multifloris, fol. lineari-lanceolatis. *Sp. pl. 1679.*
paniculata. 9. O. pedunc. paniculatis terminalibus, fol. ovali-lanceolatis. *Sp. pl. 1697.* Mollugo zeylanica ſylveſtris anguſtifolia, flore albo. *Burm. zeyl. 161. t. 71. f. 2.*
ſtricta. 10. O. pedunc. racemoſis terminalibus, fol. linearibus, caule erecto brachiato. *Mant. 200.* Alſinae ſpergulae foliis, capitulis brevioribus duris. *Pluk. mant. 9. t. 332. f. 2.*

155. AMMANNIA. *Cor.* 4-petala, calyci inſerta, vel nulla. *Cal.* 1-phyllus, plicatus, 8-dentatus, inferus. *Capſ.* 4-locularis.
174.

latifolia. 1. A. foliis ſemiamplexicaulibus, caule tetragono, ramis erectis. *Mant. 331. Petala alba aut nulla.*
ramoſior. 2. A. fol. ſemiamplexicaulibus, caul. tetragono, ramis patentiſſimis. *Mant. 332. Corolla purpurea.*
baccifera. 3. A. fol. ſubpetiolatis, capſ. calyce majoribus coloratis. *Burm. ind. t. 15. f. 3.* Cornelia verticillata. *Ard. ſpec. 2. p. 9. t. 1. E China facta Italica. Calyces 4-dentati.*
octandra. 4. A. floribus petaloideis octandris. *Suppl. p. 127.*
pinnatifida. 5. A. caulibus procumbentibus radicantibus compreſſis, foliis linearibus pinnatifidis. *Suppl. p. 127.*

156. ISNARDIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 4-fidus. *Capſ.* 4-locularis, cincta *calyce.*
175.

paluſtris. 1. Isnardia. *Simillima Pepli portulacae, repens, natans. Flores axillares, oppoſiti, ſeſſiles, virides.*

157. TRAPA. *Cor.* 4 petala. *Cal.* 4-partitus. *Nux* ſpinis 4 oppoſitis cincta, quae calycis folia fuere.
175.

bicornis. 1. T. nucibus bicornibus. *Suppl. p. 128.*

natans,

natans. 2. T. nucibus quadricornibus: ſpinis patentibus. *Suppl. p. 128. — Folia immerſa multifido-capillaria Myriophylli. Natantia rhombea petiolis veſicariis. Germen cingunt calycis folia quatuor; duobus ad latera; duobus ad angulos germinis, unde cornua fructus.*

158. DORSTENIA. 176. *Receptac.* commune 1-phyllum, carnoſum, in quo *Semina* ſolitaria nidulantur. *)

Houſtoni. 1. D. ſcapis radicatis, foliis cordatis angulatis acutis, receptaculis quadrangulis.

Contrajerva. 2. D. ſcapis radicatis, fol. pinnatifido-palmatis ſerratis, receptaculis quadrangulis.

Drakena. 3. D. ſcapis radicatis, fol. pinnatifido-palmatis integerrimis, receptaculis ovalibus.

cauleſcens. 4. D. pedunculis caulinis.

1243. COMETES. *Involucr.* 4-phyllum, 3-florum. *Cal.* 4-phyllus, *Capſ.* 3-cocca.

alterniflora. 1. COMETES. *Mant. 39.* Clinopodium parvum ſinicum. *Pluk. amalth. 61. t. 380. f. 4?*

. . NIGRINA. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala. *Capſula? Thunb. diſſ. n. gen. pl. p. 57.* M.

ſpicata. NIGRINA. *Thunb. l. c. japon. mſpt.* M.

159. ELÆAGNUS. 176. *Cor.* nulla. *Cal.* 4-fidus, campanulatus, ſuperus. *Drupa* infra *calycem* campanulatum.

anguſtifolia. 1. E. inermis foliis lanceolatis.

orientalis. 2. E. inermis fol. oblongis ovatis opacis. *Mant. 41.*

latifolia. 3. E. inermis fol. ovatis.

criſpa. 4. E. inermis fol. lanceolato-oblongis obtuſis undulatis, floribus ſolitariis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

multiflora. 5. E. inermis fol. obovatis obtuſis, flor. axillaribus aggregatis, pedunculis flore longioribus. *Thunb. l. c.* M.

L 2 *umbel-*

---

*) Dorſteniae *omnis flores in viva planta attente obſervandi et deſcribendi.*

umbellata. 6. E. inermis fol. obovatis obtuſis, flor. axillaribus aggregatis pedunculis flore brevioribus. *Thunb. l. c.* M.

glabra. 7. E. inermis fol. ovato-oblongis acuminatis, flor. axillaribus ſubſolitariis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

ſpinoſa. 8. E. (*Praemitto* M.) baſi ramulorum ſpinoſa, — fol. ellipticis.

pungens. 9. E. ramulis ſpineſcentibus, fol. oblongis undulatis, floribus axillaribus binis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

.. GONOCARPUS. *Cor.* 4-fida. *Drupa* 8-gona, 1-ſperma. *Thunb. Diſſ. nov. gen. pl. p. 3. p. 55.* M.

micranthus. 1. Gonocarpus. *Thunb. l. c. jap. mſpt.* M.

480. SANTALUM. 497. *Cor.* 4-petala: petalis calyci innatis, praeter Glandulas 4. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* infera, monoſperma.

album. 1. Santalum. *Calyx ſuperus ſ. margo 4-dentatus. Petala 4 calycis laciniis inſidentia, rectiora; Glandulae 4 petalis minores, alternantes. Filamenta 4 tubo calycis innata. Drupa monoſperma.*

1244. STRUTHIOLA. *Cor.* nulla. *Cal.* tubuloſus: ore glandulis 8. *Bacca* exſucca, monoſperma.

virgata. 1. S. pubeſcens. *Mant. 41.*

erecta. 2. S. glabra. *Mant. 41.* Paſſerina dodecandra. *Sp. pl. 513.* Paſſerina *Burm. afr. t. 47. f. 1.*

nana. 3. S. foliis linearibus obtuſis piloſis, floribus terminalibus faſciculatis tomentoſis. *Suppl. p. 128.*

136. MANETTIA. *Cal.* 8-phyllus. *Cor.* 4-fida. *Capſula* infera, bivalvis, unilocularis. *Sem.* imbricata, orbiculata, ſeminulo centrali.

reclinata. 1. Manettia. *Mant. 558. Caulis herbaceus, debilis, reclinatus. Folia oppoſita, ovata, acuta, ſubtus*

ſubtus pubeſcentia. Pedunculi ſolitarii, multiflori, axillares.

161. KRAMERIA. 177. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala: *Nectario* ſuperiore 3-partito; inferiore 2-phyllo. *Bacca* ſicca, echinata, 1-ſperma.

Ixina. 1. Krameria.

1363. HARTOGIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 4-petala patens. *Drupa* ovata, diſperma. *Suppl. p. 16.*

capenſis. 1. Hartogia. *Suppl. p. 128.*

1193. ACÆNA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Bacca* ſicca, infera, 1-ſperma, retrorſum echinata.

elongata. Acaena. *Mant. 200.* Krameriae affinis. *Mutis. Caules ramis fruticoſis longiſſimis. Folia ſparſa, pinnata. Spicae axillares, ancipites.*

162. RIVINA. 177. *Cor.* 4-petala, perſiſtens. *Cal.* nullus. *Bacca* 1-ſperma: Semine lentiformi.

humilis. 1. R. racemis ſimplicibus, floribus tetrandris, foliis pubeſcentibus.

laevis. 2. R. racemis ſimplicibus, floribus tetrandris, fol. glabris. *Mant. 41. Flores extus rubicundi. Praecedenti nimis affinis.*

octandra. 3. R. racemis ſimplicibus, floribus octandris dodecandrisve. *Jacq. ſpec. 6. t. 2.* — Rivina dodecandra. *Jacq. amer. pict. 17. t. 21.* M. *in qua ego modo ſtamina 8 numero. Stamina 4 intra calycis folia; reliqua 8 alternantia. Antherae haſtatae. Stylus nullus. Stigma penicilliforme. Semen lentiforme, nitidum.*

paniculata. 4. R. paniculae racemis compoſitis oppoſitisque.

1364. EMBOTHRIUM. *Cor.* 4-petala. *Antherae* ſeſſiles, apicibus petalorum inſidentes. *Folliculus* teres. *Suppl. p. 16.*

umbellatum. 1. E. umbellis axillaribus ſimpliciſſimis pedunculatis, foliis oblongis aveniis, antheris ſeſſilibus. *Suppl. p. 28.*

coccineum. 2. E. thyrſis terminalibus ſeſſilibus, antheris pedicellatis, foliis obovatis venoſis. *Suppl. p. 128.*

163. SALVADORA. 178. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Bacca* 1-ſperma. *Sem.* arillo veſtitum.

perſica. 1. Salvadora.

164. CAMPHOROSMA. 178. *Cal.* urceolatus: dentibus 2. oppoſitis, alterniſque minimis. *Cor.* nulla. *Capſ.* 1-ſperma.

monſpelienſis. 1. C. foliis hirſutis.

acuta. 2. C. fol. ſubulatis rigidis glabris.

glabra. 3. C. fol. ſubtriquetris glabris inermibus.

Pteranthus. 4. C. ramoſiſſima, pedunc. enſiformibus dilatatis, bracteis criſtatis. *Mant. 41. Folia verticillata.*

paleacea. 5. C. fruticoſa, ramis ſpicaeformibus paleaceis piloſis. *Suppl. p. 128.*

165. ALCHEMILLA. 178. *Cal.* 8-fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 1.

vulgaris. 1. A. foliis lobatis. — *Fl. dan. t. 693.* M.

alpina. 2. A. fol. digitatis ſerratis. *Fl. dan. t. 49.*

aphanoides. 3. A fol. multipartitis, caule erecto. *Suppl. p. 129.*

pentaphyllea. 4. A. fol. quinatis multifidis glabris.

DIGYNIA.

.. GALOPINA. *Cal.* 0. *Cor.* 4-fida. *Sem.* 2. nuda. *Thunb. Diſſ. nov. gen. pl. p. 1.* M.

circaeoides. 1. Galopina. *l. c. p. 1.*

166. APHANES. *Cal.* 8-fidus. *Cor.* o. *Sem.* 2, nuda. 179.

arvenſis. APHANES. *Variat piſtillo 1.*

167. CRUCITA. *Cal.* 4-phyllus: exterior 3-phyllus. *Cor.* o. *Sem.* 1.

hiſpanica. 1. CRUCITA. *Folia oppoſita, lanceolata.*

168. BUFONIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala, *Capſ.* 179. 1-locularis, 2-ſperma.

tenuifolia. 1. BUFONIA. *Ger. prov.* Polygonum anguſtiſſimo gramineo folio, erectum. *Magn. monſp.* 97. t. 97. *Variat ſtaminibus 4 et 2.*

166. HAMAMELIS. *Involucr.* 3-phyllum. *Cal.* proprius 4-phyllus. *Petala* 4. *Nux* 180. 2-cornis, 2-locularis.

virginica. 1. HAMAMELIS. — *Mill. illuſtr. ic.* M. *Floret autumno, inſequente vere ſemina perficit.*

170. CUSCUTA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 1-petala: *Capſ.* 180. 2-locularis.

europaea. 1. C. floribus ſeſſilibus. *Fl. dan. t. 199.*
epithymum. 2. C. flor. ſeſſilibus quinquefidis bracteis obvallatis. *Loefl. it. 216. Fl. dan. t. 427.*
americana. 3. C. flor. pedunculatis. *Jacq. amer. 24.* — *amer. pict. p. 17.* M. *In fruticibus.*

171. HYPECOUM. *Cal.* 2-phyllus. *Petala* 4: exterioribus duobus latioribus, 3-181. fidis. *Fructus* ſiliqua.

procumbens. 1. H. ſiliquis arcuatis compreſſis articulatis.
pendulum. 2. H. ſiliquis cernuis teretibus cylindricis.
erectum. 3. H. ſiliquis erectis teretibus toruloſis. *Stamina videntur tetradynama.*

1365. GOMOZIA. *Cal.* o. *Cor.* campanulata 4-fida, ſupera *Bacca* bilocularis. *Suppl. p. 17.*

granadenſis. 1. GOMOZIA. *Suppl. p. 129.*

TETRAGYNIA.

172. ILEX. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* rotata. *Stylus* 0. *Bacca* 4-ſperma.
181.

Aquifolium. 1. I. foliis ovatis acutis ſpinoſis. *Fl. dan. t. 508.* β. Aquifolium echinata ſuperficie. *Cornut. canad. 180. Foliorum pagina ſuperior echinata. Polygama dioica. Planta hermaphrodita 5-petala, pentandra. Ger. Mill.*

Caſſine. 2. I. fol. ovato-lanceolatis ſerratis.

elastica. 3. I. fol. lato-lanceolatis obtuſis integerrimis.

integra. 4. I. fol. oblongis obtuſis integris, pedunculis unifloris. *Thunb. japon. mſpt.* M.

rotunda. 5. I. fol rotundatis acutis integris, peduncul. umbelliferis. *Thunb. loc. cit.* M.

crenata. 6. I. fol. ovatis crenatis, pedunc. rameis ſparſis ſubtrifloris. *Thunb. l. c.* M.

emarginata. 7. I. fol. obovatis emarginatis, floribus axillaribus binis. *Thunb. l. c.* M.

ſerrata. 8. I. fol. ovatis acutis ciliato-ſerratis, flor. axillaribus ſolitariis. *Thunb. l. c.* M.

japonica. 9. I. fol. oppoſitis ſeſſilibus, flor. recemoſis terminalibus. *Thunb. l. c.* M.

latifolia. 10. I. fol. ovatis ſerratis, flor. axillaribus aggregatis. *Thunb. l. c.* M.

173. COLDENIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* infundibulif. *Styli* 4, *Sem.* 2, bilocularia.
182.

procumbens. 1. Coldenia. *Planta depreſſa ramis alternis. Folia alterna, ſubpetiolata, obovata, latere ſuperiore ſublunata, plicata ſecundum ſerraturas profundas, tomentoſa exceptis plicis. Flores axillares, nonnulli, ſeſſiles. Styli 4. Sem. 2, bilocularia, intus plana, extus muricato-angulata.*

174. POTAMOGETON. *Cal.* 0. *Petala* 4. *Stylus* 0. *Sem.* 4.
182.

natans. 1. P. foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

perfoliatum. 2. P. fol. cordatis amplexicaulibus. *Fl. dan. t. 196.*

denſum. 3. P. fol. ovatis acuminatis oppoſitis confertis, caulibus dichotomis, ſpica quadriflora.

lucens.

lucens. 4. P. fol. lanceolatis planis in petiolos deſinentibus. *Fl. dan. t. 195.*

criſpum. 5. P. fol. lanceolatis alternis oppoſitisve undulatis ſerratis.

ſerratum. 6. P. fol. lanceolatis oppoſitis ſubundulatis. *An varietas præcedentis?*

compreſſum. 7. P. fol. linearibus obtuſis, caule compreſſo. *Fl. dan. t. 203. Caulis compreſſus. Variat globis alternis et oppoſitis.*

pectinatum. 8. P. fol. ſetaceis parallelis approximatis diſtichis.

ſetaceum. 9. P. fol. lanceolatis oppoſitis acuminatis.

gramineum. 10. P. fol. lineari-lanceolatis alternis ſeſſilibus ſtipula latioribus. *Fl. dan. t. 222.* β. Potamogeton fol. lanceolatis oppoſitis acuminatis planis. *Ger. prov. 124.* Potamogeton minus, fol. denſis mucronatis non ſerratis. *Magn. monſp. 363.* Fontinalis media lucens. *Bauh. hiſt. 3. p. 777.*

marinum. 11. P. fol. linearibus alternis diſtinctis inferne vaginantibus. *Fl. dan. t. 186.*

puſillum. 12. P. fol. linearibus oppoſitis alternisque diſtinctis baſi patentibus, caule tereti.

175. RUPPIA. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Sem.* 4, pedicellata.
184.

maritima. 1. Ruppia. *Fl. dan. t. 364.*

176. SAGINA. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Capſ.* 1-locularis, 4-valvis, polyſperma.
185.

procumbens. 1. S. ramis procumbentibus. *Ard. ſpec. 2. p. 23. t. 8. f. 2. Variat floribus corollatis et apetalis, ut Jacq. vind. 26.*

apetala. 2. S. caule erectiuſculo pubeſcente, floribus alternis apetalis. *Mant. 559.* Sagina caulibus erectis, radice annua, flor. apetalis. *Ard. ſpec. 2. p. 22. t. 8. f. 1.*

erecta. 3. S. caule erecto ſubunifloro. — *Fl. dan. t. 845.* M. Sagina fol. lineari-lanceolatis. *Ger. prov. 402. Calycis foliola lanceolata, acuminata.*

virginica. 4. S. caule erecto, floribus oppoſitis.

177. TILLÆA. *Cal.* 3-ſ. 4-partitus. *Petala* 3 ſ. 4, aequalia. *Capſ.* 3 ſ. 4, polyſpermae.
186.

aquatica. 1. T. erecta dichotoma, foliis acutis, floribus quadrifidis.

perfoliata. 2. T. foliis perfoliatis ovatis, corymbis terminalibus, flor. quadrifidis. *Suppl. p. 129.*

capenſis. 3. T. fol. oblongiuſculis, flor. quadrifidis. *Suppl. p. 129.*

muſcoſa. 4. T. procumbens, flor. trifidis.

178. MYGINDA. *Cal.* 4-partitus. *Petala* 4. *Drupa* globoſa.
1661.

uragoga. 1. MYGINDA. *Jacq. amer. 24. t. 16. — Amer. Ed. 2. pict. p. 18. t. 22.* M. *Sp. pl. 1661.*

CLAS-

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. Monopetali, inferi, monoſpermi.*

242. MIRABILIS. *Nucula* infra corollam! *Cor.* infundib. *Stigm.* globoſum.

. . WEIGELA. *Sem.* 1. *Styl.* e baſi germinis. *Stigm.* peltatum. *Cor.* infundib.

213. PLUMBAGO. *Sem.* 1. *Stam.* valvis inſerta. *Cor.* infundib. *Stigm.* 5-fidum.

* *Fl. Monopetali, inferi, tetraſpermi.* Aſperifoliae.

186. CERINTHE. *Cor.* fauce nuda, ventricoſa. *Sem.* 2. oſſea, 2-locularia.

1245. MESSERSCHMIDIA. *Cor.* fauce nuda, infundib. *Sem.* 2. ſuberoſa, 2-ſperma-

* *Fl. Monopetali, inferi, tetraſpermi.* Aſperifoliae.

191. ECHIUM. *Cor.* fauce nuda, irregularis! campanulata.

179. HELIOTROPIUM. *Cor.* fauce nuda, hypocraterif. lobis dente interiectis. *Sem.* 4.

184. PULMONARIA. *Cor.* fauce nuda, infundbib. *Cal.* priſmaticus.

181. LITHOSPERMUM. *Cor.* fauce nuda, infundib. *Cal.* 5. partitus.

187. ONOSMA. *Cor.* fauce nuda, ventricoſa. *Sem.* 4.

185. SYMPHYTUM. *Cor.* fauce dentata, ventricoſa.

188. BORAGO. *Cor.* fauce dentata, rotata.

190. LYCOPSIS. *Cor.* fauce fornicata, infundib. tubo curvato!

189. ASPERUGO. *Cor.* fauce fornicata, infundib. *Fructus* compreſſus.

183. CYNOGLOSSUM. *Cor.* fauce fornicata, infundib. *Sem.* depreſſa, latere affixa.

182. ANCHUSA. *Cor.* fauce fornicata, infundib. tubo baſi priſmatico.

180.	Myosotis.	*Cor.*	fauce fornicata, hypocrateriform. lobis emarginatis.

* *Fl. Monopetali, inferi, pentaſpermi.*

193.	Nolana.	*Cor.*	monopetala. *Sem.* 5, baccata, 2 ſ. 4 locularia.

* *Fl. Monopetali, inferi, angioſpermi.*

243.	Coris.	*Capſ.*	1-locularis, 5-valvis. *Cor.* irregularis! *Stigm.* capitatum.
204.	Hydrophyllum.	*Capſ.*	1-locularis, 2-valvis. *Cor.* nectariis 5-exarata. *Stigm.* 2-fidum.
276.	Galax.	*Capſ.*	1-locularis, 2-valvis. *Cor.* hypocrater. *Stigm.* ſubrotundum.
198.	Cortusa.	*Capſ.*	1-locularis, oblonga. *Cor.* rotata. *Stigm.* ſubcapitatum.
206.	Anagallis.	*Capſ.*	1-locularis, circumſciſſa. *Cor.* rotata. *Stigm.* capitatum.
205.	Lysimachia.	*Capſ.*	1-locularis, 10-valvis. *Cor.* rotatata. *Stigm.* obtuſum.
201.	Cyclamen.	*Capſ.*	1-locul. intus pulpoſa. *Cor.* reflexa. *Stigm.* acutum.
200.	Dodecatheon.	*Capſ.*	1-locularis, oblonga. *Cor.* reflexa. *Stigm.* obtuſum.
199.	Soldanella.	*Capſ.*	1-locularis. *Cor.* lacera! *Stigm.* ſimplex.
197.	Primula.	*Capſ.*	1-locularis. *Cor.* infund. fauce pervia. *Stigm.* globoſum.
196.	Androsace.	*Capſ.*	1-locularis. *Cor.* hypocrat. fauce coarct. *Stigm.* globoſum.
195.	Aretia.	*Capſ.*	1-locularis? *Cor.* hypocraterif. *Stigm.* depreſſo-capitatum.
203.	Hottonia.	*Capſ.*	1 locularis. *Cor.* tubus infra ſtamina! *Stigm.* globoſum.
202.	Menyanthes.	*Capſ.*	1-locularis. *Cor.* villoſa! *Stigm.* 2-fidum.
. .	Doraena.	*Capſ.*	1-locularis, *Cor.* 5-fida. *Stigm.* emarginatum.
1295.	Allamanda.	*Capſ.*	1-locularis, lentiformis, bivalvis valvulis cymbiformibus. *Sem.* imbricata.
207.	Theophrasta.	*Capſ.*	1-locularis, maxima! *Cor.* campanulata. *Stigm.* acutum.

1367.

1367. SCHEFFIELDIA. *Capſ.* 1-locularis, 5-valvis. *Cor.* campanulata. *Filamenta* decem: *alterna* ſterilia.

1368. RETZIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* cylindrica, extus villoſa. *Stigm.* 2 fidum.

209. SPIGELIA. *Capſ.* 2-locularis, didyma! *Cor.* infundib. *Stigm.* ſimplex.

210. OPHIORHIZA. *Capſ.* 2-locularis, 2-partita! *Cor.* infundib. *Stigm.* 2-fidum.

215. CONVOLVULUS. *Capſ.* 2-locul. 2-ſperma. *Cor.* campanulata. *Stigm.* 2 fidum.

1248. LISIANTHUS. *Capſ.* 2-locul. polyſperma. *Cor.* infundib. ventricoſa. *Styl.* perſiſtens.

208. PATAGONULA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Stylus* dichotomus!

1246. NIGRINA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* infundibul. *Cal.* inflatus.

246. DATURA. *Capſ.* 2-locular. 4-valvis! *Cor.* infundib. *Cal.* deciduus.

247. HYOSCYAMUS. *Capſ.* 2-locul. operculata! *Cor.* infundib. *Stigm.* capitatum.

248. NICOTIANA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* infundib. *Stigm.* emarginatum.

245. VERBASCUM. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Stigm.* obtuſum. *Stam.* declinata.

255. CHIRONIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* tubo urceolato. *Antherae* defloratae ſpirales.

194. DIAPENSIA. *Capſ.* 3 locularis. *Cor.* hypocrater. *Cal.* 8-phyllus.

214. PHLOX. *Capſ.* 3-locularis. *Cor.* hypocr. tubo curvo. *Stigm.* 3fidum.

217. POLEMONIUM. *Capſ.* 3-locularis. *Cor.* 5-partita. *Stam.* valvis impoſita.

216. IPOMOEA. *Capſ.* 3-locularis. *Cor.* infundib. *Stigm.* capitatum.

1229. BROSSAEA. *Capſ.* 5-locularis. *Cor.* truncata. *Cal.* carnoſus.

212. AZALEA. *Capſ.* 5-locularis. *Cor.* campanulata. *Stigm.* obtuſum.

1369. EPACRIS. *Capſ.* 5-locularis, 5-valvis. *Cor.* infundibulif. villoſa. *Squamae* nectariferae, germini adnatae.

302. CEROPEGIA. *Folliculi* 2. *Cor.* limbo connivente. *Sem.* pappoſa.

297.	Nerium.	*Folliculi* 2. erecti. *Cor.* fauce coronata. *Sem.* pappoſa.
299.	Echites.	*Follic.* 2. recti. *Cor.* infundibulif. fauce nuda. *Sem.* pappoſa.
1253.	Pergularia.	*Follic.* 2. *Cor.* hypocraterif. *Nectaria* 5, ſemiſagittata.
298.	Plumieria.	*Follic.* 2, refracti. *Cor.* infundib. *Sem.* alata.
300.	Cameraria.	*Follic.* 2, lobati. *Cor.* hypocrat. *Sem.* alata.
301.	Tabernaemontana.	*Follic.* 2 pulpoſi. *Cor.* hypocrat. *Sem.* ſimplicia.
295.	Vinca.	*Follic.* 2, erecti. *Cor.* hypocrat. *Sem.* ſimplicia.
1370.	Ignatia.	*Drupa* 1-locularis, polyſperma. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* infundibulif. longiſſima.
1251.	Carissa.	*Baccae* 2, polyſpermae.
254.	Jacquinia.	*Bacca* 1-ſperma. *Cor.* 10-fida.
259.	Laugieria.	*Bacca* 1-ſperm. Nuc. 5 loc. *Stigm.* capitat.
1252.	Paederia.	*Bacca* 2-ſperma, inflata, fragilis.
258.	Varronia.	*Bacca* 1-ſperm. Nuc. 4 loc.! *Stigm.* 4-plex.
256.	Cordia.	*Bacca* 1-ſperm. Nuc. 4-loc. *Stigm.* dichotomum! *Calyx* baccae accretus.
257.	Ehretia.	*Bacca* 4-ſperm. Nuc. 2-loc. *Stigm.* emarginatum.
192.	Tournefortia.	*Bacca* 4-ſperm. apice pertuſa! *Sem.* 2-locularia.
293.	Rauwolfia.	*Bacca* 2-ſperma. *Sem.* cordata.
294.	Cerbera.	*Bacca* 2-ſperma. *Nuces* compreſſae, retuſae.
1250.	Arduina.	*Bacca* 2 ſperma. *Sem.* oblonga. *Coroll.* curvata. *Stigm.* 2-fidum.
269.	Myrsine.	*Bacca* 1-ſperma. *Stigm.* villoſum.
. .	Bladhia.	*Bacca* 1-ſperma. *Sem.* arillatum!
261.	Cestrum.	*Bacca* 1-locularis. *Filam.* dente notata!
260.	Brunfelsia.	*Bacca* 1 locularis. *Cor.* longiſſima.
211.	Randia.	*Bacca* 1 locul. corticoſa. *Cal.* truncatus.
. .	Fagraea.	*Bacca* 2-locularis, carnoſa. *Semina* globoſa. *Stigm.* peltatum.
253.	Strychnos.	*Bacca* 2 locul. corticoſa. *Stigm.* capitatum.
252.	Capsicum.	*Bacca* 2-locul. exſucca. *Antherae* conniventes.

251. Solanum. *Bacca* 2-locularis. *Antherae* biperforatae!
250. Physalis. *Bacca* 2-loc. calyce inflato. *Antherae* approximatae.
249. Atropa. *Bacca* 2-locularis. *Stam.* diſtantia, incurvata.
244. Ellisia. *Bacca* 2-locularis. *Sem.* 2: altero ſuperiore.
262. Lycium. *Bacca* 2-locularis. *Stam.* baſi villo claudentia.
234. Menais. *Bacca* 4-locularis. *Cal.* 3-phyllus. *Stigm.* duo.
264. Sideroxylon. *Bacca* 5-ſperma. *Cor.* 10-fida, laciniis interioribus conniventibus.
263. Chrysophyllum. *Bacca* 10-ſperma. *Cor.* 10-fida, laciniis exterioribus patentiſſimiis.

* *Achras.*

* *Fl. Monopetali, ſuperi.*

222. Samolus. *Capſ.* 1-locul. apice 5-valvis. *Cor.* hypocrat. *Stigm.* capitatum.
226. Bellonia. *Capſ.* 1-loc. umbilico roſtrato. *Cor.* rotata. *Stigm.* acutum.
1366. Virecta. *Capſ.* 1-loc. *Cor.* infundibuliformis. *Stigm.* bipartitum. *Cal.* 5-phyllus. dentibus interjectis.
225. Macrocnemum. *Capſ.* 2-loc. turbinata. *Cor.* campanul. *Stigm.* bilobum, *Sem.* imbricata.
224. Rondeletia. *Capſ.* 3-locul. ſubgloboſa. *Cor.* infundib. *Stigm.* obtuſum.
228. Cinchona. *Capſ.* 2-locul. intus dehiſcens! *Cor.* hirſuta. *Stigm.* ſimplex.
227. Portlandia. *Capſ.* 2-locul. coronata. *Cor.* ventricoſa. *Stigm.* ſimplex. *Sem.* imbricata.
219. Roella. *Capſ.* 2-locul. coronata. *Cor.* rotata. *Stigm.* 2-fidum.
220. Phyteuma. *Capſ.* 2-ſ. 3-locul. perforata. *Cor.* 5-partita. *Stigm.* 2-ſ. 3-fidum.
218. Campanula. *Capſ.* 3-ſ. 5-locul. perforata. *Cor.* campanul. *Stigm.* 3-fidum.
1294. Scaevola. *Drupa* 1-ſperma. *Cor.* irregulari flabelliformis: fiſſura longitudinali.
221. Trachelium. *Capſ.* 3-locul. perforata. *Cor.* infundib. *Stigm.* capitatum.

231. MATTHIOLA. *Bacca* 1 ſperma. *Cor.* infundib. indiviſa. *Stigm.* obtuſum.

235. MORINDA. *Bacca* 1 ſperma, aggregata. *Cor.* infundib. *Stigm.* 2-fidum.

229. PSYCOTHRIA. *Bacca* 2 ſperm. *Sem.* ſulcata. *Cor.* infundib *Stigm.* emarginatum.

230. COFFEA. *Bacca* 2 ſperm. *Sem.* arillata! *Cor.* hypocrat. *Stigm.* 2-partitum.

231. CHIOCOCCA. *Bacca* 2 ſperma. *Cor.* infundib. *Stigm.* ſimplex.

296. GARDENIA. *Bacca* infera 2. ſ. 4-locularis, polyſperma. *Cor.* 1-petala. *Antherae* tubo corollae absque filamentis inſertae.

240. GENIPA. *Bacca* 2 locul. ſubrotunda. *Cor.* rotata. *Stigm.* clavatum.

233. LONICERA. *Bacca* 2 locul. ſubrotunda. *Cor.* inaequalis. *Stigm.* capitatum,

234. TRIOSTEUM. *Bacca* 3-locular. coriacea. *Cor.* inaequalis. *Stigm.* oblongum.

241. MUSSAENDA. *Bacca* 4-locularis, oblonga. *Cor.* infundib. *Stigm.* 2 partitum.

232. HAMELLIA. *Bacca* 5-locul. polyſperma. *Cor.* tubo longo *Stigm.* lineare.

238. ERITHALIS. *Bacca* 10 locul. ſubgloboſa. *Cor.* rotata. *Stigm.* acutum.

* *Rubia.*
* *Crucianella.*
* *Prinos.*

* *Fl. Pentapetali, inferi.*

280. HIRTELLA. *Bacca* 1-ſperma. *Stylus* lateralis. *Stam.* perſiſtentia, ſpiralia.

265. RHAMNUS. *Bacca* 3-locularis, rotunda. *Cal.* tubul. corollifer. *Squamae* oris 5, convergentes.

267. CEANOTHUS. *Bacca* 3-cocca. *Cal.* tubul. corollifer. *Petala* fornicata.

270. CELASTRUS. *Bacca* 3 cocca. *Cal.* planus. *Sem.* arillata.

271. EVONYMUS. *Bacca* capſularis, lobata, *Cal.* patens. *Sem.* baccato-arillata.

1296. AQUILICIA. *Bacca* 5 ſperma. *Cor.* Nectario urceolato.

284. VITIS. *Bacca* 5 ſperma. *Cor.* ſaepe emarcido-connata. *Stylus* nullus.

.. ELAEO-

. . Elaeodendron.	*Drupa*	ovata, *nuce* biloculari.
1373. Corynocarpus.	*Nux*	clavata. *Nectaria* 5, petaliformia, cum petalis alternantia, baſi glandulifera.
278. Mangifera.	*Drupa*	reniformis. *Cor.* petalis lanceolatis. *Nucleus* lanuginoſus.
277. Cedrela.	*Capſ.*	5-loc. baſi dehiſcens! *Cor.* receptaculo unita. *Sem.* alata.
. . Calodendrum.	*Capſ.*	5-locularis. *Nectar.* 5-phyllum.
268. Büttnera.	*Capſ.*	5 cocca. *Petala* auriculata. *Stam.* Nectario annexa.
272. Diosma.	*Capſ.*	5 plex. *Nectar.* germen coronans. *Sem.* arillata.
. . Hovenia.	*Capſ.*	3 locularis 3 valvis. *Petala* convoluta. *Stigma* 3 fidum.
287. Claytonia.	*Capſ.*	1-loc., 3-valvis. *Cal.* 2-valvis! *Stigm.* 3 fidum.
1234. Roridula.	*Capſ.*	1 locul. 3 valvis. *Nectarium* antherae ſcrotiforme
275. Itea.	*Capſ.*	1-loc. 2 valvis.. *Cal.* corollifer. *Stigm.* obtuſum.
286. Sauvagesia.	*Capſ.*	1 locularis. *Nectar.* 5-phyllum! *Petala* fimbriata.
. . Caroxylon.	*Sem.*	tunica veſtitum. *Cor.* 5-petala. *Nect.* 5 phyllum connivens corollae inſertum!
274. Brunia.	*Sem.*	1. villoſum *Recept.* comm villoſum. *Stam.* unguibus petal. inſerta.
237. Kuhnia.	*Sem.*	1. pappoſum *Recept. comm.* nudum.
223. Nauclea.	*Sem*	1. biloculare. *Recept. comm.* nudum.

* *Caeſalpinia pentandra.* * *Bombax pentandrum.*
* *Caſſia nictitans.* * *Violae.*

* *Fl. Pentapetali, ſuperi.*

281. Ribes.	*Bacca*	polyſperma. *Cal.* corollifer. *Styl.* 2 fidus.
1372. Escallonia.	*Bacca*	polyſperma, bilocularis. *Petala* diſtantia, lingulata. *Stigm.* capitatum.
283. Hedera.	*Bacca*	5 ſperma. *Cal.* cingens fructum. *Stigm.* ſimplex.
1249. Plectronia.	*Bacca*	2 ſperma. *Cal.* unguibus clauſus. *Anther.* incluſae, geminatae.

266. PHYLICA.	*Bacca*	3 cocca. *Cal.* tubuloſus corollifer ſquamis 5 convergentibus.
282. GRONOVIA.	*Capſ.*	1-ſperm. colorata. *Cal.* coloratus. *Petala* minuta.
1297. HELICONIA.	*Capſ.*	3 cocca. *Cor.* irregularis. *Cal.* nullus.
1247. CYRILLA.	*Capſ.*	2-locularis, polyſperma. *Stylus* bifidus. *Petala* acuminata.
1374. ARGOPHYLLUM.	*Capſ.*	3 locularis. *Nectarium* pyramidale, 5-angulare, longitudine corollae.
285. LAGOECIA.	*Sem.*	2. nuda. *Cal.* pinnato-pectinatus. *Petala* bicornia.
236. CONOCARPUS.	*Sem.*	1. nudum. *Cal.* campanulatus. *Petala* conniventia.

* *Fl. incompleti, inferi.*

288. ACHYRANTHES.	*Sem.*	1. oblongum. *Cal.* exterior 3-phyllus, nudus.
289. CELOSIA.	*Capſ.*	3-ſperma. *Cal.* exterior 3-phyllus, coloratus.
. . CHENOLEA.	*Capſ.*	1-ſperma, 1-valvis. *Cal.* 5-fidus.
290. ILLECEBRUM.	*Capſ.*	1-ſperma, 5-valvis. *Cal.* ſimplex, rudis.
291. GLAUX.	*Capſ.*	5-ſperma, 5 valvis. *Cal.* ſimplex, rudior, campanulatus.

* *Polygonum amphibium, lapathifolium.*
* *Ceratonia.*

* *Fl. incompleti, ſuperi.*

292. THESIUM.	*Sem.*	1. coronatum. *Cal.* ſtaminifer.

* *Loranthus.* * *Trianthema monogyna.*

DIGYNIA.

* *Fl. Monopetali, inferi.*

307. STAPELIA.	*Folliculi*	2. *Cor.* rotata: Nectariis ſtellatis.
304. CYNANCHUM.	*Folliculi*	2. *Cor.* rotata: Nectario cylindrico.
303. PERIPLOCA.	*Folliculi*	2. *Cor.* rotata: Nectariis 5, filiformibus.
305. APOCYNUM.	*Folliculi*	2. *Cor.* campan. Nectariis glanduloſis 5. Setis 5.

306. Asclepias.	*Folliculi* 2.	*Cor.* reflexa: Nectariis 5 auriformibus unguiculatis.
1375. Melodinus.	*Bacca*	2-locularis, polyſperma. *Faux corollae* coronata.
321. Swertia.	*Capſ.*	1 loc. 2 valvis. *Cor.* rotata: poris 5 nectariferis.
322. Gentiana.	*Capſ.*	1-loc. 2-valvis. *Cor.* tubuloſa, indeterminata.
313. Cressa.	*Capſ.*	1 ſperm. 2 valvis. *Cor.* hypocrater: limbo reflexo.
318. Hydrolea.	*Capſ.*	2-loc. 2-valvis. *Cor.* rotata.
1339. Porana.	*Fruct.*	2-valvis *Calyx* in fructu grandifactus. *Stylus* elongatus, ſemibifidus.
319. Schrebera.	*Fruct.*	2-locularis. *Cor.* infundib. *Nectarii Squama* filamentis ſingulis adnata.
1254. Steris.	*Bacca*	polyſperma. *Cor.* rotata.

* *Fl. Pentapetali ſuperi.*

1376. Russelia.	*Capſ.*	1-locularis, polyſperma. *Petala* 5, ſupera. *Cal.* 5 phyllus.

* *Fl. Pentapetali, inferi.*

447. Velezia.	*Capſ.*	1-loc. 1-valvis. *Cor.* 5-petala. *Cal.* tubuloſus
1293. Linconia.	*Capſ.*	2 loc. *Petalis* lacuna. *Cal* 4-phyllus.
317. Nama.	*Capſ.*	1 loc. 2 valvis. *Cor.* 5 petala, minor.
320. Heuchera.	*Capſ.*	2-loc. 2 roſtrata. *Cor.* 5 petala, calyci inſerta.
. . Bumalda.	*Capſ.*	2-locul. biroſtris. *Cor.* 5-petala. *Styli* villoſi.
312. Anabasis.	*Bacca*	1-ſperma. *Cor.* 5-petala, minima.

* *Staphylea pinnata.*

* *Fl. incompleti.*

311. Salsola.	*Sem.*	1, cochleatum, tectum. *Cal.* 5-phyllus.
309. Chenopodium.	*Sem.*	1, orbiculare. *Cal.* 5 phyllus foliolis concavis.
310. Beta.	*Sem.*	1, reniforme. *Cal.* 5 phyllus, baſi ſemen fovens.
308. Herniaria.	*Sem.*	1, ovatum, tectum. *Cal.* 5 partitus. *Filam.* 5, ſterilia.

314. GOMPHRENA. *Capſ.* 1-ſperma, circumſciſſa. *Cal.* diphyllus, compreſſus, coloratus.
315. BOSEA. *Bacca* 1 ſperma. *Cal.* 5-phyllus.
316. ULMUS. *Bacca* exſucca, compreſſa. *Cal.* 1-phyllus, emarceſcens.

* *Rhamnus Zizyphus.*
* *Polygonum virginianum.*
* *Trianthema pentandra.*

* *Fl. Pentapetali, ſuperi, diſpermi.* Umbellatae.
A. *Involucro univerſali partialique.*

. . VAHLIA. *Fl.* calyculati ſparſi. *Capſula.*
323. PHYLLIS. *Fl.* diſperſi.
1377. COPROSMA. *Hermaphrodita: Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5. ſ. 7-fida. *Stamina* 5 ad 7. *Styli* 2 longi. *Bacca* diſperma. *Semina* duo, planiuſcula. *Feminea* et *Maſcula* ut in Hermaphrodita.
324. ERYNGIUM. *Fl.* capitati. *Recept.* paleaceum.
325. HYDROCOTYLE. *Fl.* ſubumbellati, fertiles. *Sem.* compreſſa.
326. SANICULA. *Fl.* ſubumbellati, abortivi. *Sem.* muricata.
327. ASTRANTIA. *Fl.* umbellati, abortivi. *Invol.* colorata. *Sem.* rugoſa.
345. HERACLEUM. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* deciduum. *Sem.* membranacea.
352. OENANTHE. *Fl.* radiati, abortivi radio. *Invol.* ſimplex. *Sem.* coronata, ſeſſilia.
329. ECHINOPHORA. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* ſimplex. *Sem.* ſeſſilia.
331. CAUCALIS. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol* ſimplex. *Sem.* muricata.
332. ARTEDIA. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* pinnatum. *Sem.* margine crenis foliaceis.
333. DAUCUS. *Fl.* radiati, abortivi. *Invol.* pinnatum. *Sem.* hiſpida.
330. TORDYLIUM. *Fl.* radiati, fertiles. *Invol.* ſimplex. *Sem.* margine crenata.
344. LASERPITIUM. *Fl.* floſculoſi, abortivi. *Pet.* cordata. *Sem.* 4-alata.
339. PEUCEDANUM. *Fl.* floſculoſi, abortivi. *Invol.* ſimplex. *Sem.* depreſſa, ſtriata.
334. AMMI. *Fl.* floſculoſi, fertiles. *Invol.* pinnatum. *Sem.* gibba, laevia.

341.

341. HASSELQUISTIA. *Fl.* floſc. fertil. *Pet.* cordata. *Sem.* Radii plana; Diſci urceolata.
336. CONIUM. *Fl.* floſc. fertil. *Pet.* cordata. *Sem.* gibba coſtato-ſulcata. *Involucella* dimidiata.
335. BUNIUM. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* cordata. *Involucella* ſetacea.
338. ATHAMANTA. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* convexa, ſtriata.
328. BUPLEURUM. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* involuta. (*Plerisque folia indiviſa ſ. involucella petaliformia.*)
348. SIUM. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* ſubovata, ſtriata.
337. SELINUM. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* depreſſa, ſtriata.
351. CUMINUM. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* cordata. *Umb* 4 fida. *Invol.* ſetaceis, longiſſimis.
343. FERULA. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* cordata. *Sem.* plana.
240. CRITHMUM. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* planiuſcula. *Inv.* horizontale.
350. BUBON. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* planiuſc. *Inv.* 5-phyllum.
342. CACHRYS. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* planiuſc. *Sem.* cortice ſuberoſo.
346. LIGUSTICUM. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* involuta. *Invol.* membranacea.
347. ANGELICA. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* planiuſc. *Umbellulae* globoſae.
349. SISON. *Fl.* floſc. fert. *Pet.* planiuſc. *Umb.* depauperata.

B. *Involucris partialibus;* univerſali nullo.

355. AETHUSA. *Fl.* ſubradiat. fert. *Involucella* dimidiata.
356. CORIANDRUM. *Fl.* radiat. abortivi. *Fr.* ſubgloboſi.
357. SCANDIX. *Fl.* radiat. abort. *Fr.* oblongi.
358. CHAEROPHYLLUM. *Fl.* floſc. abort. *Invol.* 5-phylla.
353. PHELLANDRIUM. *Fl.* floſc. fertiles. *Fr.* coronati.
359. IMPERATORIA. *Fl.* floſc. fertiles. *Umb.* expanſo-plana.
360. SESELI. *Fl.* floſc. fertiles. *Umb.* rigidula.
354. CICUTA. *Fl.* floſc. fertiles. *Pet.* planiuſcula.

* *Bupleurum rotundifolium.* * *Apium Petroſ. et Aniſum.*

C. *Involucro nullo;* nec univerſali, nec partialibus.

363. SMYRNIUM. *Fl.* floſc. abortivi. *Sem.* reniformia, angulata.

364. CARUM. — *Fl.* floſc. abortivi. *Sem.* gibba, ſtriata.
361 THAPSIA. — *Fl* floſc. fertiles *Sem.* membranaceo-alata, emarginata.
362. PASTINACA. — *Fl.* floſc. fertiles. *Sem.* depreſſo plana.
364. ANETHUM — *Fl* floſc. fertiles. *Sem* marginata, ſtriata.
368 AEGOPODIUM. — *Fl.* floſc. fertiles. *Sem.* gibba, ſtriata. *Pet.* cordata.
367. APIUM. — *Fl.* floſc. fertiles. *Sem.* minuta, ſtriata. *Pet* inflexa.
366. PIMPINELLA. — *Fl.* floſc. fertiles. *Umbellae ante floreſcentiam nutantes* *Pet* cordata.
1378. CUSSONIA. — *Petala* trigona. *Margo receptaculi* dilatatus in calycem 5-dentatum.

TRIGYNIA.

* *Fl. ſuperi.*

370. VIBURNUM. — *Cor.* 5-fida. *Bacca* 1-ſperma.
3.2. SAMBUCUS. — *Cor.* 5-fida. *Bacca* 3-ſperma.

* *Fl. inferi.*

1379 SEMECARPUS. — *Cor.* 5 petala. *Drupa* cordata, celluloſa, 1-ſperma.
369. RHUS. — *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-ſperma.
371. CASSINE. — *Cor.* 5 petala. *Bacca* 3-ſperma.
373. SPATHELIA. — *Cor* 5 petala. *Capſ.* 3-locularis, 3-gona, 1-ſperma. *Filamenta* baſi dentata.
374. STAPHYLEA. — *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 2-ſ. 3-fida, inflata,
375. TAMARIX. — *Cor* 5 petala. *Capſ.* 1-locularis. *Sem.* pappoſa.
381. DRYPIS. — *Cor.* 5 petala, coronata. *Capſ.* 1-ſperma, circumſciſſa.
376. TURNERA. — *Cor.* 5 petala. *Capſ.* 1-locularis. *Cal.* 1-phyllus, corollifer.
383. SAROTHRA. — *Cor.* 5 petala. *Capſ.* 1-locularis, colorata. *Cal.* 1-phyllus.
380. ALSINE. — *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locularis. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 2 fida.
377. TELEPHIUM. — *Cor.* 5 petala. *Capſ.* 1-locul. triquetra. *Cal.* 5-phyllus.
378. CORRIGIOLA. — *Cor.* 5-petala. *Sem.* 1, triquetrum. *Cal.* 5-partitus.
379. PHARNACEUM. — *Cor.* nulla. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 3-locularis.

1299. XYLOPHYLLA. *Cal.* 5-partitus. *Capſ.* 3-cocca: ſeminibus binis.

382. BASELLA. *Cor.* nulla. *Cal* 6-fidus. *Sem.* 1. globoſum, calyce baccato.

* *Rhamnus Paliurus.*
* *Celaſtrus.*

TETRAGYNIA.

384. PARNASSIA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 4-valvis. *Nectar.* 5. ciliato-glanduloſa.

385. EVOLVULUS. *Cor.* 1-petala. *Capſ.* 4-locularis.

PENTAGYNIA.

* *Fl. ſuperi.*

386. ARALIA. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-ſperma.

* *Fl. inferi.*

392. CRASSULA. *Cor.* 5-partita. *Capſ.* 5, polyſpermae.

1340. GISEKIA. *Cor.* o. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 5, rotundae, 5-ſpermae.

389. LINUM. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 10-locularis, 2-ſperma.

390. ALDROVANDA. *Cor.* 5 petala. *Capſ.* 1-locularis, 10-ſperma.

391. DROSERA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locul. apice dehiſcens.

1255. MAHERNIA. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 5-locularis.

1380. COMMERSONIA. *Cor.* 5-petala. *Nectarium* 5-partitum. *Cal.* 1-phyllus, corollifer. *Capſ.* 5-locularis.

393. SIBBALDIA. *Cor.* 5-petala. *Sem.* 5. *Cal.* 10-fidus.

388. STATICE. *Cor.* 5-partita. *Sem.* 1, calyce infundib. veſtitum.

* *Ceraſtium pentandrum.*
* *Spergula pentandra.*
* *Gerania pentandra.*

POLYGYNIA.

394. MYOSURUS. *Cal.* 5-phyllus. *Nectar.* 5, lingulata. *Sem.* numeroſa.

* *Ranunculus hederaceus.*

MONOGYNIA.

179. HELIOTROPIUM. *Cor.* hypocrateriformis 5-fida, interjectis dentibus: faucibus clauſa fornicibus.
187.

peruvianum. 1. H. foliis lanceolato-ovatis, caule fruteſcente, ſpicis numeroſis aggregato-corymboſis *Murr. flor Gott p. 141. Caules bipedales, fruticoſi, hirti, inferius longius ramoſi. Folia elliptica ſ. ovato-oblonga, lineata, rugoſa, pubeſcenti-ſcabra, utrinque viridia, brevius petiolata. Pedunculi verſus extremitates hirti, bifidi, ſ. dichotomi. Spicae ſecundae, recurvatae. Corollae caeruleſcentes, ſimiles H. indico.*

indicum. 2. H. fol. cordato-ovatis acutis ſcabriuſculis, ſpicis ſolitariis, fruct. bifidis.

parviflorum. 3. H. fol. ovatis rugoſis ſcabris oppoſitis alternis, ſpicis conjugatis. *Mant. 201* Heliotropium barbadenſe, flor. albo minimo. *Dill. elth. 173. t. 146. f 175* Heliotropium angioſpermum. *Murr. flor. Gott. p. 217.*

europaeum. 4. H. fol. ovatis integerrimis tomentoſis rugoſis, ſpicis conjugatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t 207.* M.

ſupinum. 5. H. fol. ovatis integerrimis tomentoſis plicatis, ſpicis ſolitariis. *Gou. monſp. 17. c. figura.*

fruticoſum. 6. H. fol. lineari-lanceolatis piloſis, ſpicis ſolitariis ſeſſilibus.

curaſſavicum. 7. H. fol. lanceolato linearibus glabris aveniis, ſpicis conjugatis. *Mant. 333. Burm. ind. 41. t. 16. f 2.*

orientale. 8. H. fol. linearibus glabris aveniis, flor. ſparſis lateralibus.

gnaphalodes. 9. H. fol. linearibus obtuſis tomentoſis, pedunc. dichotomis, ſpicar. flor. quaternis, caule fruteſcente. *Jacq amer. 25. t 173. f. 11. — Ed. 2. pict. p. 19. t. 264. f. 97. quoad folium.* M. *Moriſ. hiſt. 3. ſ 11. t. 28. f. 6.*

180. MYOSOTIS. *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida, emarginata: fauce clauſa fornicibus.
188.

ſcorpioides. 1. M. ſeminibus laevibus, foliorum apicibus calloſis. *Fl. dan. t. 58.*

fra-

fruticoſa. 2. M. ſemin. laevibus, caule fruticoſo laevi. *Mant. 201. Differt a M. ſcorpioide caule fruticoſo.*
virginiana. 3. M. ſemin. aculeato-glochidibus, fol. ovato-oblongis, ramis divaricatis. *Folia magna.*
Lappula. 4. M. ſemin. aculeis glochidibus, fol. lanceolatis piloſis. — *Fl. dan. t. 692.* M.
apula. 5. M. ſemin nudis, fol. hiſpidis, racemis folioſis *Pluk. phyt. 16. f. 5.*

181. LITHOSPERMUM. *Cor.* infundib. ſauce perforata, nuda. *Cal.* 5-partitus.
189.

officinale. 1. L. ſeminibus laevibus, corollis vix calycem ſuperantibus, foliis lanceolatis. *Canadenſe totum hirtum.*
arvenſe. 2. L. ſem. rugoſis, cor. vix calycem ſuperantibus. *Fl. dan. t. 456.*
virginicum. 3. L. fol. ſubovalibus nervoſis, cor. acuminatis.
orientale. 4. L. ramis floriferis lateralibus, bracteis cordatis amplexicaulibus. Anchuſa orientalis. *Sp pl. 191.* — Aſperugo divaricata *Murr. in comm. gott. 1776. p. 25. t. 2.* M. *Caulis ſterilis erectus, pilis rarioribus. Folia lanceolata, baſi anguſtiora, integerrima, obtuſa, utrinque pilis roriferis. Rami floriferi ex alis foliorum inferiorum: Bracteis cordatis, minoribus, piloſo roridis. Flores ſubpedunculati, lutei, infundibuliformes abſque fornicibus, ſauce patula. Stamina tubo breviora, Antheris nigris.*
purpurocoeruleum. 5. L. ſem. laevibus, cor. calycem multoties ſuperantibus. *Jacq. auſtr. t 14.*
fruticoſum. 6. L. fruticoſum, fol. linearibus hiſpidis, ſtaminibus corollam aequantibus.
tenuiflorum. 7. L. fol. lineari lanceolatis ſtrigoſis, corollis filiformibus. *Suppl. p. 130.*
diſpermum. 8. L. ſeminibus duobus. calycibus patentibus. *Semina tantum duo ſunt, nec tamen bilocularia. Calyx quaſi inflatus.*

182. ANCHUSA. *Cor.* infundibulif. fauce clauſa fornicibus. *Sem.* baſi inſculpta.
101.

officinalis. 1. A. foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis, *Fl. dan. t. 572.*

anguſtifolia. 2. A. racemis ſubnudis conjugatis.

italica. 3. A. fol. lanceolatis undulatis, ſummis acuminatis, ſquamulis faucis penicilliformibus. *Trew pl. rar. dec. 2. p, 14. t. 28.* M.

undulata. 4. A. ſtrigoſa, fol. linearibus dentatis, pedicellis bractea minoribus, calyc. fructiferis inflatis. *Bocc. muſ. t. 77.*

tinctoria. 5. A. tomentoſa, fol. lanceolatis obtuſis, ſtamin. corolla brevioribus.

virginica. 6. A. floribus ſparſis, caule glabro.

lanata. 7. A. fol. villoſis, calycibus hirſutis, ſtaminib. corolla longioribus (*excluſo Synonymo.*).

ſempervirens. 8. A. pedunculis diphyllis capitatis. *Caules ad latera capitis radicis, erecti, hiſpidi. Folia ovata, lineata, albo maculata, petiolata, remota. Pedunculi axillares, Bracteis 2 oppoſitis, ſeſſilibus, lanceolato-ovatis, multiflori. Corollae coeruleae tubo brevi, uti Omphalodis.*

183. CYNOGLOSSUM. 192. *Cor.* infundibuliform. fauce clauſa fornicibus. *Semina* depreſſa, interiore tantum latere ſtylo affixa.

officinale. 1. C. ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus.

virginicum. 2. C. fol. ſpatulato-lanceolatis lucidis baſi trinerviis, bractea pedunculorum amplexicauli. Cynogloſſum foliis amplexicaulibus. *Gron. virg. 19. Nimis affinis C. officinali, foliis ſupra lucidis mox diſtinguenda.*

cheirifolium. 3. C. corollis calyce duplo longioribus, fol. lanceolatis.

apenninum. 4. C. ſtamin. corollam aequantibus.

laevigatum. 5. C. fol. lanceolato-ovatis glabriuſculis, cal. tomentoſis, ſem. laevibus. *Syſt. ed. 13. p. 157.* Cynogloſſum *laevigatum*, arillis glabris, caule erecto, fol. ellitipcis mollibus. *Suppl. p. 130.* Rindera tetraſpis. *Pall. it. v. 1. p. 486. t. 1. f. 1. 2.*

luſitanicum. 6. C. fol. lineari-lanceolatis glabris.

linifolium. 7. C. fol. lineari-lanceolatis ſcabris.

Ompha-

Omphalodes. 8. C. repens, fol. radicalibus cordatis.
japonicum. 9. C. fol. oblongis villoſis, caulibus proſtratis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

184. PULMONARIA. *Cor.* infundibulif. fauce pervia.
194. *Cal.* priſmatico-5-gonus.

* *Perianthium longitudine tubi corollae.*

anguſtifolia. 1. P. foliis radicalibus lanceolatis. *Hall. emend. 168. Fl. dan. t. 483.*
officinalis. 2. P. fol. radicalibus ovato-cordatis ſcabris. Symphytum maculoſum ſ. Pulmonaria latifolia. *Bauh. pin. 259. Fl. dan t. 482.*
ſuffruticoſa. 3. P. fol. linearibus ſcabris, cal. ſubulatis quinquepartitis. *Sp. p. 1667.*

** *Calyces tubo corollae dimidio breviores.*

virginica. 4. P. calyc. abbreviatis, fol. lanceolatis obtuſiuſculis.
ſibirica. 5. P. calyc. abbreviatis, fol. radicalibus cordatis. *Gmel. ſibir. 4. p. 75. t. 39.*
maritima. 6. P. calyc. abbreviatis, fol. ovatis, caule ramoſo procumbente. *Fl. dan. t. 25.*

185. SYMPHYTUM. *Corollae* limbus tubulato-ventricoſus: fauce clauſa radiis ſubulatis.
195.

officinale. 1. S. foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. — *Fl. dan. t. 664.* M.
tuberoſum. 2. S. fol. ſemidecurrentibus: ſummis oppoſitis. *Jacq. obſ. 3. p. 12. t. 13.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 225.* M. *Praecedentis forte varietas. Radix alba, nec extus nigra ut praecedentis.*
orientale. 3. S. fol. ovatis ſubpetiolatis.

186. CERINTHE. *Corollae* limbus tubulato-ventricoſus: fauce pervia. *Semina* 2, bilocularia.
195.

major. 1. C. foliis amplexicaulibus, corollis obtuſiuſculis patulis.
minor. 2. C. fol. amplexicaulibus integris, corollis acutis clauſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 124.* M.

187.

187. ONOSMA. *Corolla* campanulata: fauce pervia.
196. *Semina* 4.

ſimpliciſſima. 1. O. foliis confertis lanceolato-linearibus piloſis. *Apex floriferus nutans.*
orientalis. 2. O. fol. lanceolatis hiſpidis, fructibus pendulis.
echioides. 3. O. fol. lanceolatis hiſpidis, fructibus erectis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 295.* M.

188. BORAGO. *Corolla* rotata: fauce radiis clauſa.
197.

officinalis. 1. B. foliis omnibus alternis, calycibus patentibus *Pedunculi terminales, multiflori.*
indica. 2. B. fol. ramificationum oppoſitis amplexicaulibus, pedunc. unifloris.
africana. 3. B. fol. oppoſitis petiolatis ovatis, pedunc. multifloris. *Murr. Fl. gott. 142. Planta hiſpida, ſtimulis adſperſa. Folia ovata, oppoſita. petiolata, at floralia alterna. Pedunculi e ſummis alis et ramulis, piloſi, multiflori. Flores parvi, cernui, coerulei, medio flavo; punctis 5 purpureis.*
zeylanica. 4. B. fol. rameis alternis ſeſſilibus, pedunc. unifloris, inauritis. *Mant. 202.* Borago zeylanica. *Burm. ind. 41. t. 14. f. 2.* Anchuſa bugloſſoides, lithoſpermi ſemine. *Pluk. mant. 13. t. 335. f. 4.*
orientalis. 5. B. calyc. tubo corollae brevioribus, fol. cordatis. *Pedunculi axillares multiflori.*

189. ASPERUGO. *Cal.* fructus compreſſus: lamellis
198. plano-parallelis, ſinuatis.

procumbens. 1. A. calycibus fructus compreſſis. *Fl. dan. t. 552.*
aegyptiaca. 2. A. calyc. fructus ventricoſis. *Mant. 334.* — *Jacq. hort. v. 3. t. 21.* M.

190. LYCOPSIS. *Corolla* tubo incurvato.
198.

veſicaria. 1. L. foliis integerrimis, caule proſtrato, calycibus fructeſcentibus inflatis pendulis.
pulla. 2. L. fol. integerrimis, caule erecto, cal. fructeſcentibus inflatis pendulis. — *Jacq. Fl. auſt. v. 2. t. 188.* M.

aegyptia.

ægyptia. 3. L. fol. integerrimis ſcabris, caulibus adſcendentibus, calyc. fructeſcentibus inflatis pendulis. *Jacq. in Litt. Miſcell. v. 3. Icon. rar.* M.

variegata. 4. L. fol. repandis dentatis calloſis, caule decumbente, corollis cernuis. Lycopſis cretica. *Riv. mon. Fl. dan.* 435.

arvenſis. 5. L. fol. lanceolatis hiſpidis, calyc. floreſcentibus erectis.

orientalis. 6. L. fol. ovatis integerrimis ſcabris, calyc. erectis.

virginica. 7. L. fol. lineari-lanceolatis conſertis tomentoſis mollibus, caule erecto.

191. ECHIUM. *Cor.* irregularis, fauce nuda.

199.

fruticoſum. 1. E. caule fruticoſo, ramis foliisque piloſis. Bugloſſum africanum, echii folio, flore purpureo. *Pluk. mant. 33. t. 341. f. 7. Stamina corolla non longiora.*

candicans. 2. E. caule fruticoſo, hirſutum, albicans, fol. lanceolatis vtrinque acuminatis venoſo-nervoſis, panicula terminali, pedicellis ſpicatis. *Suppl. p. 131.*

giganteum. 3. E. caule fruticoſo ramis canis glabris, fol. lineari-lanceolatis ſcabriuſculis ſeſſilibus, thyrſo terminali: ſpicis ſimpliciſſimis. *Suppl. p. 131.*

ſtrictum. 4. E. caule fruticoſo, fol. petiolatis ellipticis hiſpidis ſcabris, caule reverſe-hiſpido, pedunculis axillaribus ſpicato-capitatis. *Suppl. p. 131.*

ſpicatum. 5. E. caulibus adſcendentibus ſimpliciſſimus, floribus ſpicatis. *Suppl. p. 132.*

argenteum. 6. E. fol. linearibus albido-hirſutis apice patulis. *Mant. 202.* Echium argenteum. *Berg. cap.* 40.

capitatum. 7. E. caule piloſo, flor. capitato-corymboſis aequalibus, ſtamin. corolla longioribus, fol. hiſpidis. *Mant. 42.*

plantagineum. 8. E. fol. radicalibus ovatis, lineatis petiolatis. *Mant. 202.* Echium lato plantaginis folio, italicum. *Barr. rar. 145. f. 1026.* — Echii plantaginei *Varietas*: foliis radicalibus lanceolatis longe petiolatis. *Jacq. hort. v. 1. t. 45.* M.

laevi-

laevigatum. 9. E. caule laevi, fol. lanceolatis nudis margine apiceque ſcabris, corollae aequalibus (*excluſo ſynonymo Plukeneti.* 3. Echium pyrenaicum. *Mant.* 334 Echium majus et aſperius, flore dilute purpureo. *Tourneſ inſt.* 135. Lycopſis monſpeliaca, flore dilute purpureo. *Moriſ. blæſ* 284.

italicum. 10. E. caule erecto piloſo, ſpicis hirſutis, corollis ſubaequalibus, ſtaminib longiſſimis. *Murr. Fl. gott.* 143. *Hudſ. angl.* 70 — *Anne* Echium altiſſimum *Jacq. Fl. auſtr. v.* 5. *app. t.* 66. *mera varietas* italici? M.

rubrum. 11. E. caule ex racemulis brevibus longe ſpicato, corollis ſubaequalibus, foliis hiſpidis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 5. *App. t.* 3. M.

vulgare. 12. E. caule tuberculato hiſpido, fol. caulinis lanceolatis hiſpidis, flor. ſpicatis lateralibus. *Fl. dan* 445.

violaceum. 13. E. corollis ſtamina aequantibus, tubo calyce breviore. *Mant.* 42.

creticum. 14. E. caule procumbente, calyc. fructeſcentibus diſtantibus. *Corollae ſaturate rubrae tubo calycibus breviore. Filamenta apice parum piloſa.*

orientale. 15. E. caule ramoſo, fol. caulinis ovatis, flor. ſolitariis lateralibus. *Tourneſ. itin.* 2. *p.* 107. *f.* 107.

luſitanicum. 16. E. corollis ſtamine longioribus.

1245. MESSERSCHMIDIA. *Cor.* infundibulif. fauce nuda. *Bacca* ſuberoſa, bipartibilis: ſingulo diſpermo.

fruticoſa. 1. M. caule fruticoſo, foliis petiolatis, corollis hypocrateriformibus *Suppl p.* 132.

Arguzia. 2. M. caule herbaceo, fol. ſeſſilibus, corollis infundibuliformibus *Suppl. p.* 132. Meſſerſchmidia Arguzia. *Syſt. ed.* 13 *p.* 161 *Mant.* 42. 334. Tournefortia ſibirica. *Sp. pl.* 202. *Act. petrop.* 1763. *t.* 315. *t.* 11. 24

192. TOURNEFORTIA. *Bacca* 2-locularis, diſperma, 201. ſupera, apice duobus poris perforata.

ſerrata. 1. T. foliis ovatis ſerratis, petiolis ſpineſcentibus, ſpicis terminalibus recurvis.

hirſutiſſima. 2. T. fol. ovatis petiolatis, caule hirſuto, ſpic. ramoſiſſimis terminalibus.

volubilis. 3. T. fol. ovatis acuminatis glabris, petiol. reflexis, caule volubili.

foetidiſſima. 4. T. fol. ovato-lanceolatis hirtis, pedunc. ramoſis, ſpic. pendulis.

humilis. 5. T. fol. lanceolatis ſeſſilibus, ſpic. ſimplicibus recurvis lateralibus.

cymoſa. 6. T. fol. ovatis integerrimis nudis, ſpic. cymoſis.

argentea. 7. T. fol. ovatis obtuſis tomentoſo-ſericeis, ſpicis terminalibus compoſitis. *Suppl. p. 133.*

ſuffruticoſa. 8. T. fol. ſublanceolatis incanis, caule ſuffruticoſo.

193. NOLANA. *Cor.* campanulata. *Stylus* inter germina. *Sem.* 5, baccata, bilocularia. 202.

proſtrata. 1. Nolana. *Linn. dec. 1. t. 2. Mant. 334.* Atropa foliis geminatis, calycibus polycarpis, caule humifuſo. *Gouan. hort. 82. t.* Walkeria. *Ehret. act. angl. 1764. n. 53. p. 130. t. 10.* Zwingera. *Act. helv. 5. p. 267. t. 1.* Neudorffia peruviana repens, flore caeruleo. *Plant. jam.* 219.

194. DIAPENSIA. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 5-phyllus, imbricatus foliolis tribus. *Stamina* tubo corollae impoſita. *Capſ.* 3-locularis. 202.

lapponica. 1. D. floribus pedunculatis. *Fl. dan. t. 47.*

195. ARETIA. *Cor.* hypocraterif. 5-fida: tubo ovato. *Stigma* depreſſo-capitatum. *Capſ.* 1-locularis, globoſa, ſubpentaſperma. 203.

helvetica. 1. A. foliis imbricatis, floribus ſubſeſſilibus. Diapenſia helvetica. *Mant. 335. Jacq. vind. 303.* Ca-

Capſula 5-valvis. Semina cuneiformi-globoſa, 5 ∫ 3

alpina. 2. A. fol. linearibus patentibus, flor. pedunculatis. *Mant. 335.* — *Jacq. Fl. auſt. v. 5. t. 18.* M. *Hall. act. 6. p. 16. n. 58. Flores coerulei ſegmentis emarginatis. Capſula 5 valvis*

Vitaliana. 3. A. fol. linearibus recurvatis, floribus ſubſeſſilibus. Primula Vitaliana. *Sp. pl. 206 Allion. pedem. 24. Flores lutei. Semina 5. Haller.*

196. ANDROSACE. *Involucrum* umbellulae. *Corollae* 203. tubus ovatus: ore glanduloſo. *Capſ.* 1-locularis, globoſa.

maxima. 1. A. perianthiis fructuum maximis. *Jacq Fl. auſt. v. 4. t. 331.* M.

elongata. 2. A. fol. ſubdentatis, pedicellis longiſſimis, corollis calyce brevioribus. *Gmel. ſib 4. t. 44. f. 4.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 330.* M.

ſeptentrionalis. 3. A. fol. lanceolatis dentatis glabris. perianth. angulatis corolla brevioribus. *Fl. dan 7.*

villoſa. 4. A. fol piloſis, perianth. hirſutis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4 t. 332* M.

lactea. 5. A. fol. lanceolatis glabris, umbella involucris multoties longiore. — *Jacq. Fl. auſtr v. 4 t. 333.* M.

carnea. 6. A. fol. ſubulatis glabris, umbella involucra aequante. *Folia plana, margine ſcabra Umbella demum involucro longior. Haller.*

197. PRIMULA. *Involucr.* umbellulae. *Corollae* tubus 204. cylindricus: ore patulo.

veris. 1. P. foliis dentatis rugoſis. α, *officinalis*, limbo corollarum concavo *Fl. dan t 433.* β, *elatior*, limbo corollarum plano *Fl. dan. t. 434.* γ, *acaulis*, ſcapo nullo. *Fl. dan. t 194.* In P. acauli *Scapus breviſſimus ſub terra latet pedunculis elongatis.*

farinoſa. 2. P. fol. crenatis glabris, florum limbo plano. *Fl. dan. 125.*

Auricula. 3. P. fol. ſerratis glabris. *Syſt. ed. 13. p. 162.* – Primula *Auricula*, foliis ſerratis glabris inverſeovatis, ſcapo multifloro circiter longitudine foliorum. *Jacq. miſc. v. 1. p. 160. F. auſtr. t. 415.* M.

longi-

longiflora. 4. P. fol. ſerratis glabris, umbella nutante, corollae tubo longiſſimo. *Jacq. Miſc. v. 1 p. 159. Fl. auſtr. app. t. 46.* M.

villoſa. 5. P. fol. ſerrulatis planis hirſutis. *Jacq. Miſcell. v. 1. p. 159. Fl. auſtr. app. t. 27.* β, *rubeſcens*, fol. ſerrulatis planis ſubvilloſis. *Jacq. Miſcell. t. 18. f. 2.* M.

glutinoſa. 6. P. fol. (*addo* M. ſerrulatis) lanceolatis glutinoſis, involucro longitudine florum ſeſſilium. *Suppl. p. 133.* — Primula *glutinoſa*, foliis ſerrulatis glabris glutinoſis involucri foliolis maximis. *Jacq. Miſcell. v. 1. p. 159. Fl. auſtr. app. t. 26. M.*

minima. 7. P. fol. dentatis cuneiformibus nitidis hirſutis, ſcapis ſubunifloris. Primula foliis cuneiformibus nitidis, ſcapis unifloris. *Jacq. vind. 208. ſpec t. 14. Fl. auſtr. t. 273.* M. Primula foliis petiolatis hirſutis ovatis ſerratis, ſcapo paucifloro. *Hall. emend. 40. Involucrum diphyllum. Calyx tubo brevior, unicus, ſeſſilis. Corolla lutea, intus hirſuta.*

cortuſoides. 8. P. fol. petiolatis cordatis ſublobatis crenatis. *Gmel. ſib. v. 4. t. 45.*

integrifolia. 9. P. fol. integerrimis glabris oblongis, calyc. tubuloſis obtuſis. *Jacq. vind. 209.* — *Fl. auſtr. t. 327.* Cfr. *Miſc. v. 1. p. 160.* M. *Fl. dan. 188. Corollae laciniae ſemibifidae, Tubo ſimplici absque collo coarctato.*

carniolica. 10. P. fol. integerrimis ellipticis, umbella erecta, calycibus acutis breviſſimis. *Jacq. Miſc. v. 1. p. 160. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 4.* M.

198. CORTUSA. *Corolla* rotata: fauce annulo elevato.
206. *Capſ.* 1-locularis, ovalis, apice 5-valvi.

Matthioli. 1. C. calycibus corolla brevioribus. *All. act. helv. 4. p. 271.*

Gmelini. 2. C. calyc. corollam excedentibus. *Gmel. ſibir. 4. p. 79. t. 43. f. 1. Folia reniformi-cordata, crenis lobata lobis rotundatis, pilis adſperſa, longius petiolata. Scapi nudi, foliis altiores. Umbella ſubtriflora involucri foliolis ovatis. Corollae albae.*

199. SOLDANELLA. *Corolla* campanulata, lacero-
206. multifida. *Capſ.* 1-locularis. apice multidentata.

alpina. 1. SOLDANELLA. *Jacq. auſtr. t. 13. Scapus biflorus.*

200. DODECATHEON. *Cor.* rotata, reflexa. *Stam.*
207. tubo inſidentia. *Capſ.* 1-locularis, oblonga.

Meadia. 1. DODECATHEON.

201. CYCLAMEN. *Cor.* rotata, reflexa, tubo breviſſi-
207. mo: fauce prominente. *Bacca* tecta capſula.

europaeum. 1. C. corolla retroflexa. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 401.* M.

indicum. 2. C. corolla limbo nutante.

202. MENYANTHES. *Cor.* hirſuta. *Stigma* 2-fidum.
207. *Capſ.* 1-locularis.

Nymphoides. 1. M. foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. *Fl. dan. t. 339.* Limnanthemum peltatum *Gmel. act. petrop. 1769. v. 14. p. 527. t. 17. f. 2.*

indica. 2. M. fol. cordatis ſubcrenatis, petiolis floriferis, coroll. interne piloſis. *Rumph. amb. 6. t. 72.*

ovata. 3. M. fol. ovatis petiolatis, caule paniculato. *Suppl. p. 133.*

trifoliata. 4. M. fol. ternatis. *Fl. dan. t. 541.*

. . DORÆNA. *Cor.* 5-fida. *Stigma* emarginatum *Capſ.* 1-locularis. *Thunb. Diſſ. n. gen. pl. p. 59.* M.

japonica. 1. DORAENA. *Thunb. l. c. Japon. mſpt.* M.

203. HOTTONIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina*
308. tubo corollae impoſita. *Capſ.* 1-locularis.

paluſtris. 1. H. pedunculatis verticillato-multifloris. *Fl. dan. t. 487.*

indica.

indica. 2. H.? pedunculis axillaribus unifloris. Gratiola malabarica fol. ſtellatim dentatis. *Pet. gaz. t. 54. f. 11. male.* Erica africana, equiſeti folio *Seb. muſ. 2. t. 37. f. Genus etiamnum dubium.*

204. HYDROPHYLLUM. *Cor.* campanulata, interne 208. ſtriis 5, melliferis, longitudinalibus. *Stigm.* 2-fidum. *Capſ.* globoſa, 2-valvis.

virginicum. 1. H. foliis pinnatifidis. Dentariae affinis, Echii flore, capſula anagallidis. *Dod. mem. 77. t. 77.*
canadenſe. 2. H. fol. lobato-angulatis.

244. ELLISIA. *Cor.* infundibuliformis, anguſta. *Bacca* 244. ſicca, bilocularis, bivalvis. *Sem.* 2, punctata: altero ſupra alterum.

Nyctelea. 1. Ellisia. *Mant. 336. Nov. act. upſ. vol. 1. p. 97. tab. 5. fig. 5.* M. Planta lithoſpermo affinis. *E. N. C. 1761. p. 330. Affinis Hydrophylli.*

205. LYSIMACHIA. *Cor.* rotata. *Capſ.* globoſa, mu-209. cronata, 10-valvis.

* *Pedunculis multifloris.*

vulgaris. 1. L. paniculata: racemis terminalibus. *Fl. dan. t. 689.* M.
Ephemerum. 2. L. racem. ſimplicibus terminalibus, petalis obtuſis, ſtamin. corolla brevioribus. — Lyſimachia *Ephemerum*, caulibus ſubramoſis, racemis ſimplicibus terminalibus, corollis patentibus. *Murr. in comm. gott. 1782. p. 8. t. 2.* M.
atropurpurea. 3. L. ſpicis terminalibus, petalis lanceolatis, ſtamin. corolla longioribus. — Lyſimachia *atropurpurea*, caulibus virgatis decompoſitis, racemis ſimplicibus terminalibus, corollis conniventibus. *Murr. in comm. gott. 1782. p. 5. t. 1.* M.
thyrſiflora. 4. L. racemis lateralibus pedunculatis. *Fl. dan. t. 517.*

** *Pedunculis unifloris.*

quadrifolia. 5. L. fol. quaternis petiolo ciliatis, pedunc. quaternis unifloris. β Lyſimachia ciliata. *Sp. pl.* 220. *Folia in ſummis ramulis quaterna. Pedunculi gemini uniflori, ſub calyce turbinati. Flores cernui. Petala ſerrata, mucronata.*

punctata. 6. L. fol. ſubquaternis ſubſeſſilibus, pedunc. verticillatis unifloris. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 366.* M.

Linum ſtellatum. 7. L. calyc. corollam ſuperantibus, caule erecto ramoſiſſimo. *Corolla Centunculi 5-fida. Fructus 5-valvis.*

nemorum. 8. L. fol. ovatis acutis, floribus ſolitariis, caule procumbente. *Fl. dan. t.* 174.

Nummularia. 9. L. fol. ſubcordatis, flor. ſolitariis, caule repente. *Fl. dan. t.* 493.

japonica. 10. L. fol. ſubcordatis, flor. axillaribus, pedunculis folio brevioribus. *Thunb. jap mſpt.* M.

206. ANAGALLIS. *Cor.* rotata. *Capſ.* circumſciſſa.
211.

arvenſis. 1. A. foliis indiviſis, caule procumbente. *Fl. dan. t.* 88.

monelli. 2. A. fol. indiviſis, caule erecto.

latifolia. 3. A. fol. cordatis amplexicaulibus, caule compreſſo.

linifolia. 4. A. fol. linearibus, caule erecto.

tenella. 5. A. fol. ovatis acutiuſculis, caule repente. Lyſimachia tenella. *Sp. plant.* 11. *Stamina villoſa. Capſula circumſciſſa. P. Browne.*

207. THEOPHRASTA. *Cor.* campanul. laciniis et diviſuris obtuſis. *Capſ.* 1-locularis, globoſa, maxima, polyſperma.
212.

americana. 1. THEOPHRASTA.

1368. RETZIA. *Cor.* cylindrica, extus villoſa. *Stigma* bifidum. *Capſ.* 2-locularis. *Suppl. p.* 18. *Thunb. nov. gen. pl. p.* 4.

ſpicata. 1. RETZIA. *Suppl. p.* 138. — Retzia capenſis. *Thunb. in act. Lund. P.* 1. *p.* 55. *tab.* 1. *fig.* 2. M.

209. SPIGELIA. *Cor.* infundibulif. *Capſ.* didyma, 2-lo-
213. cularis, polyſperma.

Anthelmia. 1. S. caule herbaceo, foliis ſummis quaternis.
marilandica. 2. S. caule tetragono, fol. omnibus oppoſitis. Lonicera *marilandica*, ſpicis terminalibus, foliis ovato-oblongis acuminatis diſtinctis ſeſſilibus. *Sp. pl.* 249. *Hope act. edinb.* 3. *ann.* 1771. *p.* 151. *t.* 1. *Mant.* 338. *Radix perennis. Caules annui. Spica ſolitaria ſecunda.*

210. OPHIORRHIZA. *Cor.* infundibulif. *Germen* 2-fi-
213. dum. *Stigmata* 2. *Fructus* 2-lobus.

Mungos. 1. O. foliis lanceolato-ovatis.
Mitreola. 2. O. fol. ovatis.

1366. VIRECTA. *Cal.* 5-phyllus: dentibus interjectis. *Cor.* infundibulif. *Stigm.* bipartitum. *Capſ.* 1-locularis. *Suppl. p.* 17.

biflora. 1. VIRECTA. *Suppl. p.* 134.

1248. LISIANTHUS. *Cor.* tubo ventricoſo laciniis recurvatis. *Cal.* carinatus. *Stigm.* 2-lamellatum. *Capſ.* 2-locularis, bivalvis: valvularum marginibus intortis. Cfr. *Suppl. p.* 135.

longifolius. 1. L. foliis lanceolatis. *Mant.* 43.
cordifolius. 2. L. fol. cordatis. *Mant.* 43.
Chelonoides. 3. L. glaber, fol. oppoſitis ſubconnatis oblongis, panicula terminali dichotoma racemoſa. *Suppl. p.* 134.
glaber. 4. L. glaber, fol. ovatis petiolatis, corymbis terminalibus. *Suppl. p.* 134.

211. RANDIA. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* hypocraterif. *Bac-*
203. *ca* 1-locularis cortice capſulari.

mitis. 1. R. ſubinermis. (*Synonyma Sloanei et Raji dubia.*)
aculeata. 2. R. ramis biſpinoſis.

. . FAGRAEA. *Cal.* campanulatus. *Cor.* infundibulif. *Bacca* 2-locul. carnoſa *Sem.* globoſa. *Stigma* peltatum. *Thunb. Diſſ. nov. gen. pl. p. 34.* M.

zeylanica. 1. Fagraea. *Thunb. l. c. p. 35 Id. in act. ſtockh. 1782. p. 132. t. 4.* M.

1367. SCHEFFIELDIA. *Cor.* campanulata. *Filamenta* decem: *alterna* ſterilia. *Capſ.* 1-locularis, 5-valvis. *Suppl. p. 18.*

repens. 1. Scheffieldia. *Suppl. p. 135.*

212. AZALEA. *Cor.* campanulata. *Stamina* receptaculo inſerta. *Capſ.* 5-locularis.
214.

pontica. 1. A. foliis nitidis lanceolatis utrinque glabris, racemis terminalibus. *Supp. pl 1669.*

indica. 2. A. floribus ſubſolitariis, calycibus piloſis.

nudiflora. 3. A. fol. ovatis, corollis piloſis, ſtaminibus longiſſimis.

viſcoſa. 4. A. fol. margine ſcabris, corollis piloſo-glutinoſis,

lapponica. 5 A fol. adſperſis punctis excavatis.

procumbens 6. A. ramis diffuſo-procumbentibus. *Fl. dan. t. 9.*

1369. EPACRIS. *Cor.* infundibuliformis villoſa. *Squamae* nectariferae, *germini* adnatae. *Capſ.* 5-locularis, 5-valvis *Suppl. p. 19.*

longifolia. 1. E. arborea. foliis ſubulatis vaginantibus, racemis erectis, floribus oppoſitis. *Suppl. p. 138.*

iuniperina. 2. E. arborea. fol. ſparſis linearibus acutis patentibus ſeſſilibus, recemis cernuis, floribus alternis. *Suppl. p. 138*

pumila. 3. E. herbacea, fol. ovato-oblongis imbricatis, floribus ſeſſilibus ſubſolitariis. *Suppl. p. 138.*

. . WEIGELA. *Cor.* infundibulif. *Stigma* peltatum. *Styl.* e baſi germinis. *Thunb. diſſ. nov. gen. pl. p. 5.* M.

japonica. 1. Weigela. *Thunb. in act. ſtockh. 1780. p. 137. t. 5. Japon. mſpt.* M.

1371. TECTONA. *Cor.* infundibulif. *Stigma* dentatum. *Drupa* ſicca ſpongioſa, intra calycem inflatum. *Nucleus* trilocularis. *Suppl. p.* 20.

grandis. 1. Tectona. *Suppl. p.* 151.

213. PLUMBAGO. *Cor.* infundibulif. *Stamina* ſquamis 215. baſin corollae claudentibus inſerta. *Stigma* 5-fidum. *Sem.* 1, oblongum, tunicatum.

europaea. 1. P. foliis amplexicaulibus lanceolatis ſcabris. *Calyx extus tuberculis baſeos 5 praeter glandulas petiolatas.*

zeylanica. 2. P. fol. petiolatis ovatis glabris, caulibus filiformibus.

roſea. 3. P. fol. petiolatis ovatis glabris, ſubdenticulatis, caule geniculis gibboſis.

ſcandens. 4. P. fol. petiolatis ovatis glabris, caule flexuoſo-ſcandente. — *Jacq. amer. pict. p.* 18. *t.* 23. M.

214. PHLOX. *Cor.* hypocraterif. *Filamenta* inaequalia. 216. *Stigma* 3-fidum. *Cal.* priſmaticus. *Capſ.* 3-locularis, 1-ſperma.

paniculata. 1. P. foliis lanceolatis margine ſcabris, corymbis paniculatis.

maculata. 2. P. fol. lanceolatis laevibus, racemo oppoſite corymboſo. *Mant.* 335. — *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 127. M.

piloſa. 3. P. fol. lanceolatis villoſis, caule erecto, corymbo terminali.

carolina. 4. P. fol. lanceolatis laevibus, caul. ſcabro, corymbis ſubfaſtigiatis.

glaberrima. 5. P. fol. lineari-lanceolatis glabris, caule erecto, corymbo terminali.

divaricata. 6. P. fol. lato-lanceolatis: ſuperioribus alternis, caule bifido, pedunculis geminis,

ovata. 7. P. fol. ovatis, floribus ſolitariis.

ſubulata. 8. P. fol. ſubulatis hirſutis, flor. oppoſitis.

ſibirica. 9. P. fol. linearibus villoſis, pedunc. ternis. *Gmel. ſibir. 4. p. 87. t. 46. f. 2.*

ſetacea. 10. P fol. ſetaceis glabris, flor. ſolitariis.

1339. PORANA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 5-fidus, in fructu major. *Stylus* ſemibifidus, longior, perſiſtens. *Stigmata* globoſa. *Per.* bivalve.

volubilis. PORANA. *Burm. ind. 51. t. 21. f. 1. Mant. 560.*

215. CONVOLVULUS. *Cor.* campanulata, plicata. *Stigmata 2. Capſ.* 2-locularis: loculis diſpermis.
218.

* *Caule volubili.*

arvenſis. 1. C. foliis ſagittatis utrinque acutis, pedunculis ſubunifloris. *Fl. dan. t. 459.*

ſepium. 2. C. fol. ſagittatis poſtice truncatis, pedunc. tetragonis unifloris. *Fl. dan. t. 458.*

Scammonia. 3. C. fol. ſagittatis poſtice truncatis, pedunc. teretibus ſubtrifloris.

ſibiricus. 4. C. fol. cordatis acuminatis laevibus, pedunc. unifloris. *Mant 203.*

farinoſus. 5. C. fol. cordatis acuminatis repandis, pedunc. trifloris, caul. farinoſo. *Mant. 203. Jacq. hort. t. 35.*

Medium. 6. C. fol. linearibus haſtato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunc. unifloris, calyc. ſagittatis, caule volubili. *Affinis C. reptantis.*

japonicus. 7. C. fol. haſtatis lanceolatis: foliis lateralibus unidentatis, caule volubili, pedunculis unifloris. *Thunb. jap. mſpt.* M.

panduratus. 8. C. fol. cordatis integris panduriformibus, calyc. laevibus.

carolinus. 9. C. fol. cordatis integris trilobisque villoſis, calyc. laevibus, capſ. hirſutis, pedunc. ſubbifloris.

hederaceus. 10. C. fol. cordatis integris trilobisque, coroll. indiviſis, fructibus erectis.

Nil. 11. B. fol. cordatis trilobis, coroll. ſemiquinquefidis, pedunculis petiolo brevioribus.

purpureus. 12. C. fol. cordatis indiviſis, fructibus cernuis, pedicellis incraſſatis.

angularis. 13. C. fol. cordatis quinquangularibus integerrimis villoſis, pedunc. multifloris. *Mant. 203. Burm. ind. 46. t. 19. f. 2.*

Bata-

+ obſcurus. v. Amal: Lin: 5. 549.

Batatas. 14. C. fol. cordatis haſtatis quinquenerviis, caule repente tuberiſero hiſpido. *An huius plures ſpecies diſtinctae?*

biflorus. 15. C. fol. cordatis pubeſcentibus, pedunc. geminis, corollis lobis triſidis. *Sp. pl. p. 1668.*

verticillatus. 16. C. fol. cordatis oblongis nudis, pedunc. umbellatis bifidis multifloris.

umbellatus. 17. C. fol. cordatis, caule volubili, pedunc. umbellatis.

malabaricus. 18. C. fol. cordatis glabris, caule perenni villoſo.

canariensis. 19. C. fol. cordatis pubeſcentibus, caule perenni villoſo, pedunc. multifloris.

muricatus. 20. C. fol. cordatis, pedunc. incraſſatis calycibusque laevibus, caule muricato. *Mant. 44.*

anceps. 21. C. fol. cordatis, caule volubili utrinque carinato. *Mant. 43.*

Turpethum. 22. C. fol. cordatis angulatis, caule membranaceo quadrangulari, pedunc. multifloris.

grandiflorus. 23. C. fol. cordatis ovatis obtuſiuſculis integerrimis, pedunculatis ſubbifloris, calycibus coriaceis, caule petiolisque pubeſcentibus. *Suppl. p. 136.* — Convulvulus *grandiflorus*, foliis rotundato-cordatis acutis pedunculatis unifloris, caule perenni glabro. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 69.* M.

maximus. 24. C. fol. cordatis ouatis acuminatis integerrimis glaberrimis, caule petiolisque glaberrimis. *Suppl. p. 137.*

ſpecioſus. 25. C. fol. cordatis ovatis acutis ſupra hirtis ſubtus argenteo-ſericeis, petiolis teretibus. *Suppl. p. 137.*

trinervius. 26. C. fol. cordatis oblongis glabris trinerviis, caule volubili tereti, pedunculis unifloris. *Thunb. jap. mſpt.* M.

peltatus. 27. C. fol. peltatis, pedunc. multifloris. *Rumph. amb. 5. t. 157.*

Jalapa. 28. C. fol. difformibus: cordatis angulatis oblongis lanceolatisque, caule volubili, pedunculis unifloris. *Mant. 43.*

ſericeus. 29. C. fol. lanceolato-ellipticis, ſubtus tomentoſo-ſericeis. pedunc. ſubumbellatis, calyc. piloſis, caule volubili. *Mant. 43.* Convolvulus mollis. *Burm. ind. 44. t. 17. f. 1.*

tomentoſus. 30. C. fol. trilobis tomentoſis, caule lanuginoſo.

althaeoides. 31. C. fol. cordatis ſinuatis ſericeis: lobis repandis. pedunc. bifloris. *Spontanea pedunculis unifloris eſt.*

cairicus. 32. C. fol pinnato-palmatis ſerratis, pedunc. filiformibus paniculatis, cal. laevibus. (*Excluſo C. Bauhini ſynonymo.*)

copticus. 33. C. fol. pedatis ſerratis, pedunc. enſiformibus bifloris, calyc. muricatis. *Mant. 559.* Convolvulus quinquefolius. *Bauh. prodr. 134.*

vitifolius. 34. C. fol. palmatis quinquelobis glabris dentatis, caule piloſo, pedunc. multifloris. *Burm. ind. 45. t. 18. f. 1. Mant. 203.* Convolvulo ſimilis bryoniae albae foliis villoſis. *Pluk. alm. 135. t. 25. f. 3.*

diſſectus. 35. C. fol palmatis ſeptempartitis dentato-ſinuatis glabris, caule piloſo, pedunc. unifloris. *Jacq. obſ. 2. p. 4. t. 28. — Hort. v. 2. t. 159.* M.

macrocarpus. 36. C. fol. palmato-pedatis quinquepartitis, pedunc. unifloris.

paniculatus. 37. C. fol. palmatis: lobis ſeptem ovatis acutis integerrimis, pedunc. paniculatis. β Modecca. *Rheed. mal. 8 p. 39. t. 20. Variat foliis 3-lobis ſ. 5-lobis.*

macrorhizos. 38. C. fol digitatis ſeptenis integerrimis, caule glagro, pedunc. trifloris.

quinquefolius. 39. C. digitatis glabris dentatis, pedunc. laevibus.

pentaphyllus. 40. C. fol. digitatis quinis piloſis integerrimis, caule piloſo.

martinicenſis. 41. C. fol. ellipticis, caule repente (*addo* M.) ſubvolubili. — *Jacq. amer pict. p. 19. t. 24.* M.

** *Caule non volubili.*

ſpinoſus. 42. C. fruticoſus erectus, fol. lanceolatis ſericeis, ramulis floriferis ſpinoſis. *Suppl. p. 137.*

ſiculus. 43. C. fol. cordato-ovatis, pedunc. unifloris: bracteis lanceolatis, flor. ſeſſilibus.

pentapetaloides. 44. C. fol. lanceolatis obtuſis nudis lineatis, ramis declinatis, flor. ſolitariis ſemiquinquefidis. *Syſt. nat. 3. p. 229.*

lineatus. 45. C. fol. lanceolatis ſericeis lineatis petiolatis, pedunc. bifloris, calycibus ſericeis ſubfoliaceis. *All. taur. 55.*

Cneo-

Cneorum. 46. C. fol. lanceolatis tomentoſis, flor. umbellatis, calyc. hirſutis, caule erecto. *Caulis terminatur Umbella tetraphylla, 5 radiata: Pedunculo centrali unifloro, aphyllo; lateralibus 4-ſ. 5-floris. Bracteae 2 ſub bifurcatura, et 2 ſub altero flore. Calyces obtuſi, hirſuti, uti bracteae.*

Cantabrica. 47. C. fol. lineari-lanceolatis acutis, caule ramoſo erectiuſculo, calyc. piloſis, pedunc. ſubbifloris. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 296.* M. Convolvulus fol. lineari-lanceolatis acutis, caule ramoſo erectiuſculo, pedunc. ſubbifloris. *Ger. prov. 318.* β. Convolvulus terreſtris *Sp. pl. 224.*

Dorycnium. 48. C. fol. ſublinearibus ſericeis, caule fruticuloſo paniculato, calyc. nudiuſculis obtuſis.

ſcoparius. 49. C. fruticoſus erectus glaber ramis virgatis, fol. ſeſſilibus linearibus, racemo terminali, pedunculis ſubtrifloris. *Suppl. p. 135.*

Oenotheroides. 50. C. fruticoſus erectus, fol. linearibus caneſcentibus, pedunculis axillaribus ſolitariis erectis unifloris bracteatis, calycibus lanceolatis glabris. *Suppl. p. 137.*

floridus. 51. C. fruticoſus proſtratus canus, foliis lineari-lanceolatis glabris, thyrſo terminali pyramidali compoſito. *Suppl. p. 136.*

corymboſus. 52. C. fol. cordatis, pedunc. umbellatis, caule repente.

ſpithamaeus. 53. C. fol. cordatis pubeſcentibus, caule recto, pedunculis unifloris.

perſicus. 54. C. fol. ovalibus tomentoſis, pedunc. unifloris. *Tota planta Verbaſci inſtar tomentoſa. Flos albus. Lerche.*

tricolor. 55. C. fol. lanceolato ovatis glabris, caule declinato, floribus ſolitariis.

repens. 56. C. fol. ſagittatis poſtice obtuſis, caule repente, pedunculis unifloris.

reptans. 57. C. fol. haſtato-lanceolatis: auriculis rotundatis, caule repente, pedunc. unifloris.

edulis. 58. C. fol. cordatis integris trilobisque glabris, caule repente angulato. *Thunb. jap. mſpt.* M.

hirtus. 59. C. fol. cordatis ſubhaſtatisque villoſis, caule petiolisque piloſis, pedunc. multifloris.

Soldanella. 60 C. fol. renifornibus, pedunc. unifloris.

Pes caprae. 61. G. fol. bilobis, pedunc. unifloris.

bra-

braſilienſis. 62. C. fol. emarginatis baſi biglanduloſis, pedunc. trifloris.

ſublobatus. 63. C. fol. ſuperioribus apice dentato-repandis, caule procumbente, floribus capitatis. *Suppl. p. 135.*

littoralis. 64. C. fol. oblongis lobato-palmatis, pedunc. unifloris, caule repente. *Plum. ic. 90. f. 2.*

216. IPOMOEA. *Cor.* infundibulif. *Stigm.* capitato-globoſum. *Capſ.* 3-locularis.
227.

* *Floribus diſtinctis.*

Quamoclit. 1. I. foliis pinnatifidis linearibus, floribus ſubſolitariis.

rubra. 2. I. fol. pinnatifidis linearibus, flor. racemoſis pendulis. Polemonium rubrum. *Sp. plant. 231. Generis dubii, miſſa a D. Elliſio. Caulis ſuffruticoſus, rectus: Calyx monophyllus tubo brevi, dentibus ſubulatis tubo Calycis longioribus. Stamina corollae tubo medio inſerta absque valvulis. Planta non lacteſcit.*

umbellata. 3. I. fol. digitatis ſeptenis, pedunc. umbellatis breviſſimis.

carolina. 4. I. fol. digitatis: foliolis petiolatis, pedunc. unifloris.

coccinea. 5. I. fol. cordatis acuminatis baſi angulatis, pedunc. multifloris.

lacunoſa. 6. I. fol. cordatis acuminatis ſcrobiculatis baſi angulatis, pedunc ſubunifloris flore brevioribus. Convolvulus corolinianus, flore minore ſanguineo. *Raj. ſuppl. pag. ult.*

ſolanifolia. 7. I. fol. cordatis acutis integerrimis, flor. ſolitariis.

tuberoſa. 8. I. fol. palmatis: lobis ſeptenis lanceolatis acutis integerrimis, pedunc. trifloris. *Jacq. obſ. 39.— Amer. pict. p. 20.* M. Ipomoea heptadactyla major ſcandens, flore majori campanulato, calyce membranaceo, feminibus villoſis. *Brown. jam. 155. Flores ſulphurei.*

digitata. 9. I. fol. palmatis: lobis ſeptenis lanceolatis obtuſis, pedunc. trifloris.

bona nox. 10. I. fol. cordatis acutis integerrimis, caul. aculeato, flor. ternis, coroll. indiviſis.

campanulata. 11. I. fol. cordatis, pedunc. multifloris, perianthio exteriore orbiculari, coroll. campanulatis lobatis.

viola-

violacea. 12. I. fol. cordatis integerrimis, flor. conſertis, corollis indiviſis. Convolvulus major, folio ſubrotundo, fl. amplo purpureo. *Sloan. jam. 55. hiſt. 1. p. 155. t. 98. f. 1.*

carnea. 13. I. fol. cordatis glabris, pedunc. multifloris. coroll. marginatis. *Sp. pl. 1668.* — *Jacq. amer. pict. p. 19. t. 25.* M.

repanda. 14. I. fol. cordatis oblongis repandis, pedunc. ramoſis cymoſis. *Sp. pl. 1668.* — *Jacq. amer. pict. p. 20. t. 27.* M.

filiformis. 15. I. fol. cordatis obtuſis cum acumine integerrimis, pedunculis racemoſis filiformibus. *Jacq. amer. pict. p. 20. t. 26.* M.

haſtata. 16. I. fol. ſagittato-haſtatis, pedunc. bifloris. *Burm. ind. 150. t. 18. f. 2. Mant. 204.*

glaucifolia. 17. I. fol. ſagittatis poſtice truncatis. pedunc. bifloris.

triloba. 18. I. fol. trilobis cordatis, pedunc. trifloris.

hederifolia. 19. I. fol. trilobis cordatis, pedunc. multifloris racemoſis.

** *Floribus aggregatis.*

hepaticifolia. 20. I. fol. trilobis, flor. aggregatis. *Burm. ind. 50. t. 20. f. 2.*

tamnifolia. 21. I. fol. cordatis acuminatis piloſis, flor. aggregatis.

Pes tigridis. 22. I. fol palmatis, flor. aggregatis.

217. POLEMONIUM. *Cor.* 5-partita, fundo clauſo valvis ſtaminiferis. *Stigma* 3-fidum. *Capſ.* 3-locularis, ſupera.
230.

coeruleum. 1. P. foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus tubo corollae longioribus. *Fl. dan. t. 255.*

reptans. 2. P. fol. pinnatis ſeptenis, flor. terminalibus nutantibus. *Differt a praecedenti Radice repente, Foliolis 7, nec 17, Panicula laxa, ſubnutante, nec ſtricta.*

dubium. 3. P. fol. inferioribus haſtatis, ſuperioribus lanceolatis. *Stylus ſemibifidus. Dubii generis.*

Roelloides. 4. P. erectum, caule filiformi, fol. lanceolatis ciliatis, panicula pauciflora pedunculata nuda. *Suppl. p. 139.*

Cam-

Campanuloides. 5. P. erectum glabrum, foliis lineari-lanceolatis integris erectis, floribus terminalibus ſolitariis. *Suppl. p. 139.*

218. CAMPANULA. 241. *Cor.* campanulata fundo clauſo valvis ſtaminiferis. *Stigm.* 3-fidum. *Capſ.* infera, poris lateralibus dehiſcens.

* *Foliis laevioribus (anguſtioribus.* M.)

cenifia. 1. C. caulibus unifloris, foliis ovatis glabris integerrimis ſubciliatis. *Sp. pl. 1669. Hall. emend. 161.*

uniflora. 2. C. caule unifloro, calyce corollam aequante. *Caulis ſolitarius erectus.*

pulla. 3. C. cauliculis unifloris, fol. caulinis ovatis crenatis, calyc. cernuis. *Jacq. obſ. 30. t. 18. — Fl. auſtr. v. 3. t. 285.* M.

rotundifolia. 4. C. fol. radicalibus reniformibus, caulinis linearibus.

patula. 5. C. fol. ſtrictis: radicalibus lanceolato ovalibus, panicula patula. *Fl dan. t* 373.

Rapunculus. 6. C. fol. undulatis: radicalibus lanceolato ovalibus, panicula coarctata. — *Fl. dan. t. 855.* M.

perſicifolia. 7. C. fol. radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus ſubſerratis ſeſſilibus remotis.

pyramidalis. 8. C. fol. laevibus ſerratis cordatis: caulinis lanceolatis, caulib. junceis ſimplicibus, umbellis ſeſſilibus lateralibus.

americana. 9. C. fol. cordatis lanceolatisque, petiolis ciliatis, flor. ſecundis, coroll. quinquepartitis planis. *Mant.* 337.

lilifolia. 10. C. fol. lanceolatis: caulinis acute ſerratis, flor. paniculatis nutantibus.

rhomboidea. 11. C. fol. rhomboidibus ſerratis, ſpica ſecunda, calycib. dentatis. *β.* Campanula alpini. *Sp. pl. 1669.*

unidentata. 12. C. erecta glabra, fol. lanceolatis acutis utrinque unidentatis, panicula divaricata folioſa. *Suppl. p. 139.*

capillacea. 13. C. herbacea erecta, fol. filiformibus glabris, panicula terminali, floribus alternis. *Suppl. p. 139.*

linea-

linearis. 14. C. herbacea erecta, fol. linearibus integris glabris, floribus cernuis, capſulis hiſpidis. *Suppl. p. 140.*

Lobelioides. 15. C. glaberrima, ramoſiſſima, fol. lanceolatis ſerratis ſeſſilibus, paniculis terminalibus ſecundis, corolla infundibuliformi. *Suppl. p 140.*

carpatica. 16. C. fol. glabris cordatis ſerratis petiolatis, pedunculis elongatis, calyce reflexo glutinoſo, corolla patula. *Suppl. p. 140.* — Campanula carpatica. *Jacq. hort. v. 1. t. 57.* M.

grandiflora. 17. C. fol. ternis oblongis ſerratis, caule unifloro, flore patulo. *Suppl. p. 140.* — Campanula *grandiflora*, caule ſubunifloro, foliis ſublanceolatis ſerratis, corolla patente *Jacq. in Litt. Hort. v.* 3. *t.* 2. *Folia rariſſime ſunt ternata, caulis quandoque biflorus item rarius triflorus. Jacq.* Non poteſt pro varietate praecedentis haberi; nam C. carpaticae caulis adſcendens, grandiflorae erectiſſimus, illius cultura ramoſiſſimus, hujus et ſub illa ſimplex, illius folia perpetuo cordata omnia, hujus plane nulla, ut de radice aliisque nihil proferatur. *Jacq.* M.

aurea. 18. C. capſulis quinquelocularibus, ſtigmatibus quinquefidis, caule paniculato, fol. duplicato-ſerratis. *Suppl. p. 141.*

tenella. 19. C. caulibus diffuſis filiformibus, foliis ovatis ſubunidentatis reflexis, floribus ſolitariis terminalibus. *Suppl. p. 141.*

poroſa. 20. C. fol. lanceolatis laevibus, caule erecto ſurſum punctis poroſo. *Suppl. p. 142.*

undulata. 21. C. fol. lanceolatis dentatis undulatis, floribus ſubſolitariis pedunculatis. *Suppl. p. 142.*

** *Foliis ſcabris (latioribus.* M.)

latifolia. 22. C. fol. ovato-lanceolatis, caule ſimpliciſſimo tereti, flor. ſolitariis pedunculatis, fruct. cernuis. — *Fl. dan. t. 782.* M. Trachelium maius belgarum. *Cluſ. hiſt. 2. p. 172.*

rapunculoides. 23. C. fol. cordato-lanceolatis, caule ramoſo, flor. ſecundis ſparſis, calyc. reflexis.

bononienſis. 24. C. fol. ovato-lanceolatis ſubtus ſcabris ſeſſilibus, caule paniculato. *Mant.* 337. Campanula caule ramoſiſſimo, fol. ovato-lanceolatis ſubtus tomen-

tomentoſis, petiolis multifloris erectis. *Hall. ſer. 689.*

graminifolia. 25. C. fol lineari-ſubulatis, capitulo terminali. *Similis Phyteumae hemiſphaericae, ſed grandior. Radix multis caeſpitibus. Folia anguſtiſſima, graminea, baſi ciliata; caulina ſubamplexicaulia, moxque ſubulata. Caules ſimpliciſſimi, vix foliis longiores. Flores faſciculati in capitulum; Bracteis ovatis apice ſubulatis. Stigma bifidum.*

cinerea. 26. C. erecta tomentoſa, fol. ſubulatis integris erectis approximatis, floribus ſolitariis terminalibus *Suppl. p. 139.*

hiſpidula. 27. C. hiſpida, floribus erectis, calycibus longitudine corollae. *Suppl. p. 142.*

Trachelium. 28. C. caule angulato, fol. petiolatis, calyc. ciliatis, pedunc. trifidis.

glomerata. 29. C. caule angulato ſimplici, flor. ſeſſilibus, capitulo terminali.

Cervicaria. 30. C. hiſpida, flor. ſeſſilibus, capitulo terminali, fol. lanceolato linearibus undulatis. — *Fl. dan. t. 787.* M.

thyrſoidea. 31. C. hiſpida, racemo ovato-oblongo terminali, caule ſimpliciſſimo, fol. lanceolato linearibus. *Jacq. vind 211. obſ. 34. t. 21.* — *Fl. auſtr. v. 5. t. 411.* M.

petraea. 32. C. caul. angulato ſimplici, flor ſeſſilibus capitato-glomeratis, fol. ſubtus tomentoſis. *Pluk. phyt. 152. f. 1*

*** *Capſulis obtectis calycis ſinubus reflexis.*

dichotoma. 33. C. capſ. quinquelocularibus obtectis, caule dichotomo, flor. cernuis.

Medium. 34. C. capſ. quinquelocularibus obtectis, caul. indiviſo, erecto folioſo, flor. erectis.

barbata. 35. C. capſ. quinquelocularibus obtectis, caule ſimpliciſſimo ſubunifolio, fol. lanceolatis, corollis barbatis. Campanula foliis hiſpidis, caule ſubunifloro. *All. pedem. 36. t. 6 f. 2. Variat caule floribus 2-4. Scop. ann. 2. p. 45.*

ſpicata. 36. C. hiſpida, ſpica laxa, flor. alternis, fol. linearibus integerrimis.

alpina. 37. C. caule ſimplici, pedunc. unifloris axillaribus diphyllis. *Sp. plant. 1669.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 118.* M. *Bracteae duae.*

mollis,

mollis. 38. C. capſ. quinquelocularibus obtectis pedunculatis, caul. proſtrato, fol. ſuborbiculatis. Campanula hirſuta, ocymi folio caulem ambiente, flore pendulo. *Bocc. ſic.* 83. Viola mariana minor coerulea, folio ſubrotundo, calyce corniculato. *Barr. ic.* 759. β Campanula dichotoma. *Sp. pl.* 237.

ſaxatilis. 39. C. capſ. quinquecarinatis obtectis, flor. alternis nutantibus, fol. obovatis crenatis.

ſibirica. 40. C. capſ. trilocularibus obtectis, caule paniculato. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 154. *t.* 29. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 200. M. *Pedunculi ſaepius triflori.*

tridentata. 41. C. capſ. quinqueloculari obtecta, caule unifloro, fol. radicalibus tridentatis. *Mant.* 44.

laciniata. 42. C. capſ. obtectis pedunculatis, fol. ſerratis: radicalibus lyratis: caulinis lanceolatis.

ſtricta. 43. C. capſ. obtectis, fol. hirtis, caulinis lanceolatis ſerratis, caul. ſimpliciſſimo, flor. ſeſſilibus.

canarienſis. 44. C. capſ. quinquelocularibus, fol. oppoſitis haſtatis dentatis petiolatis. *Radix tuberoſo-fuſiformis. Caulis ſolitarius, erectus, teres, laevis, tripedalis articulis incraſſatis. Rami terni: ſuperioribus longioribus, apice dichotomis. Folia petiolata, haſtata, denticulata, laevia, venoſa: Caulina terna; Ramea oppoſita. Flores e dichotomia ramorum ſuperiorum, ſolitarii, pedunculati, cernui. Calyx germine hexagono, coronato foliolis lanceolatis, recurvatis, laevibus. Corolla campanulata, foliis major, rufa Fritillariae imperialis. Nectarium valvulis diſtantibus. Filamenta patentia. Antherae apice pendulae. Stylus clavatus, ſtaminibus longior. Stigma fiſſum. Plerumque numerus ſenarius in germine, calyce, corolla, ſtaminibus, nectario, ſtigmate, rarius quinarius, obtinet.*

fruticoſa. 45. C. capſ. columnaribus quinquelocularibus; caule fruticoſo, fol. lineari-ſubulatis, pedunc. longiſſimis.

Speculum. 46. C. caule ramoſiſſimo diffuſo, fol. oblongis ſubcrenatis, flor. ſolitariis, capſ. priſmaticis.

hybrida. 47. C. caule baſi ſubramoſo ſtricto, fol. oblongis crenatis, calyc. aggregatis corolla longioribus, capſ. priſmaticis.

O *limo-*

limoniſolia. 48. C. ramis patentibus indiviſis, fol. radicalibus ellipticis laevibus integerrimis, flor. ſeſſilibus ternis.

Pentagonia. 49. C. caule ſubdiviſo ramoſiſſimo, fol. linearibus acuminatis. *Flores nobis ſaepius mutili.*

perſoliata. 50. C. caule ſimplici, fol. cordatis dentatis amplexicaulibus, flor. ſeſſilibus aggregatis.

capenſis. 51. C. fol. lanceolatis dentatis hiſpidis, pedunc. longiſſimis, capſ. ſtrigoſis.

Elatines. 52. C. fol. cordatis dentatis pubeſcentibus petiolatis, caul. proſtratis, pedunc. capillaribus multifloris.

hederacea. 53. C. fol. cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo.

erinoides. 54. C. caul. diffuſis, fol. lanceolatis ſubſerratis decurrentibus linea ſcabra, flor. pedunculatis ſolitariis. *Mant. 44.*

heterophylla. 55. C. fol. ſubovatis glabris integerrimis, caulibus diffuſis. *Folia obovata, integerrima, pubeſcentia, apice undulata. Caulis ramoſus alterne. Flores penduli, coeruleſcentes.*

Erinus. 56. C. caul. dichotomo, fol. ſeſſilibus: ſuperioribus oppoſitis tridentatis. *Ramificatio oppoſita. Corolla regularis, calyce minor. Stigma trifidum; omnia Campanulae.*

**** ——

ſeſſiliflora. 57. C. proſtrata, fol. lineari-ſubulatis integris, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus. *Suppl. p. 139.*

faſciculata. 58. C. fruticoſa erecta, fol. ovatis ſubunidentatis recurvis, flor. glomeratis terminalibus. *Suppl. p. 139.*

paniculata. 59. C. herbacea, caule paniculato, ramis divaricatis, fol. lanceolatis integris, flor. terminalibus ſolitariis. *Suppl. p. 139.*

adpreſſa. 60. C. herbacea erecta, fol. lanceolatis dentatis recurvis baſi ciliatis adpreſſis, panicula decompoſita. *Suppl. p. 140.*

verticillata. 61. C. foliis floribusque verticillatis. *Suppl. p. 141.*

pro-

**** *Junctim ſub hoc ſigno Campanulas novas enumero, quae rite collocari nequeunt, quoniam niſce notae ſubdiviſionum in deſcriptionibus non adjectae.* M.

procumbens. 62. C. caule dichotomo diffuſo, fol. ovatis crenatis obtuſis, flor. ſolitariis erectis. *Suppl. p. 141.*

triphylla. 63. C. fol. ternis linearibus, floribus verticillato-ternis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

tetraphylla. 64. C. fol. quaternis oblongis ſerratis. *Thunb. l. c.* M.

glauca. 65. C. fol. ſeſſilibus ovatis ſerratis ſubtus glaucis, caule angulato paniculato, pedunculis unifloris. *Thunb. l. c.* M.

marginata. 66. C. fol. lanceolatis undulatis ſerratis marginatis, ramis debilibus, flor. terminalibus ſolitariis. *Thunb. l. c.* M.

219. ROELLA. 241. *Cor.* infundibulif. fundo clauſo ſtaminiferis valvulis. *Stigma* 2-fidum. *Capſ.* 2-locularis, cylindrica, infera.

ciliata. 1. R. foliis ciliatis: mucrone recto. *Berg. cap. 41.*

reticulata. 2. R. fol ciliatis: mucrone reflexo. *Folia Gorteriae ciliaris.*

ſquarroſa. 3. R. herbacea diffuſa, fol. ovatis recurvatis dentatis, floribus terminalibus aggregatis. *Suppl. p. 143.*

muſcoſa. 4. R. herbacea diffuſa, fol. ovatis dentatis reflexis, flor. terminalibus ſolitariis. *Suppl. p. 143.*

ſpicata. 5. R. fruticoſa erecta, fol lanceolatis integris ciliatis, flor. terminalibus ſubſpicatis. *Suppl. p. 143.*

220. PHYTEUMA. 241. *Cor.* rotata laciniis linearibus, 5-partita. *Stigma.* 2-ſ. 3-fidum. *Capſ.* 2-ſ. 3-locularis, infera.

pauciflora. 1. P. capitulo ſubfolioſo, foliis omnibus lanceolatis. *Capſ. 2. ſ. 3-locularis. Stylus ſaepius bifidus. Bracteae cordatae. Folia crenata.*

hemiſphaerica. 2. P. capitulo ſubrotundo, fol. linearibus ſubintegerrimis. *Stylus trifidus.*

comoſa. 3. P. faſciculo terminali ſeſſili, fol. dentatis: radicalibus cordatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 50.* M. *Barr. ic. 889. Scop. ann. 2. p. 48.*

orbicularis. 4. P. capit. ſubrotundo, fol. ſerratis: radicalibus cordatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 437* M. 2.

ſpicata. 5. P. ſpica oblonga, capſ. bilocularibus, fol. radicalibus cordatis. *Fl. dan. t. 362.*

pinnata. 6. P. flor. ſparſis, fol. pinnatis.

221. TRACHELIUM. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* globoſum. *Capſ.* trilocularis, infera.
243.

diffuſum. 1. T. ramoſiſſimum, diffuſum, ramis divaricatis. *Suppl. p. 143.*

tenuifolium. 2. T. erectiuſculum, fol. linearibus ciliatis hiſpidis. *Suppl. p. 143.*

coeruleum. 3. T. ramoſum, erectum, fol. ovatis ſerratis planis *Suppl. p. 143.* Trachelium coeruleum. *Syſt. ed. 13. p. 17.*

222. SAMOLUS. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina* munita ſquamulis corollae. *Capſ.* 1-locularis, infera.
243.

Valerandi. 1. SAMOLUS. *Fl. dan. t. 198.*

223. NAUCLEA. *Cor.* infundibuliformis. *Sem.* 1, inferum, biloculare. *Receptac. commune* globoſum.
243.

orientalis. 1. NAUCLEA.

224. RONDELETIA. *Cor.* infundibuliformis. *Capſula* 2-locularis, infera, polyſperma, ſubrotunda, coronata.
243.

americana. 1. R. foliis ſeſſilibus, panicula dichotoma.

aſiatica. 2. R. fol. petiolatis oblongis acutis.

obovata. 3. R. fol. petiolatis ſubovatis obtuſis. *Sp. pl. 1671.* — Rondeletia odorata. *Jacq. amer. pict. p. 34. t. 61.* M.

trifoliata. 4. R. fol. ternis. *Sp. pl. 1671.* — *Jacq. amer. pict. p. 34. t. 62.* M.

225. MACROCNEMUM. *Cor.* campanulata. *Capſ.* infera, 2-locularis. *Sem.* imbricata.
244.

jamaicenſe. 1. MACROCNEMUM.

226.

226. BELLONIA. *Cor.* rotata. *Capſ.* 1-locularis, infera, polyſperma, calyce roſtrata.
244.

aſpera. 1. BELLONIA.

227. PORTLANDIA. *Cor.* clavato-infundibuliformis. *Antherae* longitudinales. *Capſ.* pentagona, retuſa, bilocularis, polyſperma, coronata calyce 5-phyllo.
244.

tetrandra. 1. P. floribus tetrandris, fol. oblongis obtuſis, ſtipulis latis. *Suppl. p.* 143.

grandiflora. 2. P. flor. pentandris. — *Jacq. amer. pict. p.* 35. *t.* 64. M.

hexandra. 3. P. flor. hexandris. *Mant.* 45. *Jacq. amer. pict. p.* 35. *t.* 65. M.

1294. SCÆVOLA. *Cor.* monopetala: tubo longitudinaliter fiſſo. Limbo 5-fido laterali. *Drupa* infera, 1-ſperma. *Nucleus* bilocularis.

Lobelia. 1. SCAEVOLA. — *Jacq. amer. pict. p.* 36. *t.* 199. M. Lobelia Plumieri. *Sp. plant.* 1317. Bugloſſum littoreum. *Rumph. amb.* 4. *p.* 116. *t.* 54. *Planta non lacteſcit Jacq.*

228. CINCHONA. *Cor.* infundibulif. apice lanata. *Capſ.* infera, 2-locularis, diſſepimento parallelo. — *Sem.* imbricata. *Jacq.* M.
244.

officinalis. 1. C. foliis ellipticis ſubtus pubeſcentibus, corollae limbo lanato. *Suppl. p.* 144. Cinchona officinalis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 178. *Condam act. pariſ.* 1738. — *Comm. noric.* 1744. *p.* 217. *t.* 1. *f.* 3. M. *Folia oppoſita, petiolata, integerrima, ſubtus tomentoſa. Flores paniculati, pedicellati. Cal. monophyllus, minimus, campanulatus, obſoletiſſime* 5 *dentatus. Cor. infundibuliformis, extus tomentoſa: Tubus cylindricus, calyce multoties longior; Limbus tubo brevior,* 5 *partitus: laciniis ovato-oblon-*

 gis,

gis, patentibus, apice intus margineque lanatus. Filamenta 5, ſetacea, e medio tubi. Antherae oblongae, ſupra baſin exteriorem affixae in fauce corollae. Capſula bipartibilis, dehiscens in duas partes diſſepimento parallelo latere interiore. Miſit D. Mutis. Ordine natur. Contortis *accedit.*

caribaea. 2. C. pedunculis unifloris. *Jacq. amer.* 16. — *Ejusd. Obſervat. bot. P. 2. p. 27. Amer. pict. p. 35. t. 63. Dubitavit b. Linn. Syſt. ed. 13. p. 178. an haec ad idem genus pertineret: favet vero ipſa deſcriptio generis in Syſt. ſuppeditata. Jacq.* M.

corymbifera. 3. C. fol oblongo-lanceolatis, corymbis axillaribus *Suppl. p. 144.* Conf. *Forſter in act. upſ. n. v. 3. p. 176. Corticis ſapor amariſſimus, ſubadſtringens, ſimillimus eo cortici peruviano.*

229. PSYCHOTRIA. *Cal.* 5-dentatus, coronans. *Cor.* 245. tubuloſa. *Bacca* globoſa. *Sem.* 2, hemiſphaerica, ſulcata.

aſiatica. 1. P. ſtipulis emarginatis, foliis lanceolato-ovatis. Pſychotria carthaginenſis fruteſcens. fol. obovatis. *Jacq. amer. 65. t. 174. f. 22. — Ed. 2. pict. p. 37. t. 260. f. 19.* M.

ſerpens. 2. P. caule ſubherbaceo repente, fol. ovatis utrinque acutis. *Mant. 204. Multum ſimilis Pſ. herbaceae, diſtincta tamen.*

herbacea. 3. P. caule herbaceo repente, fol. cordatis petiolatis. *Jacq. amer. 66. t. 46. — Ed. 2. pict. p. 37. t. 67.* M.

emetica. 4. P. herbacea procumbens, fol. lanceolatis glabris, ſtipulis extrafoliaceis ſubulatis, capitulis axillaribus pedunculatis paucifloris. *Suppl. p. 144.* Ipecacuanha *Piſ. braſil. p. 101.? Margr. braſ. p. 17.? — Ex teſtimonio empirici cujusdem autoptae, cl^mo Mutis dato, haec vera ſtirps eſt, cui radicem Ipecacuanhae venalem debemus.*

230. COFFEA. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina* ſupra tubum. *Bacca* infera, diſperma. *Sem.* arillata.
246.

arabica. 1. C. floribus quinquefidis diſpermis. *Folia ſubtus in alis nervorum coſtalium puncto ſecretorio inſtruuntur.*

occidentalis. 2. C. flor. quadrifidis, baccis monoſpermis. *Jacq. amer.* 67. *t.* 47. — *Ed.* 2. *pict. p.* 37. *t.* 68. M.

231. CHIOCOCCA. *Cor.* infundibuliformis, aequalis. *Bacca* 1-locularis, 2-ſperma, infera.
246.

paniculata. 1. C. erecta, foliis ovatis, floribus terminalibus paniculatis, dentibus ſtipularibus binis. *Suppl. p.* 145.

racemoſa. 2. C. ſcandens, fol. lato-lanceolatis, flor. lateralibus paniculato racemoſis, dente ſtipulari unico *Suppl. p.* 145. Chiococca *racemoſa*, foliis oppoſitis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 179. *Jacq. amer. pict. p.* 38. *t.* 69. M. *β.* Chiococca ſcandens ſarmentis tenuiſſimis et fere indiviſis. *Brown. jam.* 164. (*Obſ.* Chiococca alternifolia *an Ceſtri ſpecies?*).

232. HAMELLIA. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 5-locularis, infera, polyſperma.
246.

patens. 1. H. racemis patentibus. *Jacq. amer.* 71. *t.* 50. — *Ed.* 2. *pict. p.* 39. *t.* 72. M. *An una vel plures ſpecies?*

233. LONICERA. *Cor.* monopetala, irregularis. *Bacca* polyſperma, 2-locularis, infera.
246.

* Periclymena, *caule volubili.*

Caprifolium. 1. L. floribus verticillatis terminalibus ſeſſilibus, fol. ſummis connato-perfoliatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 357. M.

ſempervirens. 2. L. verticillis aphyllis terminalibus, fol. ſummis connato-perfoliatis. *Flores fere regulares.*

dioica. 3. L. verticillis aphyllis terminalibus, fol. omnibus connato-perfoliatis.

Periclymenum. 4. L. capitulis ovatis imbricatis terminalibus, fol. omnibus diſtinctis.

iaponica. 5. L. flor. binis terminalibus ſeſſilibus, fol omnibus diſtinctis, caule volubili. *Thunb. japon. mſpt.* M.

media. 6. L. capitulis verticillatis aphyllis terminalibus, corolla brevi gibbo baſeos didymo, fol ſummis connato-perfoliatis. *Murr. in comm. gott. 1776. p. 28. t. 3. Caulis et infloreſcentia, qualis in Periclymenis, corolla autem brevis tubo gibboſo, ut in Chamaeceraſis.* M.

** Chamaeceraſa, *pedunculis bifloris.*

nigra. 7. L. pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, fol. ellipticis integerrimis. — *Jacq. Fl. auſtr. n. 4 t. 314.* M. *Folia juniora hirſuta, integerrima, ſubplicata, unde quaſi ſerrata. Stipulae ovato lanceolatae. Bracteae ſquamis 2 aridis et foliolis 3 transverſis latis. Calyx latiuſculus. Corolla purpuraſcens. Semina 5. Haller. emend. 135.*

tatarica. 8. L. pedunc. bifloris, bacc. diſtinctis, fol. cordatis obtuſis. *Flores purpureſcenti albi.* — *Jacq. Miſc. v. 3. t.* M.

Xyloſteum. 9. L. pedunc. bifloris, bacc. diſtinctis, fol. integerrimis pubeſcentibus. *Fl. dan. t. 808.* M. *Flores exalbidi.*

pyrenaica. 10. L. pedunc. bifloris, bacc. diſtinctis, fol. oblongis glabris.

alpigena. 11. L. pedunc. bifloris, bacc. coadunatis didymis, fol. ovali lanceolatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 274.* M. *Folia glabra. Corollae non calcaratae, luteae, inaequales. Calycis laciniae 2 ſuperiores vix diſtinctae. Bacca tota diſperma.*

coerulea. 12. L. pedunc. bifloris, bacc. coadunatis globoſis, ſtylis indiviſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 17.* M. *Cortex flaviſſimus. Semina ſaepe 10. Flores flavi.*

*** *Caule erecto, pedunculis multifloris.*

Symphoricarpos. 13. L. capitulis lateralibus pedunculatis, fol. petiolatis.

bubalina. 14. L. capitul. terminalibus pedunculatis, fol. oblongis integerrimis glabris. *Suppl. p. 146.*

Dier-

Diervilla. 15. L. racemis terminalibus, fol. ſerratis.
corymboſa. 16. L. corymbis terminalibus, fol. ovatis acutis.

234. TRIOSTEUM. *Cor.* monopetala, ſubaequalis. *Cal.* 250. longitudine corollae. *Bacca* 3-locularis, monoſperma, infera.

perfoliatum. 1. T. floribus verticillatis ſeſſilibus. *Folia perfoliata.*
anguſtifolium. 2. T. flor. oppoſitis pedunculatis.

235. MORINDA. *Flores* aggregati, monopetali. *Stigma* 250. 2-fidum. *Drupae* aggregatae.

umbellata. 1. M. erecta, foliis lanceolato-ovatis, pedunculis confertis.
citrifolia. 2. M. arborea, pedunc. ſolitariis.
Royoc. 3. M. procumbens. — *Jacq. Hort. v. 1. t. 16.* M.

236. CONOCARPUS. *Cor.* 5-petala aut nulla. — *Cal.* 250. campanulatus M. *Semina* nuda, ſolitaria, infera. (*Flores* aggregati.) — *Vncis includo haec, quum non quadrent in C. racemoſam.* M.

erecta. 1. C. erecta, foliis lanceolatis. *Jacq. amer.* 78. *t.* 52. *f.* 1. — *Ed.* 2. *pict. p.* 42. *t.* 78. M. Conocarpus Manghana arbor curaſſavica, foliis ſalignis. *Cateſb. car.* 2. *p.* 33. *t.* 33.
procumbens. 2. C. procumbens, fol. obovatis. *Jacq. amer.* 79. *t.* 52. *f.* 2. — *Ed.* 2. *pict. p.* 42. *t.* 260. *f.* 22. *quoad fol.* M. *An varietas C. erectae?*
racemoſa. 3. C. fol. lanceolato-ovatis obtuſiuſculis, fructibus ſegregatis. Conocarpus floribus completis remotis. *Jacq. amer.* 80. *t.* 53. — *Ed.* 2 *pict. p.* 42. *t.* 79. M. *Huic Petala* 5, *ſubrotunda; in prioribus nulla. Stamina huic* 10. Cfr. *Suppl. p.* 146.

237. KUHNIA. *Flos* compoſitus, floſculoſus. *Sem.* ſolitaria: pappo plumoſo. *Receptac.* 1662. nudum.

eupatorioides. 1. KUHNIA. *Linn. jun. dec.* 21. *t.* 11. Eupatorium *alternifolium*, foliis alternis, calycibus multi-

multifloris, pappo plumoſo. *Ard. ſpec. 2. p. 40. t. 20. Differt ab omnibus floribus compoſitis Antheris ſeparatis, etiam ab Eupatorio foliis alternis.*

238. ERITHALIS. *Cor.* 5-partita: laciniis recurvis. 251. *Cal.* urceolatus. *Bacca* 10-locularis, infera.

fruticoſa. 1. ERITHALIS. Erithalis *odorifera*, arborea erecta. *Jacq. amer. 72. t. 173. f. 23.* — E. *fruticoſa. Jacq. amer. pict. p. 39. t. 260. f. 20. quoad florem et fructum.* M. Sambucus ligno duro odoratiſſimo ſ. Santalum racemoſum, foliis obtuſis. *Plum. ic. t. 249. f. 2. Arbor Foliis oppoſitis; Corymbis compoſitis.*

239. MENAIS. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* 3-phyllus. *Bacca* 4-locularis. *Sem.* ſolitaria. 251.

topiaria. 1. MENAIS.

241. MUSSAENDA. *Cor.* infundibulif. *Stigm.* 2, craſſiuſcula. *Bacca* oblonga, infera. *Sem.* 4-fariam diſpoſita. 251.

frondoſa. 1. M. panicula foliis coloratis. *Mant. 338. (ubi male* M. formoſa *dicta.)*

ſpinoſa. 2. M. ſpinoſa, flor. ſeſſilibus aggregatis. *Mant. 45.* — *Jacq. amer. pict. p. 39. t. 71.* M. *Spinae quaternae.*

1231. MATTHIOLA. *Cor.* tubuloſa, ſupera, indiviſa. 1161. *Calyx* integer. *Drupa* nucleo globoſo.

ſcabra. 1. MATTHIOLA. *Arbuſcula viſa ſolo Plumiero, dum occurrat, attente deſcribenda, imprimis quoad characterem etiamnum dubium.*

242. MIRABILIS. *Cor.* infundibul. ſupera. *Cal.* inferus. *Nectarium* globoſum, germen includens. 252.

dichotoma. 1. M. floribus ſolitariis axillaribus erectis ſeſſilibus.

Jalapa. 2. M. flor. congeſtis terminalibus erectis.

longi-

longiflora. 3. M. flor. congeſtis longiſſimis ſubnutantibus terminalibus, fol. ſubvilloſis. (1756 *lege* 1755).

243. CORIS. *Cor.* monopetala, irregularis. *Cal.* ſpinoſus. *Capſ.* 5-valvis, ſupera.
252.

Monſpelienſis. 1. Coris.

1229. BROSSAEA. *Cor.* truncata. *Cal.* carnoſus. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma.
1661.

coccinea. 1. Brossaea. *Planta obſcura, et charactere dubia, praeter ea, quae habet Plumier. Statura Codio nonnihil ſimilis videtur.*

245 VERBASCUM. *Cor.* rotata, ſubinaequalis. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis.
253.

Thapſus. 1. V. foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici. — *Fl. dan. t.* 361. M.

Thapſoides. 2. V. fol. decurrentibus, caul. ramoſo. *An hybrida V. Thapſi?*

Boerhaavii. 3. V. fol. ſublyratis. flor. ſeſſilibus. *Mant.* 45. *An Till. piſ. t.* 50.?

phlomoides. 4. V. fol. ovatis utrinque tomentoſis: inferioribus petiolatis.

Lychnitis. 5. V. fol. cuneiformi-oblongis. *Fl. dan. t.* 586.

nigrum. 6. V. fol. cordato-oblongis petiolatis.

phoeniceum. 7. V. fol. ovatis nudis crenatis radicalibus, caule ſubnudo racemoſo. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 125. M. *Folia Radicalia ovata, ſubſeſſilia, nuda, laevia, rugoſa, vix crenata. Caulis erectus, ſimplex, bipedalis. Rami ex alis infimis, erecti, ſimplices, longitudine caulis; omnes angulati, ſubpubeſcentes pilis apice viſcidis. Folia caulina cordata, ſeſſilia, glabra, rugoſo-venoſa. Racemus omnium terminalis, ſimplex, pedalis. Pedunculi ſimplices, ſolitarii, uniflori. Calyx 5 partitus: foliolis inferioribus fere minoribus. Corolla rotata, ſaturate purpurea. Filamenta purpurea, barbata: horum ſuperiora 3. barba alba. Antherae reniformes, compreſſae, nigricantes polline fulvo. Piſtillum purpureum, deflexum.*

Blattaria. 8. V. fol. amplexicaulibus oblongis glabris, pedunc. ſolitariis.

ſinua-

ſinuatum. 9. V. fol. radicalibus pinnatifido-repandis tomentoſis: caulinis amplexicaulibus nudiuſculis; rameis primis oppoſitis.

Osbeckii. 10. V. fol. inciſis nudis, caule folioſo, calyc. lanatis, pedunc. bifloris.

ſpinoſum. 11. V. caule folioſo ſpinoſo feuteſcente.

myconi. 12. V. fol. lanatis radicalibus, ſcopo nudo. *Trew. Ehret. 26. t. 57. Mill. ic. t. 277.*

246. DATURA. 255. *Cor.* infundib. plicata. *Cal* tubuloſus, angulatus, deciduus. *Capſ.* 4-valvis.

ferox. 1. D. pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis: ſpinis ſummis maximis convergentibus.

Stramonium. 2. D. pericarp. ſpinoſis erectis ovatis, fol. ovatis glabris. *Fl. dan. t. 436.*

Tatula. 3. D. pericarp. ſpinoſis erectis ovatis: fol. cordatis glabris dentatis.

faſtuoſa. 4. D. pericarp. tuberculatis nutantibus globoſis, fol. ovatis angulatis. *Rumph. amb. 5. t. 243. f. 2. Caulis ruſus punctis ſ. lineolis albis.*

Metel. 5. D. pericarp. ſpinoſis nutantibus globoſis, fol. cordatis ſubintegris pubeſcentibus. *Calyx non angulatus, ſed teres, ſubtumidus, peniformis.*

arborea. 6. D. pericarp. glabris inermibus nutantibus: caule arboreo.

laevis. 7. D. pericarp. ovatis glabris inermibus erectis, caule herbaceo. *Suppl. p. 146.* Datura inermis. *Jacq. hort. v. 3. t. 82.*

247. HYOSCYAMUS. 257. *Cor.* inſundibul. obtuſa. *Stam.* inclinata. *Capſ.* operculata, 2-locularis.

niger. 1. H. foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus.

albus. 2. H. fol. petiolatis ſinuatis obtuſis, flor. ſeſſilibus.

[redacted] 3. H fol. petiolatis dentatis acutis, flor. pedunculatis, fructib. pendulis. *Stamina purpurea.*

muticus. 4. H. fol. petiolatis ovatis acutangulis, cal. muticis, bracteis indiviſis. *Mant. 45.*

puſillus. 5. H. fol. lanceolatis dentatis: floralibus inferioribus binis, calyc. ſpinoſis. *Mant. 339. Murr. Fl. gott. 144.*

phyſa-

phyſaloides. 6. H. fol. ovatis integerrimis, calyc. inflatis ſubgloboſis. *Amoen. acad.* 7. *t.* 6. *f.* 1. *Deſcriptio Pulmonariae hirtae. Sp. pl.* 1667. *hujus eſt.*

Scopolia. 7. H. fol. ovatis integris, cal inflatis campanulatis laevibus. *Mant.* 46. 339. Solanum ſomniferum bacciferum. *Bauh. pin.* 166. Solanum ſomniferum alterum. *Cam. epit.* 816. *Syſt. nat.* 3. *p.* 235.

reticulatus.

248. NICOTIANA. *Cor.* infundibul. limbo plicato. *Stam.* inclinata. *Capſ.* 2-valvis 2-locularis.
258.

Tabacum. 1. N. foliis lanceolato-ovatis ſeſſilibus decurrentibus, floribus acutis.

fruticoſa. 2. N. fol. lanceolatis ſubpetiolatis amplexicaulibus, flor. acutis, caule fruteſcente.

ruſtica. 3. N. fol. petiolatis ovatis integerrimis, flor. obtuſis.

paniculata. 4. N. fol. petiolatis cordatis integerrimis, flor. paniculatis obtuſis clavatis.

urens. 5. N. fol. cordatis crenatis, racemis recurvatis, caule hiſpido pruriginoſo.

glutinoſa. 6. N. fol. petiolatis cordatis integerrimis, flor. racemoſis ſecundis ſubringentibus.

puſilla. 7. N. fol. oblongo-ovalibus radicalibus, flor. racemoſis acutis.

249. ATROPA. *Cor.* campanulata. *Stam.* diſtantia. *Bacca* globoſa, 2-locularis.
259.

Mandragora. 1. A. acaulis, ſcapis unifloris.

Belladonna. 2. A. caule herbaceo, fol. ovatis integris. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 309. *Fl. dan. t.* 758. M.

phyſaloides. 3. A. caule herbaceo, fol. ſinuato-angulatis, calyc. clauſis acutangulis. Alkekengi calyc. profunde diviſo, fructu ſicco. *Act. petrop.* 1761. *p.* 319. *Mant.* 339.

ſolanacea. 4. A. caule fruticoſo, pedunc. ſolitariis, coroll. campanulatis, fol. ſubovatis. *Mant.* 205. Solanum guineenſe. *Sp. plant.* 363. Solanum lignoſum africanum ſempervirens, laurinis foliis. *Comm. hort.* 2. *p.* 191. *t.* 96.

arbo-

arboreſcens. 5. A. caule fruteſcente, pedunc. confertis, corollis revolutis, fol. oblongis.

fruteſcens. 6. A. caule fruticoſo, pedunc. confertis, fol. cordato-ovatis obtuſis.

250. PHYSALIS. *Cor.* rotata. *Stam.* conniventia. *Bacca* intra calycem inflatum, bilocularis.
261.

* *Perennes.*

ſomnifera. 1. P. caule fruticoſo, ramis rectis, floribus confertis.

flexuoſa. 2. P. caule fruticoſo, ramis flexuoſis, flor. confertis.

arboreſcens. 3. P. caule fruticoſo, fol. ovatis piloſis, flor. ſolitariis, corollis revolutis.

curaſſavica. 4. P. caule fruticoſo, fol. ovatis tomentoſis.

viſcoſa. 5. P. fol. geminis repandis obtuſis ſubtomentoſis, caule herbaceo ſuperne paniculato. *Jacq. hort.* v. 2. *t.* 136. M.

penſylvanica. 6. P. fol. ovatis ſubrepandis obtuſis nudiuſculis, flor. geminis, caule herbaceo. *Sp. p.* 1670.

Alkekengi. 7. P. fol. geminis integris acutis, caule herbaceo inferne ſubramoſo.

peruviana. 8. P. pubeſcens, fol. cordatis integerrimis. *Sp. pl.* 1670. *Caulis in hybernaculis perennat.*

** *Annuae.*

angulata. 9. P. ramoſiſſima, ramis angulatis glabris, fol. ovatis dentatis.

pubeſcens. 10. P. ramoſiſſima, fol. villoſo-viſcoſis, flor. pendulis. *Baccae globoſae, calycem replentes.*

minima. 11. P. ramoſiſſima, pedunc. fructiferis folio villoſo longioribus. *Planta parva, patens, pilis oblongis ad ramorum alas.*

pruinoſa. 12. P. ramoſiſſima, fol. ſubvilloſis, pedunc. ſtrictis. Alkekengi barbadenſe nanum, alliariae folio. *Dill. elth.* 10. *t.* 9. *f.* 9. (*nec t.* 12. *f.* 12). *Calycis baſi plana. Baccae ſubturbinatae.*

barbadenſis. 13. P. ramoſiſſima fol. cordatis villoſis, calycibus fructeſcentibus pendulis, ovatis acutis pentagonis fructu maioribus. *Jacq. in Litt. Miſcell. v.* 2. *p.* 359. *Icon. rar.* M.

251.

251. SOLANUM. *Cor.* rotata. *Antherae* ſubcoalitae,
263. apice poro gemino dehiſcentes *Bacca* 2-locularis.

* *Inermia.*

laurifolium. 1. S. caule inermi arboreo, foliis petiolatis ovato-oblongis ſubtus tomentoſis, panicula terminali dichotoma divaricata. *Suppl. p. 148.*

verbaſcifolium. 2. S. caule inermi fruticoſo, foliis ovatis tomentoſis integerrimis, umbellis compoſitis. *Jacq. hort. v. 1. t. 13.*

Pſeudo-Capſicum. 3. S. caule inermi fruticoſo, fol. lanceolatis repandis, umbell. ſeſſilibus.

diphyllum. 4. S. caule inermi fruticoſo, fol. geminis: altero minore, flor. cymoſis.

Dulcamara. 5. S. caule inermi fruteſcente flexuoſo, fol. ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. — *Fl. dan. 607.* M.

quercifolium. 6. S. caule inermi ſubherbaceo angulato flexuoſo ſcabro. fol. pinnatifidis, racemis cymoſis. *Soror Dulcamarae.*

radicans. 7. S. caule inermi herbaceo laevi teretiuſculo proſtrato radicante, fol. pinnatifidis, racemis cymoſis.

havanenſe. 8. S. caule inermi fruteſcente, fol. lanceolatis nitidis integerrimis, pedunc. ſubbifloris. *Mant. 47. Jacq. amer. pict. p. 29. t. 48.* M.

triſte. 9. S. caule inermi fruteſcente, fol. lanceolato-oblongis ſubrepandis glabris, racemis ſubcymoſis. *Jacq. amer. pict. p. 30. t.* 49. M.

racemoſum. 10. S. caule inermi fruteſcente, fol. lanceolatis repandis undulatis, racem. longis erectis. *Mant. 47.* — *Jacq. amer. pict. p. 3. t. 50.* M.

bonarienſe. 11. S. caule ſubinermi fruticoſo, fol. ovato oblongis ſinuato-repandis ſcabris. *Mant. 205.* Solanum bonarienſe arboreſcens, papas floribus. *Dill. elth. 364. t. 270. f. 351. Frutex orgyalis et ultra.*

macrocarpon. 12. S. caule inermi ſuffruticoſo, fol. cuneatis repandis glabris *Mant. 205.* Solanum caule inermi ſuffruticoſo, fol. oblongo-ovatis ſinuatis glabris. *Mill. ic. 294.* Solanum arboreſcens, anguloſo hirſuto folio, fructu luteo maximo. *Fewill.*

Feuill. peruv. 3. p. 61. t. 46. Solanum arboreſcens, foliis angulatis, fructu aureo. *Plum. ſpec. 4. icon. 224. f. 2.*

tuberoſum. 13. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis integerrimis, pedunc. ſubdiviſis.

pimpinelli-folium. 14. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis integerrimis, racem ſimplicibus.

Lycoperſi-cum. 15. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis inciſis, racem. ſimplicibus. *Syſt. ed. 13. p. 187.* — *Rectius determinatur ſic:* Solanum *Lycoperſicum*, caule inermi herbaceo, foliis pinnatis inciſis, racemis bipartitis aphyllis, fructibus glabris. *Jacq. in Litt. Fructus toroſus, major.* M.

Pſeudo-Ly-coperſicum. 16. S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis inciſis racemis ſimplicibus, fruct. ſubvilloſis *Jacq. in Litt. Hort. vol. I. t. 11. Fructus globoſus minor, vix ſulcatus.* M.

peruvia-num. 17. S. caule inermi herbaceo, fol pinnatis inciſis tomentoſis, racem. bipartitis foliolis, bacci piloſis.

montanum. 18. S. caule inermi herbaceo, fol. ſubcordatis repandis.

rubrum. 19. S. caule inermi ſubperennante, fol. geminis ovatis integerrimis, pedunc. ſubumbellatis.

nigrum. 20. S. caule inermi herbaceo, fol. ovatis dentato-angulatis, racemis diſtichis nutantibus. *Fl. dan. t. 460.*

ſcandens. 21. S. caule inermi volubili, fol. cordatis ovatis dependentibus ſubtus molliſſimis, paniculis terminalibus. *Suppl. p. 147.*

quadrangu-lare. 22. S. caule inermi herbaceo tetragono ſcabro, fol. rhombeis dentatis integriſque. *Suppl. p. 147.*

aethiopi-cum. 23. S. caule inermi herbaceo, fol ovatis repando-angulatis, pedunc. fertilibus unifloris cernuis. *Pluk. phyt. 226. f. 4.* — *Jacq. hort. vol. I. t. 12* M.

Melongena. 24. S. caule inermi herbaceo, fol. ovatis tomentoſis, pedunc. pendulis incraſſatis, calyc. inermibus. Solanum pomiferum, fructu oblongo. *Bauh. pin. 167. Pluk. phyt. 226. f. 2.*

lyratum. 25. S. caule inermi herbaceo erecto, fol. lyrato-haſtatis tomentoſis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

** *Aculeata.*

inſanum. 26. S. caule aculeato herbaceo, fol. ovatis tomentoſis, pedunc. pendulis incraſſatis, calyc. aculeatis.

leatis. Trongum hortenſe *Rumph. amb. 5. p. 238. t. 85. Pluk phyt. t 226 f. 3 Valde affinis S. Melongenae, (excluſo Fl. Zeyl. ſynonymo).*

ferox. 27. S. caule aculeato herbaceo, fol. cordatis angulatis tomentoſis aculeatis, baccis hirtis calyce obtectis.

campechienſe. 28. S. caule aculeato hirto, fol. cordato-oblongis quinquelobis: ſinubus obtuſis elevatis. *Mant. 340.* Solanum fuſcatum *Sp. pl. 368. n. 23. Varietas hujus eſt.*

mammoſum. 29. S. caule aculeato herbaceo, fol. cordatis angulato-lobatis: utrinque villoſis aculeatis.

paniculatum. 30. S. caule petiolisque aculeatis, fol. ſinuato-angulatis ſupra glabris, flor. paniculatis.

virginianum. 31. S. caule aculeato angulato, fol. pinnatifidis undique aculeatis: laciniis ſinuatis obtuſis, calyc. aculeatis. *Differt a S. ſodomeo ramis angulatis, ſed annuum. Spinae copioſae, niveae. Fructus parvi, variegati e viridi et albo.*

indicum. 32. S. caule aculeato fruticoſo, fol. cuneiformibus angulatis ſubvilloſis integerrimis: aculeis utrinque rectis. *Burm. Zeyl. 220. t. 102.*

fuſcatum. 33. S. caule aculeato fruticoſo, fol. ovatis obtuſe lobatis: aculeis utrinque rectis: ſuperioribus coloratis.

carolinenſe. 34. S. caule aculeato annuo, fol. haſtato-angulatis: aculeis utrinque rectis, racem. laxis. *Folia ſcabra, vix tomentoſa.*

ſodomeum. 35. S. caule aculeato fruticoſo tereti, fol. pinnatifido-ſinuatis ſparſe aculeatis nudis, calyc. aculeatis. *Folia nuda utrinque.*

ſanctum. 36. S. caule aculeato fruticoſo, aculeis tomentoſis foliisque oblique ovatis repandis. Solanum aethiopicum maxime tomentoſum, caule ſolummodo, non foliis, aculeatum. *Pluk. alm. 351. t. 316. f. 52. Sub Solano inſano a C. Bauhino habuit Burſerus.*

hybridum. 37. S. caule aculeato fruticoſo, foliis ovatis ſubinermibus acutis repandis tenellis, dorſo et ad oras violaceo-pulverulentis. *Jacq. in Litt. hort. v. 2. t. 113.* M.

coccineum. 38. S. caule aculeato fruticoſo, fol. ovatis ſubrepandis uno alterove aculeo armatis, ſubtomento-

 ſis.

ſis. *Jacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 327. Icon. rar. t. 24.* M.

tomentoſum. 39. S. caule aculeato fruticoſo: aculeis acerofis, fol. cordatis inermibus ſubrepandis, tenellis purpureo-pulverulentis. *Folia utrinque viridia.*

bahamenſe. 40. S. caule aculeato fruticoſo, fol. lanceolatis repandis obtuſis margine reflexis, racemis ſimplicibus.

igneum. 41. S. caule aculeato fruticoſo, fol. lanceolatis acuminatis baſi utrinque revolutis, racemis ſimplicibus. — *Jacq. hort. t. 14.* M.

trilobatum. 42. S. caule aculeato fruticoſo, fol. cuneiformibus ſubtrilobis glabris obtuſis inermibus. *Burm. ind. 57. t. 22. f. 2.*

ſtramonifolium. 43. S. caule aculeato fruticoſo, fol. cordatis acute lobatis aculeatis ſub villoſis, calycibus inermibus. *Jacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 298. Icon. rar.* M.

marginatum. 44. S. caule aculeato fruticoſo, fol. cordatis repandis margine albis. *Suppl. p. 147.* — *Solanum marginatum*, aculeatum foliis ſinuato-angulatis, ſubtus omnino, ſuperne margine, tomentoſis, calycibus tripartitis. *Murr. in comm. gott. 1783. t. 4.* M.

capenſe. 45. S. caule aculeato fruticoſo tereti, fol. ſinuato-pinnatifidis aculeatis nudis: laciniis alternis integris obtuſis. *Suppl. p. 147.*

*** *Spinoſa.*

lycioides. 46. S. caule ſpinoſo fruticoſo, fol. ellipticis. *Mant. 46.*

252. CAPSICUM. *Cor.* rotata. *Bacca* exſucca. 270.

annuum. 1. C. caule herbaceo, pedunculis ſolitariis.

baccatum. 2. C. caule fruticoſo laevi, pedunc. geminis. *Mant. 47.* Capſicum fruteſcens. *Sp. pl. 271. β. diſtincta ſit ſpecies.*

ſinenſe. 3. C. caule fruticoſo floribus fructibusque pendulis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 67.*

groſſum. 4. C. caule ſuffruteſcente, fructibus incraſſatis variis. *Mant. 47.* Piper indicum, ſiliquis ſurrectis rotundis, maximum. *Bauh. pin. 103.* Piper indicum. *Beſl. eyſt. aut. 2. t. 2. f. 1.*

fru-

fruteſcens. 5. C. caule fruticoſo ſcabriuſculo, pedunc. ſolitariis. (*excluſa varietate β.*)

253. STRYCHNOS. *Cor.* 5-fida, *Bacca* 1-locularis, 271. cortice lignoſo.

Nux vomica. 1. S. foliis ovatis, caule inermi.

colubrina. 2. S. fol. ovatis acutis, cirrhis ſimplicibus. — *Contendunt Indiae Botanici, hanc a Str. Nuce vomica non eſſe diverſam. Suppl. p. 149.*

potatorum. 3. S. inermis, fol. oppoſitis ovatis petiolatis acutis, paniculis verticillatis. *Suppl. p. 148.*

240. GENIPA. *Cor.* rotata. *Stigma* clavatum. *Bacca* 2-251. locularis. *Sem.* nidulantia, cordata.

americana. 1. Genipa. *Plum. ic. 136.* Janipha *Marcgr. braſ. 92.*

1370. IGNATIA. *Cor.* infundibulif. longiſſima. *Cal.* 5-dentatus. *Drupa* 1-locularis, polyſperma. *Suppl. p. 20.*

amara. Suppl. p. 149. Mater Fabae ſancti Ignatii officinarum.

291. CESTRUM. *Cor.* infundibuliformis. *Stam.* denticulo in medio. *Bacca* 1-locula-277. ris, polyſperma.

nocturnum. 1. C. floribus pedunculatis, fol. ſubcordato-ovatis. — Ceſtrum *nocturnum*, pedunculis multifloris, corollae tubo infundibuliformi, limbi laciniis ovatis. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 44.* M. *Dens inter lacinias ſingulas corollae.*

veſpertinum. 2. C. flor. ſubſpicatis lateralibus, fol. ellipticis. *Mant. 206.* Ceſtrum foliis oblongo-ovatis, floribus axillaribus confertis tubo tenuiſſimo. *Mill. dict. 5.* Ceſtrum floribus ſubſpicatis ſeſſilibus, corollae tubo longiſſimo filiformi, laciniis acuminatis. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 41. t. 8.* Ixora alternifolia *Jacq. amer. pict. t. 16.* M.

diurnum. 3. C. flor. ſeſſilibus. — *Ceſtrum diurnum*, pedunculis multifloris, corollae tubo infundibuliformi, limbi laciniis ſubrotundis. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 44.* M.

P 2 tomen-

tomentoſum. 4. C. flor. confertis ſeſſilibus terminalibus, ramis foliis calycibusque tomentoſis. *Suppl. p. 150.*

262. LYCIUM. 277. *Cor.* tubuloſa, fauce clauſa filamentorum barba. *Bacca* 2-locularis, polyſperma.

japonicum. 1. L. inerme, fol. ovatis nervoſis planis, flor. ſeſſilibus. *Thunb. japon. mſpt.* M.

barbatum. 2. L. *Ito voco* (M.) Lycium *inerme*, glabrum, foliis oblongis glabris, floribus aggregatis pedunculatis, ſtipulis barbatis. *Suppl. p. 150.*

afrum. 3. L. foliis linearibus. -- *Lycium afrum*, ſpinoſum foliis faſciculatis linearibus ramis ſtrictis. *Murr. in comment. gott. 1779. p. 12.* M. *Flores atro-purpuraſcentes.*

ruthenicum. 4. L. ſpinoſum, fol. faſciculatis linearibus, ramis dependentibus. *Murr. in comment. gott. 1779. p. 2. t. 2.* M.

foetidum. 5. L. fol. oppoſitis ovato lanceolatis, ſtipulis interfoliaceis ſetaceo-ſpineſcentibus, floribus axillaribus ſeſſilibus. *Suppl. p. 150.*

tetrandrum. 6. L. ſpinoſum, fol. ovatis obtuſis carnoſis, ramis angulatis glabris, corollis quadrifidis tetrandris. *Suppl. p. 150.*

Boerhaaviae-folium. 7. L. ſpinoſum, fol. ovatis integerrimis acutis glaucis, floribus paniculatis. *Suppl. p. 150.*

heterophyllum. 8. L. fol. ovatis flexuoſis glaucis, ramis horizontalibus, ſpinis gemmaceis. *Murr. in comm. gott. 1783. t. 2.* M.

barbarum. 9. L. ſpinoſum, (M.) fol. lanceolatis, calycibus ſubbifidis *Mant. 341.* — Lycium *barbarum* foliis lanceolatis ſolitariis ramis dependentibus *Murr. in comm. gott. 1779. p. 12.* M. Lycium foliis lanceolatis acutis. *Mill dict. 6.* Lycium foliis oblongo lanceolatis, floribus (ſolitariis) patentibus alaribus, ramorum ſpinis rarioribus. *Trew Ehret 33. t. 68.* *Debilis frutex, niſi ſuſtentetur pergulis.*

europaeum. 10. L. ſpinoſum (M.), fol. obliquis, ramis flexuoſis teretibus. *Mant. 47.*

capſulare. 11. L. ſpinoſum (M). fol. lanceolatis tenuibus glabris, pedunculis calycibusque pubeſcentibus, pericarpiis capſularibus.

254. JACQUINIA. *Cor.* 10-fida *Stam.* receptaculo inſerta. *Bacca* 1-ſperma.
271.

armillaris. 1. J. foliis obtuſis cum acumine. *Jacq. amer.* 53. *t.* 39. — *Ed.* 2. *pict. p.* 31. *t.* 56. M. *Pedunculi racemoſi. Loeflingii deſcriptio bona.*

ruſcifolia. 2. J. fol. lanceolatis acuminatis. *Jacq. amer.* 55 — *Ed.* 2. *pict. p.* 32. *t.* 57. M. *Pedunculi uniflori.*

linearis. 3. J. fol. linearibus acuminatis. *Jacq. amer.* 54. *t.* 40. *f.* 1. — *Ed.* 2. *pict. p.* 32. *t.* 5.. M. *Pedunculi uniflori.*

255. CHIRONIA. *Cor.* rotata. *Piſtillum* declinatum. *Stam.* tubo corollae inſidentia. *Antherae* demum ſpirales. *Peric.* 2-loculare.
272.

trinervia. 1. C. herbacea, calycinis foliolis membranaceo-carinatis.

jaſminoides. 2. C. herbacea, fol. lanceolatis, caule tetragono.

lychnoides. 3. C. caule ſimplici, foliis lineari lanceolatis. *Mant.* 207. Chironia foliis longis linearibus acutis, panicula pauciflora *Berg. cap.* 45.

campanulata. 4. C. herbacea, fol. ſublinearibus, calyc. longitudine corollae.

angularis. 5. C. herbacea, caule acutangulo, fol. ovatis amplexicaulibus.

linoides. 6. B. herbacea, fol. linearibus. *Berg. cap.* 43. *Calyces ſemiquinquefidi, obtuſi.*

nudicaulis. 7. C. herbacea, fol. oblongis obtuſiuſculis, caulibus ſubdiphyllis ſimpliciſſimis unifloris, calycibus dentibus ſetaceis. *Suppl. p.* 151.

tetragona. 8. C. fruticoſa, fol. ovatis trinerviis obtuſiuſculis, calycinis foliolis obtuſiuſculis carinatis. *Suppl. p.* 151.

baccifera. 9. C. frutescens baccifera. *Caulis* 4-*gonus. Calyces ſubulati, breves.*

frutescens. 10. C. frutescens, fol. lanceolatis ſubtomentoſis, calyc. campanulatis. *Berg. cap.* 45. *Calycis foliola ovata obtuſa ſubtomentoſa, tubo corollae multo latiora.*

256. CORDIA. *Cor.* infundibuliformis. *Stylus* dichotomus. *Drupa* nucleis 2-locularibus.
273.

Myxa. 1. C. foliis ovatis ſupra glabris, corymbis lateralibus, calycibus decemſtriatis. Prunus Sebeſtena, longiore folio, maderaſp. *Pluk. alm.* 306. *t.* 217. *f.* 3. *Folia Alni ſerrato-angulata, ſubtus ſcabra.*

ſpineſcens. 2. C. fol. ovatis acutis ſerratis ſcabris, petiolis ſubſpineſcentibus. *Mant.* 206. *Baſis petiolorum perſiſtit ut in Volkameria.*

Sebeſtena. 3. C fol. oblongo-ovatis repandis ſcabris. *Jacq. hiſt.* 42. — *Ed. 2. pict. p.* 26. *t.* 44. *ſed ibi color corollae aurantius, ut in Cheirantho Cheiri fl. pl., non miniatus.* M.

Geraſcanthus. 4. C. fol. lanceolato-ovatis ſcabris, panicula terminali, calyc. decemſtriatis. *Jacq. amer.* 43. *t.* 175. *f.* 16. *Ed. 2. pict. p.* 27. *t.* 259. *f.* 12. *quoad florem* M. *Corollae albidae.*

macrophylla. 5. C. fol. ovatis villoſis ſeſquipedalibus.

Callococca. 6. C. fol cordato-ovatis integerrimis, flor. corymboſis, calyc. interne tomentoſis.

208. PATAGONULA. *Cor.* rotata. *Styl.* dichotomus. *Cal.* fructiferus maximus.
212.

americana. 1. PATAGONULA. *An cordiis aſſocianda?*

257. EHRETIA. *Bacca* 2-locularis *Sem.* ſolitaria, bilocularia. *Stigma* emarginatum.
274.

tinifolia. 1. E. foliis oblongo-ovatis integerrimis glabris, floribus paniculatis. — *Trew. ehret. t.* 24. M.

ſpinoſa. 2. E. ſpinoſa. *Jacq. amer.* 46. *t* 80 *f* 18 — *Ed.* 2. *pict. p.* 27. *t.* 259. *f.* 14. *quoad folium et ſpicam.* M.

Beurreria. 3. E. fol. ovatis integerrimis laevibus, flor. ſubcorymboſis, calyc. glabris. *Jacq. ſpec.* 2. *p.* 2. *t.* 26. — *Jacq. amer. pict. p.* 23. *t.* 45. M.

exſucca. 4. E. fol. cuneiformi-lanceolatis margine reflexis. Beurreria *exſucca* fructibus exſuccis quadripartitis *Jacq. amer.* 45. *t.* 173. *f.* 17. — *Ed.* 2. *pict. p* 28. *t.* 259. *f.* 13. *quoad florem et fructum.* M.

258. VARRONIA. *Cor.* 5-fida. *Drupa* Nucleo 4-lo-
275. culari.

lineata. 1. V. foliis lanceolatis lineatis, pedunculis laterali-
bus petiolo adnatis, ſpicis globoſis.

bullata. 2. V. fol. ovatis venoſo-rugoſis, ſpicis globoſis. —
Jacq. amer. pict. p. 26. *t.* 43. M.

martinicenſis. 3. V. fol. ovatis acuminatis, ſpicis oblongis. —
Jacq. amer. pict. p. 26. *t.* 42. M.

globoſa. 4. V. fol. lanceolato-oblongis, caul. dichotomo, pe-
dunc. axillaribus elongatis nudis, ſpicis glo-
boſis. — *Jacq. amer. pict. p.* 26.

curaſſavica. 5. V. fol. lanceolatis, ſpicis oblongis. — *Jacq.
amer. pict. p.* 25. M.

alba. 6. V. fol. cordatis, flor. cymoſis. *Jacq. amer.* 41. —
Ed. 2. *pict. p.* 26. M.

259. LAUGERIA. *Cor.* 5-fida. *Drupa* Nucleo 5-lo-
276. culari.

odorata. 1. Laugeria. *Jacq. amer. pict p.* 36. *t.* 259. *f.* 16 M.
Oppoſitifolia. Variat ſpinoſa et inermis. Flores triſtes.

260. BRUNSFELSIA. *Cor.* infundibuliformis, longiſ-
276. ſima. *Bacca* 1-locularis,
polyſperma.

americana. 1. Brunsfelsia. *Ad ringentes pertinere Dav. Royen.*

263. CHRYSOPHYLLUM. *Cor.* campanulata, 10-fida:
278. laciniis alternis patu-
lis. *Bacca* 10-ſperma.

Cainito. 1. C. foliis ovatis parallele ſtriatis, ſubtus tomen-
toſo-nitidis. *Jacq amer.* 51. *t.* 37. — *Ed.* 2.
pict. p. 30. *t.* 51. M.

β. Chryſoph. fol. oblongo-ovatis, ſuperne glabris,
ſubtus ferrugineis, flor. alaribus corymboſis.
Mill. dict.

γ. Chryſoph. jamaicenſe, fructu purpureo. *Jacq.
amer.* 52. — *Ed.* 2. *pict. p.* 31. M.
Chryſoph. fructu globoſo, fol. ſubtus ferrugineis.
Brown jam. 171. *t.* 14. *f.* 2.
Anona fol. ſubtus ferrugineis. *Sloan. jam.* 2. *p.* 170.
229.

δ. Chryſoph. coeruleum, fructu coeruleo globoſo. *Jacq. amer.* 52. *t.* 37. — *Ed.* 2. *pict. p.* 31. *t.* 52. M.

ε. Chryſoph. *microphyllum*, fol. minoribus. *Jacq. amer pict. d. p* 31. *t.* 53. M.

argenteum. 2. C. fol. falcato-ovatis ſubtus tomentoſo-nitidis. *Jacq amer pict. p.* 31. *t.* 54. M.

glabrum. 3. C fol. utrinque glaberrimis. *Jacq. amer.* 53. *t* 38 — *Ed.* 2. *pict. p.* 31 *t.* 55. M.

264. SIDEROXYLON. *Cor.* 10-fida: laciniis alternis
278. incurvis. *Stigma* ſimplex. *Bacca* 5-ſperma.

nite. 1. S. inerme, floribus ſeſſilibus. *Conf.* Laurifolia africana. *Comm. hort.* 2. *p.* 95. *t.* 100. *ſed flores absque dentibus inter ſtamina. D. Royen.*

inerme. 2. S. inerme, fol perennantibus obovatis, pedunc. teretibus. *Mill. dict. t.* 299. *Berg. cap.* 47. (*excluſo Burmanni ſynonymo*).

melanophleum. 3. S. inerme, fol. perennantibus lanceolatis, pedunc. angulatis. *Mant.* 48. *Jacq. hort. t.* 71.

foetidiſſimum. 4. S. inerme, fol. ſuboppoſitis, flor. patentiſſimis. *Mant.* 49. — *Jacq. amer pict. p.* 32. M.

cymoſum. 5. S. inerme, fol. oppoſitis petiolatis, cymis compoſitis et decompoſitis. *Suppl. p.* 152.

tenax. 6. S. ſubinerme, fol. deciduis lanceolatis ſubtus tomentoſis, pedunc. filiformibus. *Mant.* 48. Chryſophyllum carolinenſe *Jacq. obſ.* 3. *p.* 3. *t.* 54.

lyciodes. 7. S. ſpinoſum, fol. deciduis lanceolatis.

decandrum. 8. S. ſpinoſum, fol. deciduis ellipticis. *Mant.* 48.

ſpinoſum. 9. S. ſpinoſum, fol. perennantibus. Lycii ſimilis frutex indicus. *Comm. hort. I. p.* 161. *t.* 83. Lycium maderaſp. bijugis et gracilioribus ſpinis horridus. *Pluk. alm.* 235. *t.* 202 *f.* 2. *Burm.*

265. RHAMNUS. *Cal.* tubuloſus.: ſquamis ſtamina mu-
279. nientibus. *Cor.* nulla. *Bacca.*

* *Spinoſi.*

catharticus. 1. R. ſpinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis, caule erecto. — *Fl. dan. t.* 850. M.

infe-

infectorius. 2. R. ſpinis terminalibus, flor. quadrifidis dioicis, caulib. procumbentibus. *Mant.* 49 *Folia ſubtus villoſa. Calyx cyathiformis edentulus Scop. ann.* 2. *p.* 44.

lycioides. 3. R. ſpinis terminalibus, fol. linearibus.

oleoides. 4. R. ſpinis terminalibus, fol. oblongis integerrimis.

ſaxatilis. 5. R. ſpinis terminalibus, flor. quadrifidis hermaphroditis. *Sp. pl. p.* 1677. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 1. *t.* 53. *qui in eadem planta et flores fertiles et ſteriles vidit.* M.

theezans. 6. R. ſpinis terminalibus, fol. ovatis ſerrulatis, ramis divaricatis *Mant.* 207. Rhamnus Thea. *Obſ. it.* 232. 161.

pentaphyllus. 7. R. ſpinis lateralibus, fol. ſolitariis quinatisque. *Jacq. obſ.* 2. *p.* 17. Rhamnus ſiculus *Syſt. nat.* 3. *p.* 229. Rhamnus ſiculus pentaphyllos. *Bocc. ſic.* 43. *t.* 21. *Raj. hiſt.* 1626. *An hujus generis? Folia Buxi, viridia. Flores axillares, ſeſſiles.* Flores 5-*fidi. Stylus ſimplex longus.*

** *Inermes.*

Sarcomphalus. 8. R. inermis, fol. ovalibus coriaceis integerrimis emarginatis.

volubilis. 9. R. inermis, caule volubili, fol. integerrimis ovatis ſtriatis. *Suppl. p.* 152.

tetragonus. 10. R. inermis, fol. ouatis integris glabris ſeſſilibus ramis tetragonis. *Suppl. p.* 153.

Micranthus. 11. R. inermis, fol. ovato-lanceolatis obliquis pubeſcentibus, ſtipul. lanceolatis acuminatis deciduis. *Muntingiae Plum. ſpeciem facit Millerus.*

cubenſis. 12. R. inermis, flor. hermaphroditis, capſ. trilocularibus, fol. rugoſis integerrimis tomentoſis. — *Jacq. hort. v.* 3. *t.* 49. *Amer. pict. p.* 40. *t.* 75. M. *Habitus Viburni Lantanae. Folia utrinque tomentoſa. Fructus praecedentis.*

colubrinus. 13. R. inermis, flor. monogynis hermaphroditis erectis, capſ. tricoccis, petiolis ferrugineo-tomentoſis, — *Jacq hort. v.* 3. *t.* 50. *Americ. pict. p.* 40. *t.* 74. M. Rhamnus arboreus foliis obovatis venoſis. *Brow. jam.* 172. *Petala lanceolata ex ſinubus calycis. Stamina intra petala. Callus nectariferus tranſverſus inter baſin ſtaminum. Stylus triqueter. Ramuli,*

trifoliata. 5. T. fol. ternatis ovatis. *Semina Selini carvifoliae ſ. Monnieri, ſed involucra nulla.*

362. PASTINACA. *Fructus* ellipticus, compreſſo-planus. *Petala* involuta, integra. 376.

lucida. 1. P. foliis ſimplicibus cordatis lobatis lucidis acute crenatis. *Mant.* 58. — *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 199. M.

ſativa. 2. P. fol. ſimpliciter pinnatis.

Opoponax. 3. P. fol. pinnatis: foliolis baſi antica exciſis. *Mant.* 357.

363. SMYRNIUM. *Fructus* oblongus, ſtriatus. *Petala* acuminata, carinata. 376.

perfoliatum. 1. S. foliis caulinis amplexicaulibus.

aegyptiacum. 2. S. fol. floribus binis ſimplicibus cordatis integerrimis. *Cent.* 25.

Olusatrum. 3. S. fol. caulinis ternatis petiolatis ſerratis.

aureum. 4. S. fol. pinnatis ſerratis: poſticis ternatis: floſcul. omnibus fertilibus.

integerrimum. 5. S. fol. caulinis duplicato-ternatis integerrimis.

364. ANETHUM. *Fructus* ſubovatus, compreſſus, ſtriatus. *Petala* involuta, integra. 377.

graveolens. 1. A. fructibus compreſſis.

ſegetum.

ſegetum. 2. A. foliis caulinis tribus, fructibus ovalibus. *Mant.* 219. *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 132. M. Anethum ſylveſtre minus. *Bauh. pin.* 247. *prodr.* 76. Foeniculum luſitanicum minus annuum, anethi odore. *Tournef. inſt.* 312.

Foeniculum. 3. A. fructibus ovatis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

365. CARUM. 378. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus. *Involucr.* 1-phyllum. *Petala* carinata, inflexo-emarginata.

Carvi. 1. Carum. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 393. M.

366. PIMPINELLA. 378. *Fructus* ovato-oblongus. *Petala* inflexa. *Stigm.* ſubgloboſa.

Saxifraga. 1. P. foliis pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis; ſummis linearibus. (*Excluſis variet.* γ. δ. ε.) — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 395. *Fl. dan. t.* 669. M.

magna. 2. P. foliolis omnibus lobatis: impari trilobo. *Mant.* 219. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4 *t.* 396 M. Pimpinella foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ſerratis acutis. *Ger. prov.* 255. Pimpinella foliis cordatis: impari trilobo. *Hudſ. angl.* 110. Pimpinella ſaxifraga major, umbella candida. *Bauh. pin.* 159. (*Diſtinguenda a P. Saxifraga.*) — *Hujus ſine dubio varietas eſt* Pimpinella orientalis *Gouani illuſtr. p.* 51. *t.* 15. *it. Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 397. M.

glauca. 3. P. fol. ſupradecompoſitis, caule angulato ramoſiſſimo.

peregrina. 4. P. fol. radicalibus pinnatis crenatis: ſummis cuneiformibus inciſis, umbell. nubilibus nutantibus. — *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 131. M.

Aniſum. 5. P. fol. radicalibus trifidis inciſis. *Involucella depauperata.*

dichotoma. 6. P. pedunc. oppoſitifoliis, fol. floriferis bitrifidis, petiol. alato-membranaceis. *Mant.* 58.

dioica. 7. P. pumila, umbellis numeroſiſſimis compoſitis ſimplicibusque. *Jacq. vind* 227. Pimpinella pumila *Jacq. Fl. auſtr. t.* 28. *Mant.* 357. Seſeli pumilum, montanum *Cluſ. hiſt.* 2. *p.*200. *Mas et Hermaphrodita.*

1378. CUSSONIA. *Petala* trigona. *Margo receptaculi* dilatatus in calycem 5-dentatum. *Suppl. p.* 25. — Cfr. *Thunb. in nov. act. Upſ. v.* 3. *p.* 211. *it. Diſſ. Ei. nov. gen. pl. p.* 10. M.

thyrſiflora. 1. C. foliis digitatis: foliolis ſeſſilibus cuneiformibus truncatis tridentatis, floribus racemoſis. *Suppl. p.* 182. — Cuſſonia *thyrſiflora*, foliis quinatis, foliolis ſimplicibus ternatisque, cuneatis apice dentatis. *Thunb. act. upſ. l. c. p.* 212. *t.* 12. M.

ſpicata. 2. C. fol. digitatis: foliolis petiolellatis ſpathulatis: ligula tri-ſ. quinquepalmata argute ſerrata, floribus ſpicatis. *Suppl p.* 182. — Cuſſonia *ſpicata*, foliis ſeptenis: foliolis ſimplicibus ternatisque lanceolatis apice ſerratis. *Thunb. act. cit. p.* 212. *t.* 13. M.

367. APIUM. *Fructus* ovatus, ſtriatus. *Involucr.* 1-phyllum *Petala* aequalia.
379.

Petroſelinum. 1. A. foliis caulinis linearibus, involucellis minutis.

graveolens. 2. A. fol. caulinis cuneiformibus. — *Fl. dan. t.* 790. M.

368. AEGOPODIUM. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus.
379.

Podagraria. 1. Æ. foliis caulinis ſummis ternatis. *Fl. dan. t.* 670.

TRIGYNIA.

1379. SEMECARPUS. *Cor.* 5-petala. *Drupa* cordata, celluloſa, 1-ſperma. *Suppl. p.* 25.

Anacardium. 1. SEMECARPUS. *Arbor praeſtat verum Anacardium officinarum. Suppl. p.* 182.

369. RHUS. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca* 1-ſperma.
379.

Coriaria. 1. R. foliis pinnatis obtuſiuſcule ſerratis ovalibus, ſubtus villoſis.

typhi-

typhinum. 2. R. fol. pinnatis argute ſerratis lanceolatis, ſubtus tomentoſis. *Cent. 139.*

javanicum. 3. R. fol. pinnatis ovatis acuminatis ſerratis, ſubtus tomentoſis.

glabrum. 4. R. fol. pinnatis ſerratis lanceolatis, utrinque nudis.

Vernix. 5. R. fol. pinnatis integerrimis annuis opacis. petiolo integro aequali (*Excluſo ſynonymo Kaempferi*). *Dioicum. diverſum a Vernice officinali.*

ſuccedaneum. 6. R. fol. pinnatis integerrimis perennantibus lucidis: petiolo integro aequali. *Mant. 221.* Arbor vernicifera ſpuria ſylveſtris anguſtifolia. *Kaempf. amoen. 794. t. 795.*

copallinum. 7. R. fol. pinnatis integerrimis, petiolo membranaceo articulato.

ſemialatum. 8. R. fol. pinnatis ſerratis petioli extimis internodiis membranaceis. *Murr. in comm. gott. 1784. c. tab.* M.

Metopium. 9. R. fol. pinnatis quinatis integerrimis ſubrotundis glabris.

pauciflorum. 10. R. fol. pinnatis: foliolis alternis decurrentibus cuneiformibus apice ſerratis, panicula ſeſſili pauciflora. *Suppl. p. 183.*

digitatum. 11. R. fol. pinnatis: foliolis oblongis integerrimis glaberrimis, caule ſcandente. *Suppl. p. 184.*

radicans. 12. R. fol. ternatis: foliolis petiolatis ovatis nudis integerrimis, caule radicante. *Dioicum.*

Toxicodendron. 13. R. fol. ternatis: foliol. petiolatis angulatis pubeſcentibus, caule radicante. *Dioicum.*

Cominia. 14. R. fol. ternatis; foliol. petiolatis ovatis, ſubtus tomentoſis, remotiſſime ſerratis.

Cobbe. 15. R. fol ternatis: foliolis ovatis acuminatis ſerratis; pedunc. tomentoſis.

tomentoſum. 16. R. fol. ternatis: foliol. ſubpetiolatis rhombeis angulatis, ſubtus tomentoſis.

anguſtifolium. 17. R. fol. ternatis: foliol. petiolatis lineari-lanceolatis integerrimis, ſubtus tomentoſis.

laevigatum. 18. R. fol. ternatis: foliol. ſeſſilibus lanceolatis laevibus. *Sp. pl. 1672.*

lucidum. 19. R. fol. ternatis: foliol. ſeſſilibus cuneiformibus laevibus.

villoſum. 20. R. fol. ternatis: foliolis ſeſſilibus ovatis integris pubeſcenti-villoſis, caule pubeſcente. *Suppl. p. 183.*

inciſum. 21. R. fol. ternatis: foliolis ſeſſilibus cuneiformibus inciſo-pinnatifidis ſubtus tomentoſis venoſis, calycibus tomentoſis. *Suppl.* p. *183.*

cuneifolium. 22. R. fol. ternatis: foliolis ſeſſilibus cuneiformibus glaberrimis ſeptemdentatis: dentibus mucronatis. *Suppl. p. 183.*

lanceum. 23. R. fol. ternatis: foliolis lanceolato-ſubulatis elongatis utrinque glaberrimis. *Suppl. p. 184.*

cirrhiflorum. 24. R. fol. ternatis: foliolis integerrimis glabris, caule ſcandente. *Suppl. p. 184.*

tridentatum. 25. R. fol. ternatis: foliolis incanis ſerratis, ſerraturis tribus ad quinque, caule ſcandente. *Suppl. p 184.*

Cotinus. 26. R. foliis ſimplicibus obovatis. — *Jacq. Fl. auſtr, v. 3. t. 210.* M.

370. VIBURNUM. *Cal.* 5-partitus, ſuperus. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 1-ſperma.
383.

Tinus. 1. V. foliis integerrimis ovatis: ramificationibus venarum ſubtus villoſo-glanduloſis.

Tinoides. 2. V. fol. ellipticis glabris integerrimis, ramis cymisque teretibus hirſutis. *Suppl. p. 184.*

ſcandens. 3. V. fol. oblongis ſerratis, caule ſcandente, cymis terminalibus: radiis terminatis flore maximo. *Suppl. p. 184.*

virens. 4. V. fol. oblongis acuminatis apice ſerratis glabris, ramis ſcandentibus. *Thunb. japon. mſpt.* M. *Nonne eadem cum V. ſcandente?*

ſerratum. 5. V. fol. oblongis ſerratis baſi integris ſubtus pallidis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

nudum. 6. V. fol. integerrimis lanceolato-ovatis. *Mill. ic. 183. t. 274.*

prunifolium. 7. V. fol. ſubrotundis crenato-ſerratis glabris.

dentatum. 8. V. fol. ovatis dentato-ſerratis plicatis. *Jacq. hort. t. 36.*

Lantana. 9. V. fol. cordatis ſerratis venoſis, ſubtus tomentoſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 341.* M.

acerifolium. 10. V. fol. lobatis, petiolis laevibus.

Opulus. 11. V. fol. lobatis, petiolis glanduloſis. — *Fl. dan. t. 661.* M.

Lentago. 12. V. fol. ovatis ſerrulatis acuminatis glabris, petiol. marginatis undulatis. *Rami deflexi ſ. propendentes, petioli marginibus undulati.*

tomen-

tomentoſum. 13. V. fol. ovatis acuminatis ſerratis venoſis ſubtus tomentoſis, umbellis lateralibus. *Thunb. jap. mſpt.* M.

eroſum. 14. V. fol. ovatis acuminatis, petiolis tomentoſis. *Thunb. loc. cit.* M.

hirtum. 15. V. fol. ovaris ſerratis villoſis, petiolis hirtis. *Thunb. l. c.* M.

dilatatum. 16. V. fol. obovatis acuminatis inaequaliter dentatis villoſis. *Thunb. l. c.* M.

macrophyllum. 17. V. fol. obovatis acuminatis dentatis glabris. *Thunb. l. c.* M.

cuſpidatum. 18. V. fol. ovatis cuſpidatis ſerratis villoſis. *Thunb. l. cit.* M.

Caſſinoides. 19. V. fol. ovatis crenatis glabris, petiolis carinatis eglandulatis.

371. CASSINE. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Bacca* 3-ſperma. 384.

capenſis. 1. C. foliis petiolatis ovato-oblongis retuſis crenatis. *Suppl. p. 184.* Caſſine capenſis. *Syſt. ed. 13. p. 243. Mant. 220.* Caſſine barbara *Syſt. ed. 13. p. 243.* Evonymus Colpoon. *Syſt. ed. 13. p. 198. Flores interdum quadrifidi et quinquefidi.*

Peragua. 2. C. fol. petiolatis ſerratis ellipticis acutiuſculis, ramulis ancipitibus. *Mant. 220.* Caſſine foliis ovato-lanceolatis ſerratis, floribus corymboſis axillaribus. *Mill. ic. 83. f. 1.* Caſſine verae perquam ſimilis arbuſcula, foliis antagoniſtis. *Pluk. Mant. 46.*

Maurocenia. 3. C. fol. ſeſſilibus integerrimis obovatis coriaceis.

372. SAMBUCUS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 3-ſperma. 385.

Ebulus. 1. S. cymis tripartitis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo.

japonica. 2. S. cymis tripartitis, ſtipulis nullis, caule fruticoſo. *Thunb. jap. mſpt.* M.

canadenſis. 3. S. cymis quinquepartitis, fol. ſubbipinnatis, caule fruteſcente.

nigra. 4. S. cymis quinquepartitis, fol. pinnatis, foliolis ſubovatis ſerratis, caule arboreo. M. Sambucus *nigra*, cymis quinquepartitis caule arboreo. *Syſt. ed. 13. p. 244. Fl. dan. t. 545.*

laciniata. 5. S. cymis quinquepartitis, fol. bipinnatis, pinnis ternatis, foliolis lanceolatis inciſis, (addo M) caule arboreo *Retz. obſ. bot. faſc. 3. p. 30.* Sambucus laciniata. *Mill. Dict. Var.* γ Sambuci nigrae. *Spec. pl. 386.*

racemoſa. 6. S. racemis compoſitis ovatis, caule arboreo.

373. SPATHELIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* 3-gona, 3-locularis. *Sem.* ſolitaria.
386.

ſimplex. 1. SPATHELIA.

374. STAPHYLEA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capſ.* inflatae, connatae. *Sem.* 2, globoſa cum cicatrice.
386.

pinnata. 1. S. foliis pinnatis.

trifolia. 2. S. fol. ternatis.

375. TAMARIX. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis. *Semina* pappoſa.
386.

gallica. 1. T. floribus pentandris. *Mill. ic. t. 262. f. 1.*

germanica. 2. T. flor. decandris. *Mill. ic. t. 262. f. 2. Fl. dan. t. 234.*

1299. XYLOPHYLLA. *Cal.* 5-partitus, coloratus. *Cor.* 0. *Stigmata* lacera. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* gemina.

longifolia. 1. X. foliis linearibus, ramis tetragonis. *Mant. 221.* Xyphyllos ceramua. *Rumph. amb. 7. p. 19 t. 12*

latifolia. 2. X. fol lanceolatis, ramis teretibus. *Mant. 221.* Phyllanthus epiphyllanthus. *Sp. plant. 1392.* Phyllanthus foliis latioribus utrinque acuminatis apicem verſus crenatis. *Brown. jam. 188.*

376. TURNERA. *Cal.* 5-fidus, infundibulif. exterior 2-phyllus. *Petala* 5, calyci inſerta. *Stigmata* multifida. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis.
387.

ulmifolia. 1. T. floribus ſeſſilibus petiolaribus, foliis baſi biglanduloſis. — *Jo. Mill. illuſtr. ic.* M.

β. Co.

β. *Corolla minor petalis mucronatis. Bracteae abſque glandulis. Folia obtuſiora. Antherae fulvae, nec flavae. Mill. ic. t. 268. f. 2.*

Pumilea. 2. T. flor. ſeſſilibus petiolaribus, fol. eglanduloſis. *Calyx Bracteis 2. linearibus. Antherae non ultra faucem calycis elevatae.*

ſedoides. 3. T. pedunc. axillaribus biſetis, fol. obovato-cuneatis ſerratis. *Mant. 58.*

ciſtoides. 4. T. pedunc. axillaribus aphyllis, fol. apice ſerratis. *Bracteae nullae.*

racemoſa. 5. T. racemis elongatis, terminalibus. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 94.* M.

377. TELEPHIUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, receptaculo inſerta. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis.
388.

Imperati. 1. T. foliis alternis.

oppoſitifolium. 2. T. fol. oppoſitis. ✝

378. CORRIGIOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Semen* 1. triquetrum.
388.

litoralis. 1. CORRIGIOLA. *Fl. dan. t. 334.*

379. PHARNACEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma.
388.

Cerviana. 1. P. pedunculis ſubumbellatis lateralibus, folia linearia aequantibus.

Mollugo. 2. P. pedunc. unifloris lateralibus, flor. longitudine foliorum, caule depreſſo *Mant. 358. 561.* Mollugo Spergula *Sp. plant. 131. Burm. ind. 3 t. 5. f. 4.* Alſine erecta pentaphylla, flore albo. *Burm. zeyl. 13. t. 7.*

depreſſum. 3. P. pedunc. unifloris lateralibus, fol. lanceolatis pubeſcentibus. *Mant. 562.*

ſerpyllifolium. 4. P. pedunc. unifloris, foliis ovatis. *Suppl p. 186.*

incanum. 5. P. pedunc. communibus longiſſimis, fol. linearibus, ſtipulis piloſis. *Suppl. p 186.* Pharnaceum incanum. *Syſt. ed. 13. p. 246. Mant. 358.*

diſtichum. 6. P. racemis bipartitis flexuoſis, fol. ſublinearibus pubeſcentibus. *Mant. 221.* Alſine ſpergulae facie indiae orient. ſpicatis floribus ex alis

 emer-

emergentibus. *Pluk. mant. 9. t. 33. f. 4.* Alſine holoſtea villoſa, foliis caulem ambientibus, multiflora. *Pluk. alm 22. t. 130. f. 6. Piſt. 1. Capſ. 1-locularis, 3-valvis.*

cordifolium. 7. P. racemis bipartitis terminalibus, fol. obcordatis. Spergula e cap. b. ſp. foliis portulacae minoribus ſtellatis. *Pet. Muſ. 478.*

lineare. 8. P. umbellis inaequalibus, fol. linearibus, oppoſitionibus remotis. *Suppl. p.* 185.

glomeratum. 9. P. floribus glomeratis, caule flexuoſo, foliis linearibus *Suppl. p. 185.*

quadrangulare. 10. P. ſuffruticoſum, fol. linearibus quadrifariam imbricatis. *Suppl. p. 185.*

microphyllum. 11. P. tomentoſum, pedunculis umbellatis, fol. ovatis teretiuſculis obtuſis lana intertextis. *Suppl. p. 185.*

dichotomum. 12. P. pedunculatis axillaribus elongatis dichotomis, foliis verticillatis linearibus. *Suppl. p. 186.*

albens. 13. P. pedunc. communibus longiſſimis, fol. linearibus exſtipulatis. *Suppl. p. 186.*

380. ALSINE. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, aequalia. 389. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis.

media. 1. A. petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. *Fl. dan. t.* 525. 438.

ſegetalis. 2. A. petal. integris, fol. ſubulatis. *Mant.* 359.

mucronata. 3. A. petal. integris brevibus, fol. ſetaceis, calyc. ariſtatis. *Mant.* 358.

381. DRYPIS. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 5. *Capſ.* circumſciſſa, monoſperma. 390.

ſpinoſa. 1. Drypis. *Mant* 359 *Jacq. hort. t. 49. Rami ultimi floriferi. Pedunculi flore breviores. Calyx ſemiquinquefidus, erectus. Petala alba, anguſtiſſima. patentia. Stamina erecta. Caules exaridi revireſcunt inſequenti vere.*

382. BASELLA. *Cal.* 0. *Cor.* 7-fida: laciniis 2. oppoſitis latioribus, tandem baccata. 390. *Sem.* 1.

rubra. 1. B. foliis planis, pedunculis ſimplicibus. *Rumph. amb. 5. t. 154.*

alba.

alba. 2. B. fol. undatis ovatis, pedunculis ſimplicibus folio longioribus. Muraſakki *Kaempf. amoen. 784.*
lucida. 3. B. fol. ſubcordatis, pedunculis confertis ramoſis.

383. SAROTHRA. 391. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis, colorata.

Gentianoides. 1. Sarothra.

TETRAGYNIA.

384. PARNASSIA. 391. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Nectaria* 5, cordata, ciliata apicibus globoſis. *Capſ.* 4-valvis.

paluſtris. 1. Parnassia. *Fl. dan t.* 584. — *Mill. illuſtr. ic.* M. *Scapum nonnihil contorquet.*

385. EVOLVULUS. 391. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-fida, rotata. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* ſolitaria.

nummularius. 1. E. foliis ſubrotundis, caule repente, floribus ſubſeſſilibus. — *Jacq. amer. pict. t.* 260 *f.* 23. M.
gangeticus. 2. E. fol. cordatis obtuſis mucronatis villoſis petiolatis, caul. diffuſo, pedunc. unifloris.
alſinoides. 3. E. fol. obcordatis obtuſis piloſis petiolatis. caul. diffuſo, pedunc. trifloris. Convolvuli minima ſpecies biſnagarica hirſuta, Alſines folio. *Pluk. alm.* 116. *t.* 9. *f.* 1.
emarginatus. 4. E. fol. reniformibus repandis. *Suppl. p.* 186.
linifolius. 5. E. fol. lanceolatis villoſis ſeſſilibus, caul. erecto, pedunc. trifloris longis. *Characterem praebuit.*
tridentatus. 6. E. fol. lineari-cuneiformibus tricuſpidatis baſi dilatata dentatis, pedunc. unifloris. *Burm. ind. t.* 16. *f.* 3. *Caulis volubilis eſt.*

PENTAGYNIA.

386. ARALIA. *Involucr.* umbellulae. *Cal.* 5-dentatus,
392. ſuperus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 5-ſperma.

arborea. 1. A. arborea, foliis ſimplicibus, umbellae univerſalis radiis uniglandulofis. — *Ipſe Jacquin adhuc dubitat, an huc trahi poſſit Aralia arborea Jacq. amer. pict. p. 47.* M.

ſpinoſa. 2. A. arboreſcens, caule foliiſque aculeata.

pentaphylla. 3. A. arborea aculeata, fol. quinatis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

chinenſis. 4. A. (fruteſcens M.) caule petioliſque aculeatis, foliolis inermibus villoſis.

japonica. 5. A. fruteſcens fol. lobatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

racemoſa. 6. A. caule folioſo herbaceo laevi.

nudicaulis. 7. A. caule ſubnudo, herbaceo (M.) foliis binis ternatis.

1380. COMMERSONIA. *Cal.* 1-phyllus, corollifer. *Petala* 5. *Nectarium* 5-partitum. *Capſ.* 5-locularis, echinata. *Suppl. p. 26.*

echinata. 1. COMMERSONIA. *Suppl. p. 187.*

388. STATICE. *Cal.* 1-phyllus, integer, plicatus,
394. ſcarioſus. *Petala* 5. *Sem.* 1, ſuperum.

Armeria. 1. S. ſcapo ſimplici capitato, foliis linearibus.

Pſeud-armeria. 2. S. (M.) Statice *Armeria major* ſcapo ſimplici capitato, fol. longe lanceolatis *Jacq. in Litt. Hort. v. 1. p. 16. t. 42. v. 3. p. 1.* Statice luſitanica, ſcorzonerae folio. *Tourn. inſtit. 341. In Syſt. ed. 13. p. 248. declaratur Varietas inſignis S. Armeriae foliis latioribus ſubincanis. Mutavi modo nomen triviale, ut ſimplicius appareret.* M.

Limonium. 3. S. ſcapo paniculato tereti, fol. laevibus enerviis, ſubtus mucronatis. *Fl. dan. t. 315.*

incana. 4. S. ſcapo paniculato, fol. lanceolatis trinerviis ſubundulatis apice mucronatis, paniculae ramis triquetris. *Mant. 59. 513.*

cordata,

cordata. 5. S. ſcapo paniculato, fol. ſpathulatis retuſis. *An varietas S. Limonii?*

reticulata. 6. S. ſcapo paniculato proſtrato, ram. ſterilibus retroflexis nudis, fol. cuneiformibus muticis.

echioides. 7. S. ſcapo paniculato tereti articulato, fol. ſcabris. *Folia lingulato-cuneiformia, obtuſiuſcula, non perfecte laevia. Scapi panicula articulata articulis divaricatis ſubtuberculatis, bifaria: ramulis dichotomis. Calyces parvi, acuti. Petala emarginata, pallide coerulea ſtria purpurea.*

ſpecioſa. 8. S. ſcapo dichotomo ancipiti, fol. ovatis mucronatis, florib. aggregatis.

tatarica. 9. S. ſcapo dichotomo, fol. lanceolatis mucronatis, flor. alternis diſtantibus.

Echinus. 10. S. ſcapo paniculato, fol. ſubulatis mucronatis.

flexuoſa. 11. S. ſcapo ramoſo flexuoſo, corymb. terminalibus, fol. nervoſis.

purpurata. 12. S. caule ſubfoliato, fol. obovato-cuneatis trinerviis mucronatis. *Mant. 59.* Statice peregrina. *Berg. cap. 80.*

minuta. 13. S. caule ſuffruticoſo folioſo, fol. confertis cuneatis glabris muticis, ſcapis paucifloris. *Mant. 59.*

ſuffruticoſa. 14. S. caule fruticoſo: ſuperne nudo ramoſo, capitul. ſeſſilibus, fol. lanceolatis vaginantibus.

monopetala. 15. S. caule fruticoſo folioſo, flor. ſolitariis, fol. lanceolatis vaginantibus.

aurea. 16. S. caule fruticoſo folioſo ramoſo, fol. ſubulatis.

ferulacea. 17. S. caule fruticoſo ramoſo, ramulis imbricatis, paleis apice pilo terminatis.

linifolia. 18. S. caule fruticoſo proſtrato, floribus paniculatis ſecundis, fol. linearibus. *Suppl. p. 187.*

pruinoſa. 19. S. caule flexuoſo ramoſo furfuraceo. *Mant. 59.*

ſinuata. 20. S. caule herbaceo fol. radicalibus alternatim pinnato-ſinuatis: caulinis ternis triquetris ſubulatis decurrentibus.

mucronata. 21. S. caule criſpo, fol. ellipticis integris, ſpicis ſecundis. *Suppl. p. 187.*

lobata. 22. S. caulibus teretibus aphyllis, fol. ſinuatis. *Suppl. p. 187.*

389. LINUM. *Cal.* 5-phyllus. Petala 5. *Capſ.* 5-valvis,
397. 10-locularis. *Sem.* ſolitaria.

* *Foliis alternis.*

uſitatiſſimum. 1. L. calycibus capſulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario.

perenne. 2. L. calycibus capſulisque obtuſis, fol. alternis lanceolatis integerrimis. *Caules plantae ſibiricae erecti, anglicanae decumbebant; an ſemper?*

viſcoſum. 3. L. fol. lanceolatis piloſis quinquenerviis.

hirſutum. 4. L. calycibus hirſutis acuminatis ſeſſilibus alternis, fol. alternis: rameis oppoſitis. *Jacq. auſtr. t. 31.*

narbonenſe. 5. L. calycibus acuminatis, fol. lanceolatis ſparſis ſtrictis ſcabris acuminatis, caule tereti baſi ramoſo. *Filamenta baſi coalita.*

tenuifolium. 6. L. calycibus acuminatis, fol. ſparſis lineari-ſetaceis retrorſum ſcabris. *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 215.* M. Linum foliis alternis linearibus inferne ſcabris. *Scop. carn. 69.* (*Excluſa varietate ε*).

gallicum. 7. L. calycibus ſubulatis acutis, fol. lineari-lanceolatis alternis, paniculae pedunculis bifloris, flor. ſubſeſſilibus. *Ger. prov. 421. t. 15. f. 1.*

maritimum. 8. L. calycibus ovatis acutis muticis, fol. lanceolatis: inferioribus oppoſitis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 154.* M. *Affine L. gallico.*

alpinum. 9. L. calycibus rotundatis obtuſis, fol. linearibus acutiuſculis, caulibus declinatis. *Sp. pl. 1672* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 321.* M. Linum tenuifolium. *β. Sp. pl. 398.* Linum ſylveſtre coeruleum perenne (noſtras. *Raj. hiſt. 1073.*) procumbens, flore et capitulo minore. *Raj angl. 3. p. 362.* Linum perenne minus coeruleum, capitulo minore. *Moriſ. hiſt. 3. p. 573. n. 4.* Linum ſylv. 5. anguſtifolium alterius generis. *Cluſ. hiſt. 1. p. 318.* *Planta tota laevis: Caules teretes, inclinati, ut fere proſtrati, ſimplices. Folia adſcendentia. Flores coerulei, non parvi,*

auſtriacum. 10. L. calycibus rotundatis obtuſis, fol. linearibus acutis rectiuſculis. *Mant. 359.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 418.* M.

virgi-

virginianum. 11. L. calycibus acutis alternis, capſul. muticis, panicula filiformi, fol. alternis lanceolatis: radicalibus ovatis.

flavum. 12. L. calycibus ſubſerrato-ſcabris lanceolatis ſubſeſſilibus, panicula ramis dichotomis. *Mant.* 60.— *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 214. M. *Punctum utrinque ad folia, ut in* L. *campanulato.*

ſtrictum. 13. L. calycibus ſubulatis, fol. lanceolatis ſtrictis mucronatis: margine ſcabris.

ſuffruticoſum. 14. L. fol. linearibus acutis ſcabris, caul. ſuffruticoſis.

arboreum. 15. L. fol. cuneiformibus, caul. arboreſcentibus.

campanulatum. 16. L. foliorum baſi utrinque punctata glandulosa.

** *Foliis oppoſitis.*

africanum. 17. L. fol oppoſitis lineari lanceolatis, flor. terminalibus pedunculatis. *Mant.* 360. *Caulis ſuffruticoſus.*

nodiflorum. 18. L. fol. floriferis oppoſitis lanceolatis, flor. alternis ſeſſilibus, calycibus longitudine foliorum.

catharticum. 19. L. fol. oppoſitis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, coroll. acutis.— *Fl. dan. t.* 851. *Flores ante antheſin penduli.*

Radiola. 20. L. foliis oppoſitis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Fl. dan. t.* 178.

quadrifolium. 21. L. foliis quaternis.

verticillatum. 22. L. foliis verticillatis.

390. ALDROVANDA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 402. 5-valvis, 1-locularis, 10-ſperma.

veſiculoſa. 1. ALDROVANDA. *Utriculos gerit fere ut Utricularia, ſed conſertos.*

391. DROSERA. *Cal* 5-fidus. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locu-402. laris: apice 5-valvis. *Sem.* plurima.

acaulis. 1. D. flore radicali eſcapo ſolitario, foliis oblongis. *Suppl. p.* 188.

cunei-

cuneifolia. 2. D. ſcapis radicatis, fol. cuneato-rotundatis. *Suppl. p. 188.*

rotundifolia. 3. D. ſcap. radicatis, foliis orbiculatis.

longifolia. 4. D. ſcap. radicatis, fol. ovali-oblongis.

capenſis. 5. D. ſcap. radicatis, fol. lanceolatis ſubtus ſcabris. *Mant. 360.*

luſitanica. 6. D. ſcap. radicatis, fol. ſubulatis ſubtus convexis, flor. decandris. *Mant. 360. Scapus foliis aliquot.*

ciſtiflora. 7. D. caule ſimplici folioſo, fol. lanceolatis *Florum fundus alter. Stamina nigra longitudine calycis. Antherae luteae, cordatae Piſtillum nigrum: Germen ovatum, cui circum apicem, nec in ipſo apice, inſident Styli 5, nigri, longitudine corollae, apice dichotomi usque in capillos.*

indica. 8. D. caule ramoſo folioſo, fol. linearibus.

1340. GISEKIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 5, approximatae, ſubrotundae, 1-ſpermae.

pharnacioides. GISEKIA. *Mant. 562.* Kölreutera molluginoides. *Murr. in comm. gott. 1772. p. 67. t. 2. f. 1.*

392. CRASSULA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Squamae*
404. 5 nectariferae ad baſin germinis. *Capſ.* 5.

* *Fruteſcentes.*

coccinea. 1. C. fol. ovatis planis cartilagineo-ciliatis baſi connato-vaginantibus. *Mant. 360.* — *Mill. illuſtr. ic.* M.

cymoſa. 2. C. fol. linearibus cartilagineo-ciliatis connato-vaginantibus, caule fruticoſo, cyma terminali. *Berg. cap. 84. Mant. 222.*

flava. 3. C. fol. planis connato perfoliatis laevibus, flor. corymboſo-paniculatis. *Mant. 60.*

pruinoſa. 4. C. fol. ſubulatis pruinoſo-ſcabris, flor. corymboſis, caule fruticoſo. *Mant. 60.*

ſcabra. 5. C. fol. oppoſitis patentibus connatis ſcabris ciliatis, caul. retrorſum ſcabro.

perfoliata. 6. C. fol. lanceolato-ſubulatis ſeſſilibus connatis canaliculatis, ſubtus convexis. *Mill. fig. t. 108.*

fruti-

fruticuloſa. 7. C. fol. oppoſitis ſubulatis acutis patentibus ſubrecurvatis, caul. fruticoſo. *Mant. 61. β.* Craſſula caffra. *Mant. 222.* *Folia foliis Juniperi non majora: ſenioribus recurvis. Caulis interdum radicans.*

tetragona. 8. C. fol. ſubulatis ſubincurvis obſolete tetragonis patentibus: caul. erecto arboreſcente radicante. *Caulis radicat fibris. Folia craſſitie pennae anſerinae, ſurſum leviter arcuata. Mant. 361.*

dichotoma. 9. C. fol. connatis tereti-ſubulatis integris remotis, caule fruticoſo erecto ramoſo, corymbo compoſito. *Suppl. p. 188.*

obvallata. 10. C. fol. oppoſitis ſublanceolatis cultratis approximatis. *Mant. 61. Flores omnino ſequentis.*

cultrata. 11. C. fol. oppoſitis obtuſe ovatis integerrimis ſubcultratis obliquis: paribus connatis remotis. *Flores non explicantur.*

Cotyledon. 12. C. fol. ſubrotundis carnoſis ſupra punctatis, caule arboreo. — *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 295. t. 19.* M.

pinnata. 13. C. fol. pinnatis, caule arboreo. *Suppl. p. 191.*

** *Herbaceae.*

centauroides. 14. C. caule herbaceo brachiato, foliis cordatis ſeſſilibus, pedunculis unifloris. *Mant.* 361.

dichotoma. 15. C. caul. herbaceo dichotomo, fol. ovato-lanceolatis, pedunc. unifloris.

glomerata. 16. C. caul. herbaceo dichotomo ſcabro, fol. lanceolatis, floribus ultimis faſciculatis. *Mant.* 60. Craſſula ſcleranthoides. *Burm. prodr. 8.*

ſtrigoſa. 17. C. caul. herbaceo erecto dichotomo, fol. obovatis ſtrigoſis, pedunc. unifloris.

muſcoſa. 18. C. caule herbaceo proſtrato, fol. oppoſitis ovatis gibbis imbricatis, flor. ſeſſilibus ſolitariis (*Excluſo Hermanni ſynonymo*).

ciliata. 19. C. fol. oppoſitis ovalibus planiuſculis diſtinctis ciliatis, corymb. terminalibus.

punctata. 20. C. fol oppoſitis ovatis punctatis ciliatis: inferioribus oblongis.

ſubulata. 21. C. fol ſubulatis teretibus patentibus, caule herbaceo. *Mant. 360.* Spiraea capenſis comoſa, flore albo. *Pet. gaz. t. 89. f. 8.*

alternifolia. 22. C. fol ſerrato-dentatis planis alternis, caule ſimpliciſſimo, flor. pendulis.

rubens. 23. C. fol. fuſiformibus ſubdepreſſis, cyma quadrifida folioſa, flor. ſeſſilibus, ſtaminibus reflexis. *Fl. dan. t. 82* Sedum rubens. *Sp. plant. 619. deſcr. excluſis ſynonymis plerisque. Flores albi, ſubtus rubentes carina. Stamina 5, caeterum Sedo annuo ſimile ſtatura.*

verticillaris. 24. C. caule herbaceo, fol. patentibus, flor. verticillaris ariſtatis. *Mant. 361. Syſt. nat. 3. p. 230.* Sedum annuum minimum ſtellatum rub um. *Magn. monſp. 233. t. 237.* Tillaea erecta. *Hort. Upſ. 24.*

nudicaulis. 25. C. fol. ſubulatis radicalibus, caule nudo.

orbicularis. 26. C. ſarmentis proliferis determinate folioſis, fol. patentiſſimis imbricatis. *Mant. 361.*

pellucida. 27. C. caule flaccido repente, fol. oppoſitis.

columnaris. 28. C. caule pollicari, fol. rotundis imbricatis, faſciculo ſubrotundo terminali. *Suppl. p. 191.*

—— †

barbata. 29. C. fol. connatis articulatis barbatis hemiſphaericis imbricatis, caule ſubrotundo, floribus verticillatis *Suppl. p. 188.*

argentea. 30. C. fol. connatis ovatis integris argenteis, caule tecto, corymbo ſupradecompoſito. *Suppl. p. 188*

veſtita. 31. C. fol. connatis deltoidibus obtuſis, caule tecto, flor. terminalibus capitatis. *Suppl. p. 188.*

corallina. 32. C. fol. connatis deltoidibus obtuſis, caule tecto, flor. umbellatis. *Suppl. p. 188.*

retroflexa. 33. C. fol. connatis oblongis remotis planis, caule ſimplici, cyma compoſita, pedicellis retrofractis. *Suppl. p. 188.*

deltoidea. 34. C. fol. connatis deltoidibus patulis acutis, caule tecto, flor. corymboſis. *Suppl. p. 189.*

cordata. 35. C. fol. petiolatis cordatis, caule folioſo, flor. terminalibus ſolitariis pedunculatis. *Suppl. p. 189.*

mon-

† *Inſcius, Craſſulae numeroſae novae, in Supplemento ſignificatae, utrum ad fruteſcentes an herbaceas referendae ſint, exceptis paucis, omnes et ſingulas junctim huc colloco.* M.

montana. 36. C. fol. connatis ovatis acutis ciliatis, caule ſubnudo, flor. aggregatis. *Suppl. p. 189.*

mollis. 37. C. fol. connatis tereti-triquetris glabris mollibus, caule ſimplici erecto, corymbo trichotomo ſuprave compoſito. *Suppl. p. 189.*

crenulata. 38. C. fol. connatis lanceolatis punctato-crenulatis, caule folioſo, corymbo decompoſito. *Suppl. p. 189.*

alpeſtris. 39. C. fol. connatis ovatis acutis quadrifariam imbricatis, capitulis pedunculatis, caule folioſo. *Suppl. p. 189.*

pyramidalis. 40. C. fol. connatis ovatis obtuſis quadrifariam incumbentibus, capitulis ſeſſilibus. *Suppl. p. 189.*

ſpicata. 41. C. fol. connatis lineari-ſubulatis, ſcapo ſubnudo, ſpica verticillata: verticillis inferioribus remotioribus. *Suppl. p. 189.*

turrita. 42. C. fol. connatis quadrifariam imbricatis ovato-oblongis acutis ciliatis. *Suppl. p. 189.*

rupeſtris. 43. C. fol. connatis ovatis integris glabris, corymbo ſupradecompoſito. *Suppl. p. 189.*

thyrſiflora. 44. C. fol. perfoliatis ovatis ciliatis patulis, corymbo compoſito attenuato. *Suppl. p. 190.*

capitella. 45. C. fol. connatis oblongis cartilagineo-ciliatis patulis, capitulis verticillatis. *Suppl. p. 190.*

pubeſcens. 46. C. fol. connatis ovatis acutis villoſis, caule ramoſo, flor. corymboſis. *Suppl. p. 190.*

cephalophora. 47. C. fol. connatis lineari-oblongis obtuſis integris, capitulis lateralibus pedunculatis. *Suppl. p. 190.*

tomentoſa. 48. C. villoſo-ſcabra, fol. connatis lanceolatis villoſis ciliatis, caule ſubnudo terminato ſpica verticillata. *Suppl. p. 190.*

Cotyledonis. 49. C. fol. connatis oblongis tomentoſis ciliatis, caule ſubnudo, flor. corymboſis aggregatis. *Suppl. p. 190.* — *Diſtincta a* Craſſula Cotyledone *Jacq. ſupra ſignificata. Retineo tamen nomen terminatione diſcrepans, ne in alterutrum botanicum injurius videar.* M.

tecta. 50. C. fol. connatis ovatis obtuſis cinereo-lamelloſis, ſcapo nudo, capitulo terminali. *Suppl. p. 190.*

perforata. 51. C. fol. oppoſito-perfoliatis ovatis, caule ſimplici, floribus pedunculato-ſubverticillatis. *Suppl. p. 190.*

1255. MAHERNIA. *Cal.* 5 dentatus. *Petala* 5. *Nectaria* 5, obcordata, filamentis ſuppoſita. *Capſ.* 5 locularis.

verticillata. 1. M. foliis verticillatis linearibus. *Mant.* 59.
pinnata. 2. M. fol. tripartito-pinnatifidis Hermannia pinnata. *Sp. pl.* 943. *Hermanniis affinis, ſed ob Nectaria nequeunt eodem charactere combinari.*

393. SIBBALDIA. *Cal.* o-fidus. *Petala* 5, calyci inſerta. *Styli* e latere germinis. *Sem.* 5.
40.

procumbens. 1. S. foliolis tridentatis. *Fl. dan. t.* 32.
erecta. 2. S. foliolis linearibus multifidis.
altaica. 3. S. foliis tricuſpidatis, floribus ſingularibus. *Suppl. p.* 191.

POLYGYNIA.

394. MYOSURUS. *Cal.* 5-phyllus, baſi adnatus. *Nectaria* 5, ſubulata, petaliformia. *Sem.* numeroſa.
407.

minimus. 1. Myosurus. *Fl. dan. t.* 406. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

CLAS-

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. Calyculati calyce corollaque inſtructi.*

* *Muſa.* (Cfr. Polygam. Monoec.) * *Chamaerops.* * *Corypha.* (Cfr. App.)

. . LICUALA. *Cor.* 3-partita. *Cal.* 3-partitus. *Nectar.* ſertiforme. *Drupa* 1-locularis.

395. BROMELIA. *Cor.* 3-partita. *Cal.* 3 partitus, ſuperus. *Bacca.*

396. TILLANDSIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-partitus, inferus. *Sem.* pappoſa.

397. BURMANNIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 1-phyllus, inferus, triquetro-alatus, coloratus.

. . LACHENALIA. *Cor.* 3-petala, receptaculo inſerta. *Cal.* ſub-triphyllus, inferus, coloratus.

398. TRADESCANTIA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus, inferus. *Filamenta* barbata.

440. BURSERA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3 phyllus, inferus. *Capſ.* baccata, monoſperma.

445. FRANKENIA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 1-phyllus, inferus. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

443. LORANTHUS. *Cor.* 6-partita. *Cal.* margo ſuperus. *Bacca* 1-ſperma.

444. HILLIA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-phyllus, ſuperus. *Fructus* 2-locularis, polyſpermus.

439. RICHARDIA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6 fidus, ſuperus. *Sem.* 3. nuda.

442. BERBERIS. *Cor.* 6 petala. *Cal.* 6 phyllus, inferus. *Bacca* 2-ſperma.

423. LEONTICE. *Cor.* 6-petala. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Bacca* inflata.

441. PRINOS. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6-fidus, inferus. *Bacca* 6-ſperma.

1384. DUROIA. *Cor.* 6-partita. *Cal.* cylindricus truncatus, ſuperus. *Pomum* hiſpidum.

1301. CANARINA. *Cor.* 6-fida. *Cal.* 6 phyllus, ſuperus. *Capſ.* 6 locularis.

. . NANDINA. *Cor.* 6-petala. *Cal.* polyphyllus, imbricatus.

438. ACHRAS. *Cor.* 12-fida. *Cal.* 6-phyllus, inferus. *Bacca* 12-ſperma.

* *Portlandia hexandra.* * *Lythra aliquot.*
* *Fumaria Cucullaria.*

** *Fl. Spathacei. ſ. Glumacei.*

400. HAEMANTHUS. *Cor.* ſupera, 6-partita. ***Involucrum*** 6-phyllum, maximum.

402. LEUCOJUM. *Cor.* ſupera, 6-petala, campanulata. *Stam.* aequalia.

401. GALANTHUS. *Cor.* ſupera, 6-petala: Petalis 3. interioribus brevioribus, emarginatis.

403. NARCISSUS. *Cor.* ſupera. 6-petala. *Nectarium* campanulatum, extra ſtamina.

404. PANCRATIUM. *Cor.* ſupera, 6-petala. *Nectarium* campanulatum, ſtaminibus terminatum.

406. AMARYLLIS. *Cor.* ſupera, 6 petala, campanulata. *Stam.* inaequalia.

405. CRINUM. *Cor.* ſupera, 6-fida, baſi tubuloſa. *Stam.* diſtantia.

399. PONTEDERIA. *Cor.* infera, 6-fida, ringens.

407. BULBOCODIUM. *Cor.* infera, 6-petala: unguibus longiſſimis ſtaminiferis.

1300. TULBAGIA. *Cor.* infera, 6-petala: tribus inferioribus. *Nectarium* cylindricum, extus petaliferum.

409. ALLIUM. *Cor.* infera, 6-petala. *Pet.* ovata, ſeſſilia.

408. APHYLLANTHES. *Cor.* infera, 6-petala. *Spathae* dimidiatae, glumoſae.

417. HYPOXIS. *Cor.* ſupera, 6-petala. *Spathae* glumaceae.

1383. EHRHARTA. *Cor.* infera, glumacea, duplex. Nectarium pateraeforme.

*** *Fl. nudi.*

432. ALSTROEMERIA. *Cor.* ſupera, 6-petala, unguibus 2 tubuloſis.

590. GETHYLLIS. *Cor.* ſupera, 6-partita. *Bacca* clavata radicalis, 1-locularis.

433. HEMEROCALLIS. *Cor.* infera, 6-partita. *Stam.* declinata.

431. AGAVE. *Cor.* ſupera, 6-fida, limbo erecto. Filamentis brevior.

430. Aloe.	*Cor.* infera. 6-fida. *Filam.* receptaculo inſerta!
428. Aletris.	*Cor.* infera, 6-fida, rugoſa.
426. Polianthes.	*Cor.* infera. 6-fida: Tubo curvato.
425. Convallaria.	*Cor.* infera, 6-fida. *Bacca* 3-ſperma.
427. Hyacinthus.	*Cor.* infera, 6-fida. *Germinis* ad apicem pori 3 melliferi.
1382. Phormium.	*Cor.* infera, 6-petala: *petalis* tribus exterioribus brevioribus.
421. Asphodelus.	*Cor.* infera, 6-partita: nectarii valvulis 6 ſtamiferis.
422. Anthericum.	*Cor.* infera, 6-petala, plana.
418. Ornithogalum.	*Cor.* infera, 6-petala. *Filam.* alternis baſi dilatatis.
419. Scilla.	*Cor.* infera, 6-petala, decidua. *Filam.* filiformia.
420. Cyanella.	*Cor.* infera, 6-petala: petalis exterioribus propendentibus.
1256. Dracaena.	*Cor.* infera, 6-petala. *Bacca* 3-ſperma.
. . Pollia.	*Cor.* infera, 6-petala. *Bacca* polyſperma.
424. Asparagus.	*Cor.* infera, 6-petala. *Bacca* 6-ſperma.
413. Gloriosa.	*Cor.* infera, 6-petala, reflexa, caudata.
414. Erythronium.	*Cor.* infera, 6-petala, reflexa petalis baſi 2 callis.
412. Uvularia.	*Cor.* infera, 6-petala, baſi fovea nectarifera; erecta.
411. Fritillaria.	*Cor.* infera, 6-petala, baſi fovea nectarifera; ovata.
410. Lilium.	*Cor.* infera, 6-petala: petalis baſi canaliculato-tubuloſis.
415. Tulipa.	*Cor.* infera, 6-petala, campanulata. *Stylus* 0.
429. Yucca.	*Cor* infera, 6-petala, patens. *Stylus* 0.
416. Albuca.	*Cor.* infera, 6-petala. *Stamin.* ſterilia 3. *Stigm.* cinctum cuſpidibus 3.
. . Lindera.	*Cor.* infera, 6-petala. *Capſula.*
1381. Massonia.	*Nectarium* inferum. *Cor.* 6-petala, nectario inſerta.

**** *Fl. Incompleti.*

435. Orontium.	*Spadix* multiflorus. *Follic.* 1-ſpermus.
434. Acorus.	*Spadix* multiflorus. *Capſ.* 3-locularis.
436. Calamus.	*Cal.* 6-phyllus. *Peric.* retrorſum imbricatum, 1-ſpermum.

437. Juncus. Cal. 6-phyllus. Capſ. 1-locularis.
446. Peplis. Cal. 12 fidus. Capſ. 2-locularis.

DIGYNIA.

1387. Falckia. Cal. 1 phyllus. Cor. 1-petala. Sem. 4.
449. Atraphaxis. Cal. 2 phyllus Cor. 2-petala. Sem. 1, compreſſum.
1386. Gahnia. Glumæ 2-valvis irregularis. Nectar. 2-valve filamenta involuens. Stigm. dichotomum.
448. Oryza. Glum. 1-flora. Cor. 2-glumis. Sem. 1, oblongum.

TRIGYNIA.

* *Fl. inferi.*

457. Colchicum. Cal. ſpatha. Cor. 6-petaloidea.
454. Melanthium. Cal. 0. Cor. 6-petala: petalis ſtaminiferis.
455 Medeola. Cal. 0. Cor. 6-petala. Bacca 3-cocca.
458 Helonias. Cal. 0. Cor. 6 petala. Capſ. 3-locularis.
456. Trillium. Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala. Bacca 3-locularis.
453. Triglochin. Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala. Capſ. baſi dehiſcens.
451. Rumex. Cal. 3-phyllus. Cor. 3-petala. Sem. 1, triquetrum.
452. Scheuchzeria. Cal. 6 phyllus. Cor. 0. Capſ. 3, 1-ſpermae.
. . Wurmbea. Cal. 6 partitus. Cor. 0. Capſ. 3-locularis, polyſperma.

* *Fl ſuperi.*

450. Flagellaria. Cal. 6-phyllus. Cor. 0. Pericarp. 1-ſpermum.

TETRAGYNIA.

459. Petiveria. Cal. 4 phyllus. Cor. 0. Sem. 1, ariſtis uncinatis.

POLYGYNIA.

460. Alisma. Cal. 3 phyllus. Cor. 3-petala. Pericarp. plura.

MONO-

MONOGYNIA.

. . LICUALA. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* -partita. *Nectarium* ſertiforme. *Drupa* 1-locularis. *Thunb. in act. ſtockh.* 1782. *p.* 284. *Diſſ. n. gen. pl. p.* 70. M.

ſpinoſa. LICUALA. *Thunb. l. c. Rumph. herb. amb. vol.* 1. *p.* 44. *tab.* 9.

395. BROMELIA. *Cal.* 3-fidus, ſuperus. *Petala* 3: 408. *Squama* nectarifera ad baſin petali. *Bacca* 3-locularis.

Ananas. 1. B. foliis ciliato-ſpinoſis mucronatis, ſpica comoſa.

Pingvin. 2. B. fol. ciliato-ſpinoſis mucronatis, racemo terminali. *Jacq. amer.* 91. — *Ed.* 2. *pict. p.* 47. M. *Trew. Ehr. t.* 51. *Pro ſepibus vivis, ut poſſent fere inde moenia fieri. Jacq. hiſt.* 92.

Karatas. 3. B. fol. erectis, floribus acaulibus ſeſſilibus aggregatis. *Jacq. amer.* 90. *hort.* 31. 32. — *Jacq. amer. pict. p.* 47. *t.* 260. *f.* 24. *quoad florem et fructum.* M. *Miraculum naturae pro conſervatione fructus in maturitatem. Mant.* 362. *Stolones inter folia, peracto fructu, procumbentia ſubulato-filiformes, radicantes, propagantes plantam.*

lingulata. 4. B. fol. ſerrato-ſpinoſis obtuſis, ſpicis alternis.

nudicaulis. 5. B. fol. radicalibus dentato-ſpinoſis; caulinis integerrimis.

humilis. 6. B. ſubacaulis, floribus aggregatis ſeſſilibus, axillis ſtoloniferis. *Jacq. vind.* 306.

Acanga. 7. B. panicula diffuſa, fol. ciliato ſpinoſis mucronatis recurvatis. *Sp. pl. p.* 285. Bromelia foliis ſpinoſis oblique recurvis, fructibus diſperſis racemoſis. *Hort. upſ.* 73. Caraguata. *Piſ. braſ.* 90. *t.* 91. Mexocotl. ſ. Manguei. *Hern. mex.* 272. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 4. *t.* 22. *f.* 7. *Diſtinguenda itaque a Br. Karatas.*

396. TILLANDSIA. *Cal.* 3-fidus, perſiſtens. *Cor.* 3-fida, campanulata. *Capſ.* 1-locularis. *Sem.* pappoſa.
409.

utriculata. 1. T. culmo paniculato.
ſerrata. 2. T. foliis ſuperne ſerrato ſpinoſis, ſpica comoſa.
lingulata. 3. T. fol. lanceolato-lingulatis integerrimis baſi ventricoſis. *Jacq. amer.* 92. *t.* 62. — *Ed.* 2. *pict. p.* 48. *t* 92. M. *Colligit etiam aquam.*
tenuifolia. 4. T. fol. filiformibus integerrimis, ſpica ſimplici laxa — *Jacq. amer. pict. p.* 48. *t.* 93? M.
paniculata. 5. T. fol. radicalibus breviſſimis, caule ſubnudo, ram. ſubdiviſis aſcendentibus.
polyſtachia. 6. T. culmo ſpicis imbricatis lateralibus. *Jacq. amer. pict. p.* 49.? M.
monoſtachya. 7. T. fol. linearibus canaliculatis reclinatis, culmo ſimplici imbricato, ſpica ſimplici.
recurvata. 8. T. fol. ſubulatis ſcabris reclinatis, culmis uniflo-ris, gluma biflora.
uſneoides. 7. T. filiformis ramoſa intorta ſcabra.

397. BURMANNIA. *Cal.* priſmaticus, coloratus, 3-fidus: angulis membranaceis. *Petala* 3. *Capſ.* 3-locularis, recta. *Sem.* minuta.
411.

diſticha. 1. B. ſpica gemina.
biflora. 2. B. flore gemino.

.. LACHENALIA. *Cal.* ſubtriphyllus, inferus, coloratus. *Cor.* 3-petala, receptaculo inſerta. *Jacq. jun. in act. helv. vol.* 9. *tab. f.* 3. M.

tricolor. 1. LACHENALIA. *Jacq. icon. pl. rarior. tab.* 3. M.

398. TRADESCANTIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Filamenta* villis articulatis. *Capſ.* 3 locularis.
411.

virginica. 1. T. erecta laevis, floribus congeſtis. *Stigma eſſe tubuloſum. Filamenta piloſa pilis articulatis, in genere obſervetur.*
malabarica. 2. T. erecta laevis, pedunculis ſolitariis longiſſimis.

nervo-

nervoſa. 3. T. ſcapo unifloro. *Mant.* 223.

geniculata. 4. T. procumbens hirſuta. Tradeſcantia caule geniculato, baſi repente. *Jacq. amer.* 94. *t.* 64. — *Ed.* 2. *picta p.* 49. *t.* 95. M.

axillaris. 5. T. caule ramoſo, flor. ſeſſilibus lateralibus, *Mant.* 321. Commelina *axillaris*, corollis aequalibus, flor. ſeſſilibus, fol. linearibus. *Sp. pl.* 62. *Folia linearia. Flores ſolitarii. Calyx 3-partitus carinatus apicibus ciliatis: lacinia tertia planiuſcula. Corolla monopetala infundibuliformis. Tubus calyce duplo longior. Laciniae 3, patentes, breviores, coeruleae. Stamina 6 pilis articulatis. Stylus clavatus. König.*

criſtata. 6. T. repens laevis, ſpathis diphyllis imbricatis. Commelina criſtata. *Sp. pl.* 64. — *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 137. M. *Radix annua. Caules teretes, laeves, ramoſi, diffuſi, repentes. Folia lanceolata, recurvata, laevia, baſi vaginantia, vaginis ſtriatis. Spathae imbricatae, diphyllae, biflorae floribus ſeſſilibus, lunatae, ſex parium, ſecundae. Cal. corolla brevior. Petala 3, ovata, ſeſſilia, coerulea. Filamenta piloſa extus: pilis coeruleis articulatis. Stylus clavatus. Stigma tubuloſum, crenatum.*

papilionacea. 7. T. repens laevis, ſpathis triphyllis imbricatis. *Mant.* 61. 513. *Burm. ind.* 17. *t.* 7. *f.* 11. *Simillima praecedenti.*

ſpecioſa. 8. T. foliis oppoſitis connatis. *Suppl. p.* 192.

399. PONTEDERIA. *Cor.* 1-petala, 6-fida, bilabiata. *Stamina* 3, apici, 3, tubo corollae inſerta, *Capſ.* 3-locularis.
412.

ovata. 1. P. foliis ovatis, floribus capitatis.

rotundifolia. 2. P. fol. orbiculato cordatis. *Suppl. p.* 192.

vaginalis. 3. P. fol. cordatis, racemo cernuo. *Mant.* 222. *Burm. ind.* 80. Plantaginis ſtellatae foliis, florum ſpica ex utriculo caulis prodeunte. *Pluk. alm.* 215. *t.* 215. *f.* 4. Olus paluſtre. *Rumph. amb.* 6. *p.* 178. *t.* 75. *f.* 1.

corda-

cordata. 4. P. fol. cordatis, flor. ſpicatis. *Loefl. it.* 54.
haſtata. 5. P. fol. haſtatis, flor. umbellatis. *Huic Germen ſuperum, ovatum. Corolla 6-petala. Carimgola. Rheed. mal. vol. 11. p. 91. t. 44.*

400. HAEMANTHUS. *Involucr.* 6-phyllum, multiflorum. *Cor.* 6-partita, ſupera. *Bacca* 3-locularis.
412.

coccineus. 1. H. foliis linguiformibus planis laevibus.
puniceus. 2. H. fol. lanceolato-ovatis undulatis erectis.
carinatus. 3. H. fol. linearibus carinatis.
pubeſcens. 4. H. fol. linguiformibus villoſis. *Suppl. p.* 193.

401. GALANTHUS. *Petala* 3, concava. *Nectarium* ex petalis 3, parvis, emarginatis. *Stigma* ſimplex.
413.

nivalis. 1. Galanthus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 313.* M.

402. LEUCOJUM. *Cor.* campaniformis, 6-partita, apicibus incraſſata. *Stigma* ſimplex.
414.

vernum. 1. L. ſpatha uniflora, ſtylo clavato. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 312.* M.
aeſtivum. 2. L. ſpatha multiflora, ſtylo clavato. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 203.* M.
autumnale. 3. L. ſpatha multiflora, ſtylo filiformi.

1300. TULBAGIA. *Cor.* infundibulif. Limbo 6-fido. *Nectarium* coronans faucem, 3-phyllum foliolis bifidis magnitudine limbi. *Capſ* ſupera.

alliacea. 1. T. foliis ſubſiliformibus. *Suppl. p.* 193.
cepacea. 2. T. fol. lanceolato-linearibus. *Suppl. p.* 194. Tulbagia capenſis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 262. *Mant.* 223. *Jacq. hort. vol. 2. p. 52. t. 115.*

403. NARCISSUS. *Petala* 6, aequalia: *Nectario* infundibuliformi, 1-phyllo. *Stam* intra nectarium.
414.

pöeticus. 1. N. ſpatha uniflora, nectario rotato breviſſimo ſcarioſo crenulato.

Pſeudo-

Pſeudo-Narciſſus. 2. N. ſpatha uniflora, nectario campanulato erecto criſpo, aequante petala ovata.
bicolor. 2. N. ſpatha uniflora, nectario campanulato, margine patulo criſpo aequante petala.
minor. 4. N. ſpatha uniflora, nectario obconico erecto criſpo ſexfido, aequante petala lanceolata.
moſchatus. 5. N. ſpatha uniflora, nectario cylindrico truncato ſubrepando, aequante petala oblonga.
triandrus. 6. N. ſpatha ſubuniflora, nectario campanulato crenato dimidio petalis breviore, ſtamin. ternis.
orientalis. 7. N. ſpatha ſubbiflora, nectario campanulato trifido emarginato petalis triplo breviore. *Mant.* 62.
trilobus. 8. N. ſpatha ſubmultiflora, nectario campanulato ſubtrifido integerrimo petalis dimidio breviore.
odorus. 9. N. ſpatha ſubbiflora, nectario campanulato ſexfido laevi dimidio petalis breviore, fol. ſemicylindricis.
calathinus. 10. N. ſpatha multiflora, nectario campanulato ſubaequante petala, fol. planis.
Tazetta. 11. N. ſpatha multiflora, nectario campanulato plicato truncato triplo breviore petalis, fol. planis.
Bulbocodium. 12. N. ſpatha uniflora, nectar. turbinato petalis majore, genitalibus declinatis.
ſerotinus. 13. N. ſpatha uniflora, nectar. ſexpartito breviſſimo, fol. ſubulatis.
Jonquilla. 14. N. ſpatha multiflora, nectar. campanulato brevi, fol. ſubulatis.

404. PANCRATIUM. *Petala* 6: *Nectario* 12-fido. *Stam.* 417. nectario impoſita.

zeylanicum. 1. P. ſpatha uniflora, petalis reflexis.
mexicanum. 2. P. ſpatha biflora.
caribaeum. 3. P. ſpatha multiflora, foliis lanceolatis.
maritimum. 4. P. ſpatha multiflora, petalis planis, fol. lingulatis *Petala lanceolata, ſubtus linea viridi: exteriora 3 apice introrſum uncinata. Nectarium angulis bipartitis, acuminatis, longitudine filamentorum, et divaricatis ad latitudinem petalorum. Germina media umbellae ſeſſilia. Stylus declinatus. Filamenta inflexa.*

declina-

declinatum. 5. P. ſpatha multiflora, ſcapo compreſſo ancipiti, corollae laciniis tubum ſubexcedentibus, fol. lingulatis — *Jacq. amer. pict. t. 102.* M.

carolinianum. 6. P. ſpatha multiflora, fol. linearibus, ſtamin. nectarii longitudine.

illyricum. 7. P. ſpatha multiflora, fol. enſiformibus, ſtamin. nectario longioribus. *Folia Galanthi magnitudine.*

littorale. 8. P. ſpatha multiflora, ſcapo compreſſo ancipiti, corollae laciniis tubo duplo brevioribus, fol. enſiformibus. — *Jacq. ſtirp. amer. pict. t. 101.* M.

amboinenſe. 9. P. ſpatha multiflora, fol. ovatis nervoſis petiolatis. Narciſſus amboinenſis, folio latiſſimo rotundo, floribus niveis inodoris. *Comm. hort. 1. p. 77. t. 39. Stamina in α petalis breviora, in β longiora; hinc diſtincta Millero.*

1381. MASSONIA. *Nectarium* inferum. *Cor.* 6-petala nectario inſerta. *Suppl. p. 27.* — *Thunb. Diſſ. n. pl. gen. p. 39.* M.

latifolia. 1. M. foliis orbiculatis glabris. *Suppl. p. 193.* — *Thunb. l. c. p. 40.* M.

anguſtifolia. 2. M. fol. lanceolato-oblongis glabris. *Suppl. p. 193.* Maſſonia lanceolata *Thunb. l. c. p. 40.* M.

undulata. 3. M. fol. lanceolatis undulatis glabris. *Thunb. l. c. p. 41.* M.

echinata. 4. M. fol. ovatis muricatis piloſis. *Suppl. p. 193.*

405. CRINUM. 419. *Cor.* infundibulif. monopetala. 6-partita: laciniis 3 alternis uncinatis. *Germen* fundo corollae tectum. *Stamina* diſtantia,

latifolium. 1. C. foliis ovato-lanceolatis acuminatis ſeſſilibus planis.

aſiaticum. 2. C. fol. carinatis. Amaryllis bulbiſperma. *Burm. prodr. 9.* Belutta pola taly. *Rheed. m. 11. p. 75. t. 38. Rudb. elyſ. 2. t. 90 Folia bifaria equitantia. Corolla purpuraſcens marginibus albis. Stamina declinata.*

zeylanicum. 3. C. fol. ſcabro-dentatis, ſcapo compreſſiuſculo. Amaryllis zeylanica. *Sp. pl. 321.*

Ama-

Amaryllis ſpatha multiflora, corollis campanulatis aequalibus, ſcapo tereti ancipiti. *Mill. dict.*

Lilio-Narciſſus africanus, ſcillae foliis, flore niveo linea purpurea ſtriato. *Ehret. pict. 5. f. 2. Trew. Ehret. t. 13.*

Lilio Narciſſus zeylanicus latifolius, flore niveo externe linea purpurea ſtriato. *Comm. hort. 1. p. 73. t. 37. Rudb. elyſ. 2. p. 181. f. 9.*

Habitat in India orientali.

Statura *Crini americani. Folia Scillae officinalis, carnoſa, margine denticulato-ſcabra. Spatha bivalvis, praeter ramenta aliquot interiora. Germina ſeſſilia. Corollae tubus ſcapo concolor, rufeſcens. Limbus albus petalis lanceolatis, recurvis, ſubtus rubro-carinatis. Filamenta et Stylus ſanguinea.*

americanum. 4. C. corollarum apicibus introrſum uncinatis.

africanum. 5. C. fol. ſublanceolatis planis, corollis obtuſis.

tenellum. 6. C. ſpatha multiflora, corollis aequalibus, foliis filiformibus. *Suppl. p. 194.*

obliquum. 7. C. fol. lanceolatis obliquis, laciniis corollae alternis extus glanduloſis. *Suppl. p. 195.*

ſpecioſum. 8. C. fol. enſiformibus, corollis campanulatis tribus laciniis alternis calloſo unguiculatis. *Suppl. p. 195.*

lineare. 9. C. fol. linearibus, corollis campanulatis: laciniis duabus anguſtioribus. *Suppl. p. 195.*

450. FLAGELLARIA. *Cal.* 6-partitus. *Cor-* o. *Bacca* 475. 1-ſperma.

indica. 1. FLAGELLARIA. *Folia terminata cirrho, ut in Glorioſa.*

452. SCHEUCHZERIA. *Cal.* 6-partitus. *Cor* o. *Styli* 482. o. *Capſ.* 3, inflatae, 1-ſpermae.

paluſtris. 1. SCHEUCHZERIA. *Fl. dan. t.* 76.

. . . WURMBEA. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma. *Thunb. diſſ. n. gen. pl. p.* 18.

capenſis. 1. WURMBEA. *Thunb. l. c. c. tab.* Var. α, β, γ.

453. TRIGLOCHIN. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, calyci-482. formia. *Stylus* o. *Capſ.* baſi dehiſcens.

paluſtre. 1. T. capſulis trilocularibus ſublinearibus. *Fl. dan. t.* 411. *Radix fibroſa.*
bulboſum. 2. T. radice bulboſa fibris obtecta *Mant.* 226. *Simillimum T. paluſtri. E cap. b. ſpei.*
maritimum. 3. T. capſul. ſexiocularibus ovatis. *Fl. dan. t.* 306.

454. MELANTHIUM. *Cor.* 6-petala. *Filamenta* ex elon-483. gatis unguibus corollae.

virginicum. 1. M. petalis unguiculatis. *An dioica. Gron. virg.* 2. *p.* 55. ?

ſibiri-

ſibiricum. 2. M. petalis ſeſſilibus.
capenſe. 3. M. petalis punctatis, fol. cucullatis.
indicum. 4. M. petalis lineari-lanceolatis, fol. linearibus. *Mant. 226.*
viride. 5. M. pedunculis unifloris cernuis. *Suppl. p. 213.*
ciliatum. 6. M. petalis unguiculatis, fol. baſi cucullatis enſiformibus cartilagineo-ciliatis, floribus ſpicatis. *Suppl. p. 213.*
triquetrum. 7. M. fol. triquetris glabris caule longioribus, floribus ſpicatis. *Suppl. p. 213.*
monopetalum. 8. M. corolla monopetala, fol. cucullatis lanceolatis. *Suppl. p. 213.*

455. MEDEOLA. *Cal.* o. *Cor.* 6-partita, revoluta. *Bacca* 3-ſperma.
483.

virginicum. 1. M. foliis verticillatis, ramis inermibus.
aſparagoides. 2. M. fol. pinnatis: foliolis alternis. *Mant. 370.*

456. TRILLIUM. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Bacca* 3-locularis.
484.

cernuum. 1. T. flore pedunculato cernuo.
erectum. 2. T. flore pedunculato erecto.
ſeſſile. 3. T. flore ſeſſili erecto.

457. COLCHICUM. *Spatha. Cor.* 6-partita: tubo radicato. *Capſulae* 3 connexae, inflatae.
485.

autumnale. 1. C. foliis planis lanceolatis erectis.
montanum. 2. C. fol. linearibus patentiſſimis.
variegatum. 3. C. fol. undulatis patentibus.

458. HELONIAS. *Cor.* 6-petala. *Cal.* o. *Capſ.* 3-locularis.
485.

bullata. 1. H. foliis lanceolatis nervoſis. Veratrum racemo ſimpliciſſimo, corollis patentibus, ſtaminibus longioribus. *Mill. ic. 181. t. 272.*
aſphodeloides. 1. H. fol. caulinis ſetaceis. Aſphodelus minor albus. *Pluk. mant. 29. t. 342. f. 3.*

TETRA-

TETRAGYNIA.

459. PETIVERIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* 1: apice ariſtis reflexis.
485.

alliacea. 1. P. floribus hexandris. *Trew. Ehret.* 33. *t.* 67. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

octandra. 2. P. flor. octandris. *Jacq. amer* 201. — *Ed.* 2. *pict. p.* 52. *t.* 104. — *Simillima priori excepto numero ſtaminum conſtanti.*

POLYGYNIA.

460. ALISMA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Sem.* plura.
486.

Plantago. 1. A. foliis ovatis acutis, fructibus obtuſe trigonis. *Fl. dan. t.* 561. — *Mill. illuſtr. ic* M. *β.* Plantago aquatica anguſtifolia. *Bauh. pin.* 190.

flava. 2. A. fol. ovatis acutis, pedunc. umbellatis, fruct. globoſis.

Damaſonium. 3. A. fol. cordato-oblongis, flor. hexagynis, capſ. ſubulatis.

cordifolia. 4. A. fol. cordatis obtuſis, flor. dodecandris, fructibus uncinato-mucronatis.

natans. 5. A. fol. ovatis obtuſis, pedunc. ſolitariis. Aliſma foliis gramineis et ovatis, caule repente, umbella pauciflora. *Zinn. Fl. goett.* 112. *Capſulae ſaepius* 8. *Flores nonnulli ex eadem ſpatha.*

ranunculoides. 6. A. fol. lineari-lanceolatis, fruct. globoſo-ſquarroſis. *Fl. dan t.* 122.

ſubulata. 7. A. foliis ſubulatis.

parnaſſifolia. 8. A. fol. cordatis acutis, petiolis articulatis. *Baſſ. act. bonon.* 1768. *Mant.* 371. *Syſt. nat.* 3. *p.* 230. *Aliſma peltata foliis patulo cordatis. Tourell. pilat..* 140. Ranunculus paluſtris, flore albo, graminis parnaſſi folio. *Till. piſ.* 145. *t.* 46. *f.* 1.

CLAS-

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

461. TRIENTALIS. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita, plana. *Bacca* 1-locularis, ſicca.

1345. DISANDRA. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita, plana. *Capſ.* 2-locularis.

462. ÆSCULUS. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala, inaequalis. *Capſ.* 3-locularis, 2-ſperma.

* *Gerania africana.*

DIGYNIA.

463. LIMEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, aequalis *Capſ.* 2-locularis, polyſperma.

TETRAGYNIA.

464. SAURURUS. *Cal.* amentum. *Cor.* nulla. *Piſtill.* 4. *Baccae* 4, monoſpermae.

1387. APONOGETON. *Cal.* amentum. *Cor.* nulla. *Capſulae* 3-ſpermae.

HEPTAGYNIA.

465. SEPTAS. *Cal.* 7-partitus. *Cor.* 7-petala. *Germina* 7. *Capſ.* 7, polyſpermae.

MONOGYNIA.

461. TRIENTALIS. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita, aequalis, plana. *Bacca* exſucca
488.

europaea. 1. T. fol. lanceolatis integerrimis. *Kalm. canad.* 2. *p. 263. Fl. dan. t. 86.*

1345. DISANDRA. *Cal.* 7-phyllus. *Cor.* 7-partita plana. *Capſ.* 2-locularis. *Suppl. p. 32.*

Observ. Flos numero maxime variat.

proſtrata. 1. Disandra. Sibthorpia *peregrina*, fol. reniformibus crenatis, pedunculis geminis. *Syſt. nat. 421. Sp. plant. 880. Caules pedales ſ. bipedales, proſtrati, teretes, pubeſcentes. Folia alterna, petiolata, reniformi-orbiculata, 30 crenata pubeſcentia. Pedunculi axillares, bini, rarius 1. ſ. 3 erecti, filiformes, uniflori, petiolis altiores. Corollae luteae. An* Sibth. africana *vere diſtincta Species? Floris partes omnium maxime numero inconſtantes: ſeptenarius numerus frequentiſſimus eſt; quinarius naturaliſſimus, ſed rariſſimus, certe in culta.*

462. ÆSCULUS. *Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus, ventricoſus. *Cor.* 5-petala, inaequaliter colorata, calyci inſerta. *Capſ.* 3-locularis,
488.

Hippo-Caſtanum. 1. Æ. floribus heptandris. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

Pavia. 2. Æ. floribus octandris. *Flores in utraque Hermaphroditos et Maſculos obſervavit Dav. Royenus, Millerus. Huic calyx et corolla ſanguinea. Flores umbellati. Corolla 4-petala, clauſa.*

DIGYNIA.

463. LIMEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, aequalia. *Capſ.* globoſa, bilocularis.
488.

africanum. 1. L. foliis oblongis petiolatis. *Suppl. p. 214.* Limeum africanum. *Syſt. ed. 13. p. 291.*

aphyllum. 2. L. fol. ovatis ſeſſilibus. *Suppl. p. 214.*

TETRA-

TETRAGYNIA.

464. SAURURUS. *Cal.* amentum ſquamis 1-floris.
489. *Cor.* o. *Germina* 4. *Baccae* 4, monoſpermae,

cernuus. 1. S. caule folioſo polyſtachio. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

1387. APONOGETON. *Cal.* amentum. *Cor.* o. *Capſulae* 3-ſpermae. *Suppl. p.* 32.

monoſtachyon. 1. A. ſpica ſimplici, foliis cordato-ovalibus. *Suppl. p.* 214. Saururus natans *Mant.* 227. *Syſt. ed.* 13. *p.* 291. Parva-Kelanga *Rheed. mal.* 11. *p.* 31. *t.* 15.

diſtachyon. 2. A. ſpica bipartibili, fol. elliptico-lanceolatis. *Suppl. p.* 215.

HEPTAGYNIA.

465. SEPTAS. *Cal.* 7-partitus. *Petala* 7. *Germina* 7.
489. *Capſulae* 7, polyſpermae.

capenſis. 1. Septas. *Pluk. mant.* 65. *t.* 340. *f.* 9.

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores completi.*

478. MIMUSOPS. *Cor.* 8 petala. *Cal.* 8-phyllus, inferus. *Drupa.*

466. TROPAEOLUM. *Cor.* 5 petala. *Cal.* 5 fidus, inferus, calcaratus. *Baccae* 3. 1 ſpermae.

491. BAECKEA. *Cor.* 5 petala. *Cal.* 5-fidus, ſuperus. *Capſ.* 4 locularis.

481. MEMECYLON. *Cor.* 4 petala. *Cal.* integerrimus, ſuperus.

475. COMBRETUM. *Cor.* 4 petala. *Cal.* 5-dentatus, ſuperus. *Sem* 4.

1304. OPHIRA. *Cor.* 4-petala, ſupera. *Cal.* o. involucr. 2-valve, triflorum. *Bacca* 1-locularis.

471. EPILOBIUM. *Cor.* 4-petala, *Cal.* 4-phyllus, ſuperus. *Capſ.* 4 locularis. *Sem.* pappoſa!

470. GAURA. *Cor.* 4 petala, *Cal.* 4-fidus, ſuperus. Nux 4-ſperma.

469. OENOTHERA. *Cor.* 4 petala. *Cal.* 4-fidus, ſuperus. *Capſ.* 4 locularis. *Anther.* lineares.

468. RHEXIA. *Cor.* 4 petala. *Cal.* 4-fidus, medius. *Capſ.* 4-locul. *Anth* arcuatae.

467. OSBECKIA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, medius. *Capſ.* 4 locul. *Anth* roſtratae.

474. GRISLEA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Capſ.* 1-locularis.

1305. GUAREA. *Cor.* 4-petala nectario cylindrico. *Cal.* 4-dentatus, inferus, *Capſ.* 4-locularis, 4-valvis. *Sem.* ſolitaria.

1257. ANTICHORUS. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4 phyllus, inferus. *Capſ.* 4 locul. 4 valvis, polyſperma.

476. ALLOPHYLUS. *Cor.* 4 petala. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Stylus* bifidus.

479. JAMBOLIFERA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-dentatus, inferus. *Filamenta* planiuſcula.

482.

482. Lawsonia. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-fidus, inferus. *Bacca* 4-locularis.
472. Melicocca. *Cor.* 4-petala, refracta. *Cal.* 4-partitus. *Drupa* corticoſa. *Stigm.* peltat. anceps.
473. Amyris. *Cor.* 4-petala. *Cal* 4-dentatus, inferus. *Bacca* 1-ſperma.
128. Fuchsia. *Cor.* 8-fida. *Cal.* nullus, ſuperus. *Bacca* 4-locularis, polyſperma.
1258. Chlora. *Cor.* 8-fida. *Cal.* 8-phyllus, inferus. *Capſ.* 1-locul. 2-valvis, polyſperma.
483. Vaccinium. *Cor.* 1-petala. *Cal* 4-dentatus, ſuperus. *Filam.* receptaculi. *Bacca.*
484. Erica. *Cor.* 1-petala. *Cal.* 4-phyllus, inferus. *Filam.* receptaculi. *Capſula.*

* *Aeſculus Pavia.*
* *Monotropa Hypopithys.*
* *Ruta graveolens.*
* *Juſſieua erecta, ſuffruticoſa.*
* *Portulaca quadrifida.*
* *Dais octandra.*
* *Fagara octandra*
* *Melaſtoma octandra.*
* *Elais ſerrata.*

* * *Flores incompleti.*

487. Gnidia. *Cal.* 4-fidus, corollinus. *Pet.* 4, parva. *Stam.* exſerta.
490. Lachnaea. *Cal.* 4-fidus, corollinus, inaequalis. *Stam.* exſerta.
486. Dirca. *Cal.* elimbis, corollinus, inaequalis. *Stam.* exſerta.
485. Daphne. *Cal.* 4-fidus, corollinus, aequalis. *Stam.* incluſa. *Bacca* pulpoſa.
489. Passerina. *Cal.* 4-fidus, corollinus, aequalis. *Stam.* ſupra corollam.
488. Stellera. *Cal.* 4-fidns, corollinus, aequalis. *Stam.* incluſa. *Sem.* unicum.
1303. Dodonaea. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* bina.

* *Rivina octandra.*

DIGYNIA.

293. Weinmannia. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 2 locularis, 2-roſtris.
494. Moehringia. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 1-locularis.
1388. Codia. *Cor.* 4-petala. *Cal* 4 phyllus. *Receptaculum commune* involucratum.
1259. Schmiedelia. *Cor.* 4 petala. *Cal.* 2-phyllus. *Pericarp.* 2, pedicellata.
492. Galenia. *Cor.* o. *Cal.* 4 fidus *Capſ.* 2-locul., 2-ſperma.

* *Chryſoſplenium.*

TRIGYNIA.

497. Paullinia. *Cor.* 4 petala. *Cal.* 5-phyllus. *Capſ.* 3-locul., 1-ſperma.
498. Cardiospermum. *Cor.* 4 petala. *Cal.* 4-phyllus. *Capſ.* 3 locul., 1-ſperma.
449. Sapindus. *Cor.* 4 petala. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 3-cocca, 1-ſperma.
496. Coccoloba. *Cor.* o. *Cal.* 5 partitus. *Bacca* calycina, 1-ſperma.
495. Polygonum. *Cor.* o. *Cal.* 5-partitus. *Sem.* 1, nudum.

TETRAGYNIA.

501. Adoxa. *Cor.* 4-f. 5 fida, ſupera. *Cal.* 2-phyllus. *Bacca* 4-f. 5-ſperma.
502. Elatine. *Cor.* 4 petala. *Cal.* 4 phyllus. *Capſ.* 4-locularis.
500. Paris. *Cor.* 4-petala, ſubulata. *Cal.* 4-phyllus. *Bacca* 4-locularis.
1389. Haloragis. *Cor.* 4 petala. *Cal* 4 fidus. *Drupa* ſicca. *Nux* 4-locularis.

* *Cotyledon laciniata, nudicaulis.*

* *Petiveria octandra.*

MONO-

MONOGYNIA.

466. TROPÆOLUM. *Cal.* 1-phyllus, calcaratus. *Petala* 5, inaequalia. *Baccae* 3, ſiccae.
490.

minus. 1. T. foliis peltatis repandis, petalis acuminato-ſetaceis.
majus. 2. T. fol. peltatis ſubquinquelobis, petal. obtuſis.
hybridum. 3. T. fol. ſubpeltatis quinquelobis integerrimis, petalis variantibus. *Mant.* 64. *Planta noviter orta e praecedenti. Nectarium obtuſum. Corolla vix unquam determinata. Semina vix producit, ramis multiplicanda.*
peregrinum. 4. T. fol. ſubpeltatis quinquelobis dentatis, petalis ciliato-laceris. *Mant.* 371.

467. OSBECKIA. *Cal.* 4-fidus: *Lobis* ſquama ciliari interſtinctis. *Cor.* 4-petala. *Antherae* roſtratae. *Capſ.* 4-locularis, calycis tubo truncato cincta.
490.

chinenſis. 1. O. foliis ſeſſilibus, pedunculis axillaribus trifloris bracteatis. *Suppl. p.* 215. Osbeckia chinenſis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 295.
zeylanica. 2. O. fol. petiolatis, pedunculis axillaribus unifloris nudis. *Suppl. p.* 215.

468. RHEXIA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4, calyci inſerta. *Antherae* declinatae. *Capſ.* 4-locularis, intra ventrem calycis.
491.

virginica. 1. R. foliis ſeſſilibus ſerratis, calycibus glabris.
mariana. 2. R. fol. ciliatis.
Aciſanthera. 3. R. flor. alternis axillaribus pedunculatis quinquefidis.
Juſſioides. 4. R. fol. alternis coſtatis margine ſcabris. *Suppl. p.* 215.
glutinoſa. 5. R. fol. oppoſitis trinerviis laevibus, floribus thyrſoideis. *Suppl. p.* 216.

469. OENOTHERA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Capſ.* cylindrica, infera. *Sem.* nuda.
491.

biennis. 1. OE. foliis ovato-lanceolatis, planis, caule muricato villoſo. *Fl. dan. t. 446.* — *Mill. illuſtr. ic.* M.

parviflora. 2. OE. fol. ovato-lanceolatis planis, caule laevi ſubvilloſo. Oenothera foliis lanceolatis dentatis, caule hiſpido. *Mill. ic. 189. f. 1. Caulis ruber; ſcaber.*

muricata. 3. OE. fol. lanceolatis planis, caule purpuraſcente muricato. — *Murr. in comm. gott. 1775. p. 24. t. 1.* M. *Similis parviflorae, ſed Fructus os non 8-fidum. Caulis puncta rubra ſparſa. Ex Canada.*

longiflora. 4. OE. fol. denticulatis, caul. ſimplicibus piloſis, petalis diſtantibus bilobis. *Mant. 227.* — *Jacq. hort. v. 2. t. 172.*

octovalvis. 5. OE. fol. lanceolato-oblongis acuminatis planis glabris. — *Jacq. amer. pict. p. 52. t. 105.* M.

molliſſima. 6. OE. fol. lanceolatis undulatis.

hirta. 7. OE. hirta, fol. ſupra glabris.

ſinuata. 8. OE. fol. dentato-ſinuatis, caulis apice nutante. *Mant. 228.* — *Murr. in comm. gott. 1774. p. 44. t. 9.* M. Lyſimachia corniculata maritima, ſinuatis et pubeſcentibus foliis, virginiana. *Pluk. alm. 235. t. 203. f. 3.*

fruticoſa. 9. OE. fol. lanceolatis ſubdentatis, capſul. pedicellatis acutangulis, racemo pedunculato. Oenothera foliis lanceolatis, floribus terminalibus paniculatis. *Gouan. hort. 193. Flores parvi albi.*

pumila. 10. OE. fol. lanceolatis obtuſis glabris ſubpetiolatis, caul. proſtratis, capſul. acutangulis.

470. GAURA. *Cal.* 4-fidus, tubuloſus. *Cor.* 4-petala, adſcendens verſus latus ſuperius. *Nux* infera, 1-ſperma, 4-angula.
493.

biennis. 1. GAURA.

471. EPILOBIUM. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Capſ.* oblonga, infera. *Sem.* pappoſa.
493.

* *Staminibus declinatis.*

anguſtifolium. 1. E foliis ſparſis lineari-lanceolatis, flor. inaequalibus. *Fl. dan. t.* 289.

latifolium. 2. E. fol. alternis lanceolato-ovatis, flor. inaequalibus. *Fl. dan. t.* 565.

** *Staminibus erectis regularibus, petalis bifidis.*

hirſutum. 3. E. fol. oppoſitis lanceolatis ſerratis decurrenti-amplexicaulibus. *Fl. dan. t.* 326.

montanum. 4. E. fol. oppoſitis ovatis dentatis.

tetragonum. 5. E. fol. lanceolatis denticulatis: imis oppoſitis, caule tetragono. *Stigma certiſſime integerrimum. Willich Obſ.* 69. ?

paluſtre. 6. E. fol. oppoſitis lanceolatis integerrimis. petal. emarginatis, caule erecto. *Fl. dan. t.* 347. ?

alpinum. 7. E. fol. oppoſitis ovato-lanceolatis integerrimis, ſiliquis ſeſſilibus, caule repente. *Fl. dan. t.* 322.

1257. ANTICHORUS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Capſ.* ſupera, ſubulata, 4-locularis, 4-valvis. *Sem.* plurima.

depreſſus. 1. ANTICHORUS. *Mant.* 64. *Corchoro affinis, puſilla, procumbens plantâ.*

475. COMBRETUM. *Cal.* 4-dentatus, campanulatus, ſuperus. *Cor.* 4-petala, calyci inſerta. *Stam.* longiſſima. *Sem.* 1, quadrangulare: angulis membranaceis.
496.

laxum. 1. C. ſpicis laxis. — *Jacq. amer. pict. p* 53. M.

ſecundum. 2. C. ſpicis ſecundis. — *Jacq. amer. p.* 53. *t.* 260. *f.* 26. M.

474. GRISLEA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4 ex inciſuris
496. calycis. *Filamenta* longiſſima, adſcendentia. *Capſ.* globoſa, ſupera, 1-locularis, polyſperma.

ſecunda. 1. GRISLEA.

476. ALLOPHYLUS. *Cal.* 4-phyllus: foliolis orbicu-
496. latis: oppoſitis minoribus. *Petala* 4, calyce minora. *Germen* didymum. *Stigma* 4-fidum.

zeylanicus. 1. ALLOPHYLUS.

478. MIMUSOPS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Nectar.*
497. 16-phyllum. *Drupa* acuminata.

Elengi. 1. M. foliis alternis remotis. *Rumph amb.* 3. *t.* 63.
Kanki. 2. M. fol. confertis. *Rumph. amb.* 3. *t.* 8.

479. JAMBOLIFERA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-peta-
497. la, infundibulif. *Filamenta* planiuſcula. *Stigm.* ſimplex.

pedunculata. 1. JAMBOLIFERA. Jambolana. *Rumph. amb.* 1. *p.* 131. *t.* 24. Coryophyllus Tangu aromaticus malabaricus, folio et fructu maximo. *Pluk. alm.* 88. *t.* 274. *f.* 2. *Burm. Panicula et Flores ad Myrtum accedunt.*

472. MELICOCCA. *Cal.* 4-partitus, *Petala* 4, refle-
495. xa infra calycem. *Stigm.* ſubpeltatum. *Drupa* coriacea.

bijuga. 1. MELICOCCA. *Jacq. amer.* 108. *t.* 72. — Melicoccus bijugatus. *Jacq. amer. pict. p.* 55. M.

1305. GUAREA. *Cal.* 4-dentatus. *Petala* 4. *Nectarium* cylindricum, ore Antheras gerens. *Capſ.* 4-locularis, 4-valvis. *Sem.* ſolitaria.

trichilioides. 1. GUAREA. *Mant.* 22. — *Jacq. amer. pict. p.* 53. M. Trichilia Guara. *Sp. plant.* 551.

Jito.

Jito *Marcgr. braſ.* 169. *Piſ. braſ.* 79. t. 80.

473. AMYRIS. 495. *Cal.* 4-dentatus. *Petala* 4, oblonga. *Stigma* tetragonum. *Bacca* drupacea.

Elemifera. 1. A. foliis ternatis quinato-pinnatisque ſubtus tomentoſis. Cornus racemoſa trifolia et quinquefolia. *Plum. ic.* 100. Iccariba. *Marcgr. Braſ.* 98. *Diſtinguenda a ſequenti.*

ſylvatica. 2. A. fol. ternatis crenatis acutis. *Jacq. amer.* 107. — *Jacq. amer. pict. p.* 55. *t.* 108. *In ramo depicto duo folia pinnata quoque occurrunt* M.

maritima. 3. A. fol. ternatis crenulatis obtuſis. — *Jacq. amer. pict. p.* 55. M. *An varietas praecedentis?*

gileadenſis. 4. A. fol. ternatis integerrimis, pedunc. unifloris lateralibus. *Mant.* 65.

Opobalſamum. 5. A. fol. pinnatis: foliolis ſeſſilibus. *Mant.* 65.

toxifera. 6. A. fol. pinnatis: foliolis petiolatis planis.

Protium. 7. A. fol. pinnatis; foliolis petiolatis undulatis. *Mant.* 65. Protium javanicum. *Burm. ind.* 88.

ambroſiaca. 8. A. fol. pinnatis petiolatis, paniculis confertis axillaribus. *Suppl. p.* 216.

balſamifera. 9. A. fol. bijugis.

470. XIMENIA. 497. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4, piloſa, revoluta. *Drupa* monoſperma.

americana. 1. X. foliis oblongis pedunculis multifloris. — *Jacq. amer. pict. p.* 54. *t.* 107. M. *An ſtamina* 7?

inermis. 2. X. fol. ovatis, pedunc. unifloris.

128. FUCHSIA. 159. *Cal.* nullus. *Cor.* 8-fida. *Bacca* infera, 4-locularis, polyſperma.

triphylla. 1. F. pedunculis unifloris. *Plum. ic.* 133. *f.* 1.

multiflora. 2. F. pedunc. multifloris. *Mutis.*

excorticata 3. F. pedunc. axillaribus unifloris, fol. ouatis alternis. *Suppl. p.* 217.

1258. CHLORA. *Cal.* 8-phyllus. *Cor.* 1-petala, 8-fida. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis, polyſperma.

perfoliata. 1. C. foliis perfoliatis. Gentiana perfoliata. *Sp. pl.* 1671. Blackſtonia. *Hudſ. angl.* 146. β.

Centaurium puſillum luteum. *Bauh. pin.* 278.
Centaurium novum. *Col. ecphr.* 2. *p.* 78.

imperfoliata. 2. C. corollis ſexfidis. *Suppl. p.* 218.

quadrifolia. 3. C. fol. quaternis. Gentiana quadrifolia. *Sp. pl.* 1671.

dodecandra. 4. C. fol oppoſitis. Chironia dodecandra. *Sp. pl.* 273.

1303. DODONAEA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 3-locularis, inflata. *Sem.* bina.

viſcoſa. 1. D. foliis oblongis. *Suppl. p.* 258. *Hort. cliff.* 144. *Jacq. amer* 109. — *Ed.* 2. *pict. p.* 56. M. *Fabric. helmſt.* 2. *p.* 430. Ptelea viſcoſa. *Sp. plant.* 173 Staphylodendron foliis lauri anguſtis. *Pluk. ic.* 247. *f.* 2. Thlaſpidioides arboreſcens, fructu racemoſo. *Barrer. aequin.* 109.

anguſtifolia. 2. D. fol. linearibus. *Suppl. p.* 218.

482. LAWSONIA. *Cal.* 4-fidus. *Petala* 4. *Stamina* 4
498. parium. *Capſ.* 4-locularis, polyſperma.

inermis. 1. L. inermis, foliis ſubſeſſilibus ovatis utrinque acutis. *Suppl. p.* 219. Lawſonia inermis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 300.

Acronychia. 2. L. inermis, fol. longe-petiolatis cuneiformibus. *Suppl. p.* 219.

ſpinoſa. 3. L. ramis ſpinoſis.

481. MEMECYLON. *Cal.* ſuperus fundo ſtriato, mar-
497. gine integerrimo. *Cor.* 1-petala. *Anth.* inſertae lateri apicis filamenti. *Bacca* coronata calyce cylindrico.

capitellatum. 1. M. foliis ovatis.

483. VACCINIUM. *Cal.* ſuperus. *Cor.* 1-petala. *Fila-*
498. *menta* receptaculo inſerta. *Bacca* 4-locularis, polyſperma.

* *Foliis annotinis ſ. deciduis.*

Myrtillus. 1. V. pedunculis unifloris, foliis ſerratis ovatis deciduis, caule angulato.

ſtami-

ſtamineum. 2. V. pedunc. ſolitariis unifloris, antheris corolla longioribus. fol. oblongis integerrimis.

uliginoſum. 3. V. pedunc. unifloris, fol. integerrimis obovatis obtuſis laevibus. *Fl. dan. t. 231. Tenella folia baſi ciliata.*

hirtum. 4. V. pedunc. unifloris, fol. ovatis ſerratis, racemis teretibus divaricatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

album. 5. V. pedunc. ſimplicibus, fol. integerrimis ovatis ſubtus tomentoſis.

mucronatum. 6. V. pedunc. ſimpliciſſimis unifloris, fol. ovatis mucronatis glabris integerrimis.

corymboſum. 7. V. floribus corymboſis ovatis, fol. oblongis acuminatis integerrimis.

frondoſum. 8. V. racemis filiformibus folioſis, fol. oblongis integerrimis.

liguſtrinum. 9. V. racem. nudis, caule fruticoſo, fol. crenulatis oblongis.

bracteatum. 10. V. racem. foliatis, fol. ſerratis acutis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

ciliatum. 11. V. racem. foliatis, fol. ovatis integris hiſpidis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

Arctoſtaphylos. 12. V. flor. racemoſis, fol. crenulatis ovatis acutis, caule arboreo.

** *Foliis ſempervirentibus.*

Vitis idaea. 13. V. racem. terminalibus nutantibus, fol. obovatis revolutis integerrimis ſubtus punctatis. *Fl. dan. t. 40.*

Oxycoccos. 14. V. fol. integerrimis revolutis ovatis, caulib. repentibus filiformibus nudis. *Fl. dan. t. 80.*

hiſpidulum. 15. V. fol. integerrimis revolutis ovatis, caulib. repentibus filiformibus hiſpidis.

484. ERICA. 501. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-fida. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Antherae* bifidae. *Capſ.* 4-locularis.

* *Antheris ariſtatis, foliis compoſitis.*

vulgaris. 1. E. antheris ariſtatis, corollis campanulatis ſubaequalibus, calicibus duplicatis, foliis oppoſitis ſagittatis. — *Fl. dan. t. 677.* M.

lutea.

Erica daboecia: *vide* Andromedam Daboeciam, *quae octandra flore quadrifido Ericae, ſed antheris et habitu Andromedae.*

lutea. 2. E. anth. ariſtatis, cor. ovatis acuminatis, flor. congeſtis, fol. oppoſitis linearibus. *Mant. 234. Corollae luteae.*

—— *foliis ternis.*

halicacaba. 3 E. anth. ariſtatis, cor. ovatis inflatis, ſtylo incluſo, flor. ſolitariis, fol. ternis. *Corolla magnitudine glandis quernae.*

regerminans. 4. E. anth. ariſtatis, cor. ovatis, ſtylo incluſo, cal. acutis, flor. racemoſis, fol. ternis. *Mant.* 232 *Ramus ſpicam continuans.*

Monſoniana. 5. E. anth. ariſtatis, cor. oblongis inflatis, ſtylo incluſo, calyce calyculato, flor. terminalibus ramulorum obtuſorum, fol. ternis. *Suppl. p. 223.*

mucoſa. 6. E. anth. ariſtatis, cor. ſubgloboſis mucoſis, ſtylo incluſo, fol. ternis. *Mant. 232.*

bergiana. 7. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, cal. reflexis, fol. ternis. *Mant. 235.*

depreſſa. 8. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, flor. raris, fol. ternis, caul. depreſſo. *Mant. 230.*

pilulifera. 9. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, fol. ternis, flor. umbellatis. *Corollae globoſo campanulatae.*

viridipurpurea. 10. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, fol ternis, flor. ſparſis. *Variat foliis quaternis.*

pentaphylla. 11. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, fol. ternis, flor. pubeſcentibus. Erica urceolaris. *Berg. cap. 107.*

nigrita. 12. E. antheris ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, cal. imbricatis trifloris ſeſſilibus. *Mant. 65. Burm. prodr. 11.* Erica laricina. *Berg. cap.* 94. Erica afr. folio corios minore, flore albo. *Seb. muſ. 2. p. 11. t. 9. f. 7. Flores albi antheris nigris.*

planifolia. 13. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. ternis patentiſſimis. *Berg. cap. 100. Rami filiformes, repentes. Flores violacei. Folia ovata, acuta, ciliata.*

ſcoparia. 14. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis ſtigmate exſerto peltato, fol. ternis. Erica coris folio IV. *Cluſ. hiſt. 1. 42. Vulgatiſſima Luſitaniae. Folia brevi diffluunt.*

arbo-

arborea. 15. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto. fol. ternis, ramulis incanis. Erica coris folio 1. *Cluſ. hiſt. 1. p. 4. Flores Convallariae albi. Caules albidi.*

veſpertina. 16. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. ternis. *Suppl. p. 221.*

—— *foliis quaternis.*

ramentacea. 17. E. anth. ariſtatis, cor. globoſis, ſtylo incluſo, ſtigmate duplicato, fol. quaternis ſetaceis. *Mant. 65.* Erica multumbellifera. *Berg. cap. 110. Stigma inferius ſubrotundum, ſuperius quadrifidum. Flores umbellati.*

perſoluta. 18. E. anth. ariſtatis, cor. campanulatis, ſtylo incluſo, cal. ciliatis, fol. quaternis. *Mant. 230.* Erica ſubdivaricata. *Berg. cap. 114.*

Tetralix. 19. E. anth. ariſtatis, cor. ovatis, ſtylo incluſo. fol. quaternis ciliatis, flor. capitatis. *Fl. dan. t. 81. Bis in anno floret.*

pubeſcens. 20. E. antheris ariſtatis, cor. ovatis, ſtylo incluſo, fol. quaternis ſcabris, flor. ſeſſilibus lateralibus. *β,* E. parviflora. *Sp. pl 25. Corolla pubeſcens.*

abietina. 21. E. anth. ariſtatis, cor. groſſis, ſtylo incluſo. fol. quaternis, flor. ſeſſilibus. Erica folio juniperi, floribus purpureis oblongis. *Buxb. cent. 4. p. 25. t. 41, 42. Berg cap. 105. Corollae cylindricae, foliis duplo longiores.*

mammoſa. 22. E. anth. ariſtatis, cor. groſſis, ſtylo exſerto, fol. quaternis. *Mant. 234. Corollae ovato-cylindricae, magnae, E. cerinthoidis. Stigma turbinatum, 4-angulare.*

caffra. 23. E. anth. ariſtatis, cor. ovatis, ſtylo exſerto, fol. quaternis pubeſcentibus, flor. congeſtis. *Magnitudo Juniperi.*

ſeſſiliflora. 24. E. anth. ariſtatis (*addo* cor. clavatis M.) ſtylo exſerto, ſpica floribus ſeſſilibus deflexis oblongis, fol. quaternis. *Suppl. p. 222.*

—— *foliis ſparſis.*

faſcicularis. 25. E. anth. ariſtatis, cor. groſſis, ſtylo incluſo, flor. faſciculatis, fol. pluribus linearibus truncatis. *Suppl. p. 219.*

** *An-*

** *Antheris criſtatis, foliis ternis.*

triflora. 26. E. anth. criſtatis, cor. globoſo-campanulatis, ſtylo incluſo, fol. ternis flor. terminalibus. *Rami et pedunculi tomentoſi. Corollae longitudine calycis.*

baccans. 27. E. anth. criſtatis, cor. globoſo-campanulatis tectis. ſtylo incluſo, fol. ternis imbricatis. *Mant. 233.* Erica afr. glabra fruticoſa, arbuti flore. *Seb. muſ. 1. p. 32. t 21. f. 3.*

gnaphalodes. 28. E. anth. criſtatis. cor. ovatis tectis, ſtylo incluſo, fol. ternis, ſtigmate quadripartito. *Berg. cap. 119.* Erica afr. tenuifolia, unedonis flore. *Pluk. mant. 68 t. 346. f. 11.*

corifolia. 29. E. anth. criſtatis, cor. ovatis, ſtylo incluſo, cal. turbinatis, fol ternis, flor. umbellatis. *Berg. cap. 108. Stigma capitatum*

articularis. 30. E. anth. criſtatis, cor. ovatis acuminatis, ſtylo incluſo calyce longiore, fol. ternis. *Calyx lanceolatus corolla longior, coloratus.*

calycina. 31. E. anth. criſtatis cor. ovatis, ſtylo incluſo, cal. patentiſſimis rotatis, fol. ternis. *Erica gnaphalodes. Berg. cap. 119. Folia triquetra. Bracteae alternae. Calyx obtuſus.*

cinerea. 32. E. anth. criſtatis, cor. ovatis ſtylo ſubexſerto, fol. ternis, ſtigmate capitato. *Fl. dan. t. 38.* *β.* Erica ternis per intervalla ramulis. *Bauh. pin. 486.* Erica coris folio V. *Cluſ. hiſt. 1. p. 43. Flores coeruleſcentes.*

paniculata. 33. E. anth. criſtatis. cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. ternis, flor. minutis. Erica milleflora. *Berg. cap 96. (279. lege 175.)*

auſtralis. 34. E. anth. criſtatis cor cylindricis. ſtylo exſerto, fol. ternis patentibus, *Mant. 231. Flores ſubſeſſiles. Corollae laciniae caneſcentes. Stigma capitatum.*

—— *foliis quaternis.*

phyſodes. 35. E. antheris criſtatis, cor. ovatis inflatis, ſtylo incluſo. fol. quaternis, flor. ſubſolitariis. *Berg. cap. 108. Corollae magnitudine Piſi, viſcidae.*

empetrifolia. 36. E. anth. criſtatis, cor. ovatis, fol. quaternis, flor. ſeſſilibus lateralibus. *Berg. cap 28. Folia ſparſa, ut Lycopodii, quaſi ſpiraliter, unde numerus eorum difficilis.*

cernua.

cernua. 37. E. anth. criſtatis incluſis, flor. ovatis capitatis, calycibus ciliatis, fol. quaternis. *Montin. in n. act. upſ. vol. 2. p. 292. tab. 9. f. 3.* Erica *cernua*, fol. quaternis ſtylo incluſo corolla ovata, calyce ciliato, floribus octonis cernuis. *Suppl. p. 222.*

retorta. 38. E. anth. ſubcriſtatis, cor. ovato-oblongis, ſtylo mediocri, fol. quaternis recurvis. *Suppl. p. 220.* Erica retorta *Montin. in act. ſtockh. a. 1774. p. 297. tab. 7.*

*** *Antheris muticis incluſis: foliis oppoſitis.*

tenuifolia. 39. E. anth. muticis incluſis, cor. calyceque ſanguineis, fol. oppoſitis. *Berg. cap. 116.* Erica afric. corios folio minore. *Seb muſ. 2. p. 11. t. 9. f. 8. Flores ſanguinei. Stylus incluſus.*

Paſſerinae. 40. E. anth. muticis incluſis, cor. campanulatis, piſtillo exſerto, fol. oppoſitis. *Suppl. p. 221.* — *An* Erica paſſerina *Montin. in n. act. upſ. vol. 2. p. 289. tab. 9. fig. 1.*? M.

—— *foliis ternis.*

albens. 41. D. anth. muticis incluſis, cor. ovatis oblongis acutis, fol. ternis, racemis ſecundis. *Mant. 233. Calyx et Corolla alba.*

ſpumoſa. 42. E. anth. muticis incluſis, cor. ternis calyce communi obtectis, ſtylo exſerto, fol. ternis. *Berg. cap. 103.* Erica ſcarioſa. *Berg. cap. 102. Calyx imbricatus, ſanguineus. Corollae campanulatae, flavicantes. Stylus longiſſimus, nutans.*

capitata. 43. E. anth. muticis mediocribus, corollis tectis calyce lanato, fol. ternis, flor. ſeſſilibus. *Berg. cap. 94. Corolla ſemiquadrifida, obtuſa, calyce non longior. Antherae in meis incluſis. Stylus exſertus.*

melanthera. 44. E. anth. muticis mediocribus, cor. campanulatis calyce colorato longioribus, ſtylo exſerto, fol. ternis. *Mant. 232. Calyx ſanguineus, latior quam longus. Corolla campanulato-hypocrateriformis. Antherae atrae, longitudine limbi corollae.*

Thunbergii. 45. E. anth. muticis mediocribus, corollis planis: tubo globoſo, ſtylo exſerto, fol. ternis. *Suppl. p. 220.*

p. 220. Erica Thunbergii *Montin. in n. act. upſ. vol. 2. p. 290. tab. 9. f. 2.*

abſynthioides. 46. E. anth. muticis incluſis, cor. ovato-campanulatis, ſtylo exſerto, ſtigmate infundibuliformi, fol. ternis. *Mant. 66.*

ciliaris. 47. E. anth muticis incluſis, cor. ovatis groſſis, ſtylo exſerto, fol. ternis, racemis ſecundis. *Folia ovata, ciliata, patentiſſima. Corollae magnae, ore inaequali.*

hiſpidula. 48. E. anth. muticis incluſis, cor. ſubrotundis, fol. ſubternis ovatis acutis ciliatis, caule hiſpido. *Suppl. p. 222.*

leucanthera. 49. E. anth. muticis exſertis, flor. ternis, cor. campanulata, cal. albo, ſtylo exſerto, fol. ternis. *Suppl. p. 223.*

—— *foliis quaternis.*

tubiflora. 50. E. anth. muticis incluſis, cor. clavatis groſſis, ſtylo incluſo, fol. quaternis ſubciliatis. Erica *Seb. muſ. 1. T. 20. f. 4. Corollae pubeſcentes laciniis lanceolatis. Stylus vix exſertus.*

curviflora. 51. E. anth. muticis incluſis, cor. clavatis groſſis, ſtylo incluſo, fol. quaternis glabris. Erica *Seb. muſ. 2. t. 19. f. 5, Affinis praecedenti. Corollae pubeſcentes laciniis lanceolato-ſubulatis. Sed Rami piloſi et Folia glabra.*

coccinea. 52. E. anth. muticis ſubincluſis, cor. clavatis groſſis, ſtylo incluſo, cal. hirſutis, fol. quaternis. *Corollae pubeſcentes, Flores copioſi.*

cerinthoides. 53. E. anth. muticis incluſis, cor. clavatis groſſis, ſtigmate incluſo cruciato, fol. quaternis. *Flores ſubcapitati, pubeſcentes. Calyx quaſi duplicatus.*

faſtigiata. 54. E. anth. muticis incluſis, cor. hypocrateriformibus faſciculatis, ſtylo incluſo, fol. quaternis. *Mant. 66. Flores erecti laciniis ſubcordatis rubris ſupra albis.*

cubica. 55. E. anth. muticis incluſis, cor. campanulatis acutis ſtylo incluſo, calyc. tetragonis, fol. quaternis. *Mant. 233. Folia patentia. Calyx foliolis obcordatis, carinatis.*

denticulata. 56. E. anth. muticis incluſis, cor. ovato-infundibuliformibus, ſtylo incluſo, cal. denticulatis, fol. quaternis. *Mant. 229. Flores ſubfaſciculati.*

viſca-

viſcaria. 57. E. anth. muticis incluſis, cor. campanulatis glutinoſis, ſtylo incluſo, fol. quaternis, flor. racemoſis. *Mant. 231. Stigma quadrilobum.*

granulata. 58. E. anth. muticis incluſis, cor. globoſis, ſtylo incluſo, cal. ſubimbricatis, fol. quaternis. *Mant. 234. Similis E. ramentaceae. Stigma capitatum.*

comoſa. 59. E. anth. muticis incluſis, cor. ovato-oblongis, ſtylo incluſo, fol. quaternis, flor. congeſtis. *Mant. 234. Corollae E. albentis. Flores congeſti, laterales infra caulis apicem.*

Sparrmani. 60. E. anth. multicis (*addo* ſubincluſis M.), capitulis quadrifloris, cor. tubuloſis ſtrigoſo-hiſpidis, fol. quaternis imbricatis ciliatis. *Suppl. p. 219. Act. ſtockh. 1778. p. 24. t. 2.*

Maſſoni. 61. D. anth. muticis incluſis, cor. cylindricis groſſis, floribus capitatis, fol. octofariis imbricatis pubeſcentibus. *Suppl. p. 221.*

**** *Antheris muticis exſertis, foliis ternis.*

Plukenetii. 62. E. anth. muticis longiſſimis exſertis, cor. cylindricis, ſtylo exſerto, cal. ſimplicibus, fol. ternis. *Similis E. Petiveri, ſed Calyx ſimplex. Corollae obſolete quadrifidae, rubrae.*

Petiveri. 63. E. anth. muticis longiſſimis exſertis, cor. acutis, ſtylo exſerto, cal. imbricatis, fol. ternis. *Mant. 235.* Erica Plukenetii. *Berg. cap. 91. deſcr. Similis E. Plukenetii, ſed Calyx duplex. Corollae luteae, acute quadrifidae. Folia ſquarroſo-imbricata, nec diſtantia.*

nudiflora. 64. E. anth. muticis exſertis, cor. cylindricis, ſtylo exſerto, fol. ternis, ramis tomentoſis. *Mant. 229. Flores ſparſi. Calyx minimus. Stylus capillaris.*

Bruniades. 65. E. anth. muticis exſertis, cor. tectis calyce lanato, ſtylo exſerto, fol. ternis, flor ſparſis. *Calyx tegit totam Corollam ſubtruncatam.*

imbricata. 66. E. anth. muticis exſertis, cor. campanulatis, calyce imbricatis ſtylo exſerto, fol. ternis. Erica quinquangularis. *Berg cap. 372. Flores laterales albi. Corollae tectae calyce.*

umbellata. 67. E. anth. muticis exſertis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. ternis acerofis. *Antherae baſi gibboſo-caudatae Corollae coeruleſcentes.*

—— *foliis quaternis, pluribusve.*

purpuraſcens. 68. E. anth. muticis exſertis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. quaternis, flor. ſparſis. *Calyx ſubulatus. Corollae cylindricae. Antherae profunde bifidae. Folia 3 ſ. 4na, at in ſummis ramulis 5na obſervante Seguiero.*

vagans. 69. E. anth. muticis exſertis, cor. campanulatis, ſtylo exſerto, fol. quaternis, flor. ſolitariis. *Mant. 230.*

herbacea. 70. E. anth. muticis exſertis, cor. oblongis, ſtylo exſerto, fol. quaternis, flor. ſecundis *Hyemalis planta β.* 14. E. carnea *Sp. plant n.* 14. *Haec vernalis, flores perficiens. Jacq auſtr. t 32.*

multiflora. 71. E. anth. muticis exſertis, cor. cylindricis, ſtylo exſerto, fol. quinis, flor. ſparſis. *Folia patentia, obtuſa, baſi gibba.*

mediterranea. 72. E. anth. muticis exſertis, cor. ovatis, ſtylo exſerto, fol. quaternis patentibus, flor. ſparſis, *Mant.* 229. Erica maxima purpuraſcens, longioribus foliis. *Bauh. pin.* 485. Erica foliis corios quaternis, flore purpuraſcente. *Bauh. hiſt. 1. p* 356. Erica coris folio II. *Cluſ. hiſt. 1. p.* 42. *Rami albi, angulati.*

—— —— †

tetragona. 73. E. fol. ternis, ſtylo incluſo, corolla tetragona oblonga, calyce lineari, floribus racemoſis ſecundis. *Suppl. p. 223.*

grandiflora. 74. E. fol. quaternis, ſtylo exſerto, corolla cylindrica, calyce ſimplici, floribus lateralibus ſubcurvatis. *Suppl. p. 223.*

1304.

Clavis Ericae 1. *Antherae* ariſtatae aut muticae.
2 *Antherae* incluſae aut exſertae.
3. *Folia* oppoſita 2, 3, 4. plurave.
4. *Stigma* incluſum aut exſertum.
5. *Corollae* figura.
6. Exclude *Andromedam Daboeci, droſeroidem.*
Cfr. *Diſſ. de Erica Upſal.* 1770. *de his omnibus.*

† *Subnecto duas has ſpecies Ericae, quibus locus aptior ob defectum deſcriptionum adſignari nequit.* M.

1304. OPHIRA. *Involucr.* bivalve, 3-florum. *Cor* 4-petala, ſupera. *Bacca* 1-locularis.

ſtricta. 1. Ophira. *Mant.* 229.

485. 509. DAPHNE. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida, corollacea, marceſcens, ſtamina includens. *Bacca* 1-ſperma.

* *Floribus lateralibus.*

Mezereum. 1. D. flor. ſeſſilibus ternis caulinis, fol. lanceolatis deciduis. *Fl. dan. t.* 268.

Thymelaea. 2. D. flor. ſeſſilibus axillaribus, fol. lanceolatis, caulibus ſimpliciſſimis. *Ger. prov. t.* 17. *f.* 2

pubeſcens. 3. D. flor. ſeſſilibus lateralibus aggregatis, fol. lanceolato-linearibus, caule pubeſcente. *Mant.* 66.

villoſa. 4. D. flor. ſeſſilibus lateralibus ſolitariis, fol. lanceolatis planis ciliatis piloſis confertis.

Tarton-raira. 5. D. flor. ſeſſilibus aggregatis axillaribus, fol. ovatis utrinque pubeſcentibus nervoſis.

alpina. 6. D. flor. ſeſſilibus aggregatis lateralibus, fol. lanceolatis obtuſiuſculis, ſubtus tomentoſis Chamaelea pumila ſaxatilis, flore pallido. *Barr. ic.* 234. Daphnoides foliis ſupinis hirſutis. *Geſn. faſc.* 6. *t.* 3. *f.* 7. *Folia juniora hirſuta, adulta calva.*

Laureola. 7. D. racem. axillaribus quinquefloris, fol. lanceolatis glabris. — *Jacq. Fl auſtr. v* 2. *t* 183. M. *Racemi axillares, laterales, nutantes, bracteis concavis, alternis, abſque floribus in ſuis alis. Flores* 5 *terminales, racemi in umbellulam congeſti. Flores triſtes colore, odore, tempore.*

pontica. 8. D. pedunc. lateralibus bifloris, fol. lanceolato-ovatis.

dioica. 9. D. flor. axillaribus geminis, fol. lineari-lanceolatis. *Suppl. p* 223. Daphne dioica *Gouan. bot.* 27. *tab.* 17. *f* 1.

** *Floribus terminalibus.*

indica. 10. D. capitulo terminali pedunculato, fol. oppoſitis oblongo-ovatis glabris.

Cneorum. 11. D. flor. faſciculatis terminalibus ſeſſilibus, fol. lanceolatis nudis mucronatis. — *Jacq. Fl.*

 auſtr.

auſtr. v. 5. t. 426. M. Thymelaea minor ſ. Daphnoides alpinum. *Geſn. faſc. 5. t. 3. f. 6.*

Gnidium. 12. D. panicula terminali, fol. lineari-lanceolatis acuminatis *Caules humifuſi. Folia* [illegible], *glabra. Flores congeſti, cinƈti foliis,* [illegible]*lentes, ſupra rubri. Bis quotannis florens.*

ſquarroſa. 13. D. flor. terminalibus pedunculatis, fol. ſparſis linearibus patentibus mucronatis.

oleoides. 14. D. flor. geminis terminalibus ſeſſilibus, fol. elliptico-lanceolatis glabris. *Mant. 66.*

foetida. 15. D. glabra, flor. terminalibus congeſtis ſeſſilibus, fol. oppoſitis petiolatis ovato-oblongis acutis. *Suppl. p 223.*

rotundifolia. 16. D. hirſuta, flor. terminalibus congeſtis ſeſſilibus, fol oppoſitis ellipticis ſubpetiolatis obtuſis glabris. *Suppl. p. 223. Rami tomentoſi cani.*

odora. 17. D. flor. aggregatis ſeſſilibus terminalibus, fol. ovatis alternis glabris. *Thunb. jap. mſpt.* M.

486. DIRCA. 512. *Cal.* o. *Cor.* tubuloſa limbo obſoleto. *Stam.* tubo longiora. *Bacca* 1-ſperma.

paluſtris. 1. DIRCA.

487. GNIDIA. 512. *Cal.* infundibulif. 4-fidus. *Petala* 4. calyci inſerta. *Sem.* 1, ſubbaccatum.

pinifolia. 1. G. foliis ſparſis linearibus: floralibus verticillatis. *Mant 375. Berg. cap.* 122. Valerianoides aethiopica fruteſcens. *Seb. muſ. 2. p. 32.* t. 32. *f. 5. Calyx albus. Petala lanceolata, calyce breviora. Stamina 4 intra tubum, 4 extra.*

radiata. 2. G. fol. ſubulatis triquetris acutis, capitul. terminalibus ſeſſilibus radiatis, braƈteis lanceolatis. *Mant. 67. Burm. prodr.* 12.

ſimplex. 3. G. fol. omnibus linearibus acutis, flor. terminalibus ſeſſilibus. *Mant. 67. Burm. prodr.* 12. Gnidia viridis. *Berg. cap. 125.* Thymelaea foliis paſſerinae. *Breyn. cent 10. t. 6*

tomentoſa. 4. G. fol. ſparſis ovato-oblongis glabris, margine ſcabris. Gnidia pubeſcens *Berg. cap.* 124. *Ramulorum apices lanati ut congeneres. Folia ſuprema ſubpubeſcentia. Stamina 4 exſerta; 4 in ſauce. Petala parva, emarginata.*

ſericea.

ſericea. 5. G. fol. ovatis tomentoſis: floralibus quaternis, caule hirſuto, florum corona ſetis octo. Paſſerina ſericea. *Sp. pl* 513. Nectandra ſericea. *Berg. cap.* 131. *Faux Floris coronata filis 8 coloratis, longitudine corollae, extra petala. Stamina in fauce 4, in tubo 4.*

oppoſitifolia. 6. G. fol. oppoſitis lanceolatis. *Mant.* 375. Thymelaeae africanae ſanamundae prioris Cluſii facie. *Pluk. alm.* 367. *t.* 323. *f.* 7. *β.* Paſſerina laevigata. *Sp. pl.* 513. *Cultu in hortis Petala acquirit. Folia ſuprema apice ſanguinea. Flores terminales, extus villoſi. Stamina, praeter callos iſtos 4 ſupra faucem, ſunt 4 ſub fauce, 4 in medio tubi.*

capitata. 7. G. fol. ſparſis lanceolatis glabris, flor. capitatis bracteis obvallatis, pedunculo nudo. *Suppl. p.* 224.

filamentoſa. 8. G. fol. elliptice ovatis glaberrimis approximatis, flor. capitatis, filamentis capillaribus. *Suppl. p.* 224.

imbricata. 9. G. fol. oblongis quadrifariam imbricatis ſericeis, flor. terminalibus in axillis foliorum. *Suppl. p.* 225.

pinifolia. 10. G. fol. lineari-ſubulatis ſupra planis acutis, flor. binis axillaribus. *Suppl. p.* 225.

daphnaefolia. 11. G. decandra, fol. oblongis planis integerrimis, capitulo terminali pedunculato involucrato, flor. quinquefidis. *Suppl. p.* 225.

hirſuta. *α.* fol. oblongis ſpathulatis hirſute canis, flor. minoribus.

glabra. *β.* fol. oblongis verſus baſin alternatis nudiuſculis, flor. majoribus.

488. STELLERA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida. *Stam.* breviſſima. 512. *Sem.* 1, roſtratum.

Paſſerina. 1. S. foliis linearibus, flor. quadrifidis. *Facies Theſii alpini. Folia glabra. Flores laterales ſeſſiles in lana minuta.*

Chamaejaſme. 2. S. fol. lanceolatis, coroll. quinquefidis.

489. PASSERINA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida. *Stam.* tubo impoſita. *Sem.* 1. corticatum.
513.

filiformis. 1. P. foliis linearibus convexis quadrifariam imbricatis, ramis tomentoſis. *Corollae tubus longitudine germinis. Folia floralia baſi margine lato membranaceo, quod non in reliquis. (Excluſo Synonymo Breynii).*

hirſuta. 2. P. fol. carnoſis extus glabris, caul. tomentoſis.

ericoides. 3. P. fol. linearibus laevibus ſubimbricatis, corollis globoſis. *Mant 236. Facies Ericae. Corollae tubo globoſae.*

capitata. 4. S. fol. linearibus glabris, capitulis pedunculatis tomentoſis. *Folia ſparſa, linearia, laevia. Capitula terminalia, globoſa, pedunculata, tomentoſa. Pedunculi tomentoſi, incraſſati. Flores multi, absque tubo ſeſſiles. Stamina ſupra faucem 16, quorum 8 interiora caſtrata.*

ciliata. 5. P. fol lanceolatis ſubciliatis erectis, ramis nudis. *Berg. cap. 126.*

uniflora. 6. P. fol linearibus oppoſitis, flor. terminalibus ſolitariis, ramis glabris. *Berg. cap. 128. Flores coerulei. Stamina 8 ad faucem floris. Antherarum rudimenta 8 latent in fundo floris.*

anthylloides. 7. P. fol. ovatis villoſis, flor. capitatis hirſutis. *Suppl. p. 225.*

ſpicata. 8. P. fol. ovatis villoſis, flor. lateralibus ſolitariis. *Suppl. p. 225.*

laxa. 9 P. fol. ovatis ſparſis, flor. capitatis, ramis laxis cernuis. *Suppl. p. 226.*

grandiflora. 10. P. glaberrima, fol. oblongis acutis concavis extus rugoſis, flor. terminalibus ſeſſilibus ſolitariis. *Suppl. p. 226.*

Gnidia. 11. P. diandra glaberrima, fol. lanceolatis acutis. *Suppl. p. 226.*

piloſa. 12. P. diandra piloſa, fol. linearibus obtuſis. *Suppl. p. 226.*

proſtrata. 13. P. diandra piloſa, fol. ovatis. *Suppl. p. 227.*

490. LACHNAEA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida: limbo inaequali. *Sem.* 1, ſubbaccatum.
514.

eriocephala. 1. L. capitulis ſolitariis lanatis, fol. quadrifariam imbricatis.

conglomerata. 2. L. capitulis confertis, fol. laxis.

491.

491. BAECKEA. *Cal.* infundibulif. 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* globoſa, 4-locularis, coronata.
514.

fruteſcens. 1. BAECKEA.

DIGYNIA.

1259. SCHMIEDELIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Germina* pedicellata, flore longiora.

racemoſa. 1. SCHMIEDELIA. *Mant.* 514. 67. Uſubis triphylla. *Burm. ind.* 89. *t.* 32. *f.* 1.

492. GALENIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Capſ.* ſubrotunda, 2-ſperma.
515.

africana. 1. G. erecta fruticoſa, fol. linearibus carnoſis. *Suppl. p.* 227. Galenia africana *Syſt. ed.* 13. *p.* 310. — *Mill. illuſtr. ic.* M. Frutex afric. folio roſmarini tenuiore, flore et fructu chenopodii. *Boerh lugdb.* 2. *p.* 267. *Frutex ruſticus, habitu Tetragoniae, licet minuta omnia, et totus obſolete papilloſus. Caulis teres ſetulis raris reflexis. Folia oppoſita, linearia, ſeſſilia, perennia. Flores ſeſſiles, albi, in panicula dichotoma.*

procumbens. 2. G. procumbens, fol. ovatis canaliculatis: apice patulo recurvato. *Suppl. p.* 227.

493. WEINMANNIA. *Cal.* 4-phyllus, *Cor.* 4-petala. *Capſ.* 2-locularis, biroſtris.
115.

glabra. 1. W. foliis pinnatis: foliolis obovatis crenatis laevibus. *Suppl. p.* 228. Weinmannia pinnata. *Syſt. ed.* 13. *p.* 310. Arbuſcula *Ramis oppoſitis: ultimis ſubpubeſcentibus. Folia oppoſita, pinnata cum impari: Petiolo communi alato, articulis ſubovatis; Foliola* 11-13, *parva, nuda, obtuſa, oppoſita, ſeſſilia, obovata, latere interiore verſus baſin anguſtiora, ſerraturis utrinque* 3 *ſ.* 4. *Stipulae ovatae, magnitudine foliorum, deciduae, inter paria petiolorum ſolitariae. Racemi terminales, ſolitarii, pedunculati, foliis longiores, erecti, ſimplices. Floribus numeroſis, albis, magnitu-*

dine Tiarellae. Pedicellis unifloris, e ſingulis punctis pedunculi pluribus. Calyx foliolis oblongis, quatuor, patentibus, albis. Petala 4, lanceolata, calyce triplo longiora. Stamina capillaria, corolla duplo longiora. Germen ovatum, biſulcum. Styli 2, albi, filiformes. Stigmata capitata. Copioſe in Inſula S. Crucis. A D. Browne.

tomentoſa. 2. W. fol. pinnatis: foliolis ovatis integerrimis ſubtus tomentoſis, ſtipulis caducis. *Suppl. p. 227.*

trifoliata. 3. W. fol. ternatis: foliolis elliptice lanceolatis ſerratis glaberrimis, paniculis compoſitis. *Suppl. p. 227.*

racemoſa. 4. W. fol. ſimplicibus ovatis ſerratis utrinque glaberrimis, ſtipulis nullis. *Suppl. p. 227.*

394. MOEHRINGIA. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Capſ.*
515. 1-locularis, 4-valvis.

muſcoſa. MOEHRINGIA. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 449.* M.

1388. CODIA. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Receptaculum commune* involucratum. *Suppl. p. 34.*

montana. 1. CODIA. *Suppl. p 228.*

TRIGYNIA.

495. POLYGONUM. *Cal.* 0. *Cor.* 5-partita, calycina.
516. *Sem.* 1, angulatum.

* Atraphaxoides, *caule fruteſcente.*

fruteſcens. 1. P. caule fruticoſo, calycinis foliolis duobus reflexis. Polygonum fruticoſum, petalis 2 exterioribus reflexis *Gmel. ſib. 3. p. 60. t. 12. f. 2. et 1. Calyx diphyllus. Petala 3, obcordata. Stigmata 3. Fructus triqueter.*

** Biſtortae, *ſpica unica.*

Biſtorta. 2. P. caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, fol. ovatis in petiolum decurrentibus. *Fl. dan. t. 421.*

viviparum. 3. P. caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, fol. lanceolatis. *Fl. dan. t. 13.* — *Mill. illuſtr. ic.* M. Biſtorta alpina ſ. minor. *Camer. epit. 684.*

Spicae

Spicae flores inferiores in bulbos tranſeunt ſaepe viviparas.

*** Perſicariae, *piſtillo bifido, aut ſtamina minus 8.*

virginianum. 4. P. floribus pentandris ſemidigynis, corollis quadrifidis inaequalibus, fol. ovatis.

lapathifolium. 5. P. flor. pentandris ſemidigynis, ſtamin. corollae regulari aequalibus. *Caulis erectus. firmus, laevis. Vaginae pubeſcentes, ciliatae. Folia ovata, petiolata, magnitudine Phytolaccae. Pedunculi oppoſitifolii, longitudine foliorum, ſpicato-racemoſi.*

amphibium. 6. P. flor. pentandris ſemidigynis, ſpica ovata. *Fl. dan. t. 282. Varietas Aquatica ſtaminibus flore brevioribus, Terreſtris longioribus. Jacq.*

filiforme. 7. P. flor. pentandris digynis, ſpicis filiformibus, fol. ovatis, ſtipulis ciliatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

ocreatum. 8. P. flor. pentandris trigynis, fol. lanceolatis. Polygonum ſpicis longis copioſiſſimis. *Gmel. ſib. 3. p. 51. t. 8.*

Hydropiper. 9. P. flor. hexandris ſemidigynis, fol. lanceolatis, ſtipul. ſubmuticis.

Perſicaria. 10. P. flor. hexandris digynis, ſpicis ovato-oblongis, fol. lanceolatis, ſtipulis ciliatis. — *Fl. dan. 702.* M. Polygonum flor. hexandris digynis, fol. lanceolatis, ſtipulis ciliatis, caule divaricato patulo. *Hudſ. angl. 148.* Perſicaria puſilla repens. *Raj. angl. 3. p. 145.* Perſicaria minor. *Bauh. pin. 101. Moriſ. hiſt. 2. ſ. 5. t. 29.*

barbatum. 11. P. flor. hexandris trigynis, ſpicis virgatis, ſtipul. truncatis ſetaceo-ciliatis, fol. lanceolatis. *Pluk. phyt. 210. f. 7. (Excluſo Sloanei ſynonymo).*

orientale. 12. P. flor. heptandris digynis, fol. ovatis, caule erecto, ſtipul. hirtis hypocrateriformibus.

penſylvanicum. 13. P. flor. octandris digynis, pedunc. hiſpidis, fol. lanceolatis, ſtipul. muticis. Perſicaria mitis major, foliis pallidioribus. *Raj. angl. 3. p. 145. Hudſ.*

**** Polygona *foliis indiviſis, floribus octandris.*

maritimum. 14. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. ovali-lanceolatis ſempervirentibus, caul. ſuffruteſcente.

aviculare. 15. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. lanceolatis, caule procumbente herbaceo. — *Fl. dan. t. 803.* M.

erectum. 16. P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. ovalibus, caule erecto herbaceo.

articulatum. 17. P. flor. octandris trigynis. ſpicis articulatis paniculatis, ſtipul. vaginalibus truncatis.

divaricatum. 18. P. flor. octandris trigynis racemoſis, fol. lanceolatis, caule divaricato patulo. Perſicaria caule diffuſo. *Gmel. ſib. 3. p. 58. t. 11. f. 2. mala.* Perſicaria montana, foliis longioribus anguſtioribus, floribus racemoſis. *Amm. ruth. 240. β.* Polygonum ſpicis paniculatis. *Gmel. ſib. 3 p. 57. t. 11. f. 1.*

undulatum. 19. P. flor. octandris trigynis racemoſis, fol. lanceolatis acuminatis undulatis. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 34. t. 5.* M. Polygonum *ſibiricum*, floribus octandris trigynis racemoſis, fol. ovato-lanceolatis undulatis ſcabris, ſtipulis hirtis. *Suppl. p. 228.*

ſerratum. 20. P. foliis crenatis.

***** Helxine *foliis ſubcordatis.*

chinenſe. 21. P. flor. octandris trigynis, pedunc. ſcabris, fol. ovatis, bracteis cordatis. *Burm. ind. 90. t. 30. f. 3.*

ſagittatum. 22. P. fol. ſagittatis, caule aculeato. *Gmel. ſib. 3. p. 65. t. 13. f. 2. Interdum ſcandit frutices.*

arifolium. 23. P. fol. haſtatis, caule aculeato. *Caulis ſcandens.*

glabra. 3. R. fol. lanceolatis glabris. *Berg. cap.* 144.

hirſuta. 4. R. fol. lanceolatis hirſutis.

polyandra. 5. R. fol. ovatis ſubtus tomentoſis, ſtaminibus plurimis. *Suppl. p.* 240. *Polygama et polyandra.*

557. HYDRANGEA. *Capſ.* 2-locularis, 2-roſtris, circumſciſſa.
568.

arboreſcens. 1. Hydrangea. *Mill. ic. t.* 251.

556. CUNONIA. *Cor.* 5 petala. *Cor.* 5-phyllus. *Capſ.* bilocularis, acuminata, polyſperma. *Styli* flore longiores.
569.

capenſis. 1. Cunonia. *Glandulae ſpatiformes, axillares, petiolatae.*

537. TRIANTHEMA. *Cal.* ſub apice mucronatus. *Cor.* 0. *Stam.* 5-ſ. 10. *Germen* retuſum. *Capſ.* circumſciſſa.
325.

monogyna. 1. T. floribus pentandris monogynis. Trianthema Portulacaſtrum. *Sp. plant.* 325. *Mant.* 69.

pentandra. 2. T. flor. pentandris digynis. *Mant.* 70.

decandra. 3. T. flor. ſubdecandris digynis. *Mant.* 70. Zaleja. *Burm. ind.* 110.

558. CHRYSOSPLENIUM. 569. *Cal.* 4-f. 5-fidus, coloratus. *Cor.* 0. *Capſ.* 2-roſtris, 1-locularis, polyſperma.

alternifolium. 1. C. foliis alternis. *Fl. dan. t. 366.*

oppoſitifolium. 2. C. fol. oppoſitis. *Fl. dan. t. 365.*

559. SAXIFRAGA. 570. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 2-roſtris, 1-locularis, polyſperma.

* *Foliis indiviſis, caule ſubnudo.*

Cotyledon. 1. S. foliis radicatis aggregatis lingulatis cartilagineo-ſerratis, caule paniculato. *Fl. dan. t. 241. Variat Panicula ramoſiſſima multiflora et ſubramoſa pauciflora, Petalis immaculatis et punctatis, idque conſtanter.*

mutata. 2. S. fol. radicalibus aggregatis lingulatis cartilagineo-ſerratis, caule racemoſo folioſo, (*addo* M.) calyce villoſo et viſcido.

Aizoon. 3. S. fol. radicatis aggregatis lingulatis cartilagineo-ſerratis, caule ſubracemoſo, calyce glabro. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. t. 438.* M.

penſylvanica. 4. S. fol. lanceolatis denticulatis, caul. nudo paniculato, flor. ſubcapitatis.

androſacea. 5. S. fol. lanceolatis obtuſis piloſis, caule nudo bifloro. *Pluk. alm. 331. t. 222. f. 2.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 389.* M.

caeſia. 6. S. fol. linearibus perforato-punctatis aggregatis recurvatis, caul. multifloro. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 374.* M. Sedi ſpecies minima. *Geſn. faſc. 24. t. 11. f. 30. Foliorum baſis ciliata. Schmied. Varietas Mant. 382.*

burſeriana. 7. S. fol. aggregatis imbricatis triquetris ſubulatis laevibus, caule ſubnudo unifloro. Saxifraga foliis craſſis pungentibus, caule viſcoſo paucifloro. *Hall. act. helv. 6. p. 10. t. 39. Flores lactei lineis pallidis. Varietatem hujus caulibus 5-floris: floribus faſtigiatis e monte Canzo Italiae. Vandelli.*

ſedoi-

ſedoides. 8. S. fol. aggregatis alternis oppoſitisque ſublanceolatis, flor. pedunculato. *Caulis ramoſiſſimus, filiformis, depreſſus, apicibus terminatis. Foliis aggregatis, linearibus, laevibus. Pedunculus ſaepe uniflorus, rarius 2-ſ. 3-florus. Flos ſuperus.*

bryoides. 9. S fol. ciliatis inflexis imbricatis, caul. nudiuſculo multifloro. *Mant. 383. Petala flava maculis fulvis.*

bronchialis. 10. S. fol. imbricatis ſubulatis ciliatis ſpinoſis, caul. ſubnudo multifloro. *Gmel. ſib. 4. p. 164. t. 65. f. 2.*

ſtellaris. 11. S. fol. ſerratis, caul. nudo ramoſo, petal. acuminatis. *Fl. dan. t. 23. Calyx reflexus.*

craſſifolia. 12. S. fol. ovalibus retuſis obſolete ſerratis petiolatis, caule nudo, panic. conglomerata. *Linn. dec. 2. p. 27. t. 14. Gmel. ſib. 4 p. 166. t. 66. Folia coriacea, palmaria. Flores ruberrimi.*

nivalis. 13. S. fol. ovatis crenatis ſubſeſſilibus, caul. nudo, flor. congeſtis. *Fl. dan. t. 28.*

punctata. 14. S. fol. ſubrotundis dentatis longius petiolatis, caule nudo.

ſarmentoſa. 15. S. fol. radicalibus ſubrotundis cordatis crenatis, ſarmentis axillaribus radicantibus, corolla irregulari, racemo compoſito. *Suppl. p. 240.* — Sekika vulgo Kiſinſo it. Jakinoſta *Kämpf. am. exot. p. 870.* Cfr. *Schreb. Monographia in Beſchr. d. Dionaea Muſcipula ed. 2. p. 14. t. 2. 3.* Saxifraga *ligulata*, foliis ſubrotundis ſubtus papilloſis, panicula ſecunda, petalis binis inferioribus longiſſimis. *Murr. in comm. gott. 1781. p. 26. t. 1.* Saxifraga *ſtolonifera,* foliis inciſo-lobatis piloſis caule ſubnudo erecto paniculato. *Thunb. in Act. Upſ. nov. tom. 3. p. 208.* Conf. Saxifraga ſarmentoſa. *Thunb. jap. mſpt.* Saxifraga *ſtolonifera*, foliis ſubrotundis crenatis caule paniculato ſubnudo, petalis duobus maximis tribus minimis. *Jacq. in Litt. Miſcell. v. 2. p. 321. Icon. rar. t. 15.* M.

umbroſa. 16. S. fol. ovatis ſubretuſis cartilagineo-crenatis, caul. nudo paniculato.

hirſuta. 17. S. fol. cordato-ovalibus retuſis cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato. *Calyx reflexus.*

cunei-

cuneifolia. 18. S. fol. cuneiformibus obtuſiſſimis repandis, caul. nudo paniculato. *Calyx reflexus.*

Geum. 19. S. fol. reniformibus dentatis, caule nudo paniculato. *Calyx reflexus.*

** *Foliis indiviſis, caule folioſo.*

oppoſitifolia. 20. S. fol. caulinis oppoſitis imbricatis: ſummis ciliatis. *Fl. dan. t. 34. Varietas ſterilis. Geſn. faſc. 26. t. 9. f. 3.*

aſpera. 21. S. fol. caulinis lanceolatis alternis ciliatis, caul. procumbentibus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 31.* M. *Ger. prov. 423. Mant. 383. Flores ſuperi.*

Hirculus. 22. S. fol. caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caul. erecto. *Fl. dan. t. 200. Gmel. ſib. 4. p. 165. t. 65. f. 3. Mant. 383. Caulis ſimplex, ſaepe biflorus. Caulis reflexus. Petala nervoſa. Flor. dan. t. 200.*

aizoides. 23. S. fol. caulinis lineari-ſubulatis ſparſis nudis inermibus, caul. decumbentibus. *Fl. dan. t. 72. Mant. 383.*

muſcoides. 24. S. fol. radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque, ſcapo gracili, ſuberecto paucifloro, flor. ſubſeſſilibus. *Jacq. Miſc. v. 2. p. 125.* Saxifraga foliis integris et trifidis, caule ſubnudo, paucifloro. *Hall. hiſt. helv. n. 988. Corolla citrina.* M.

autumnalis. 25. S. fol. caulinis linearibus alternis ciliatis: radicalibus aggregatis. *Varietas S. aizoides ex mente Halleri, Jacquini.*

rotundifolia. 26. S. fol. caulinis reniformibus dentatis petiolatis, caul. paniculato.

granulata. 27. S. fol. caulinis reniformibus lobatis, caul. ramoſo, radice granulata. *Fl. dan. t. 514.* — *Mill. illuſtr. ic.* M. *Germen inferum.*

*** *Foliis lobatis, Caulibus erectis.*

bulbifera. 23. S. fol. palmato-lobatis: caulinis ſeſſilibus, caul. ramoſo bulbifero. *Fl. dan. t. 22. Germen inferum.*

cernua. 29. S. fol. caulinis palmatis petiolatis, caul. ſimpliciſſimo unifloro bulbifero. *Fl. dan. t. 22. Germen ſuperum. Variat caule ramoſo.*

rivula-

rivularis. 30. S. fol. caulinis palmatis: ſummo florali ovato, caul. ſimplici ſubbifloro. *Fl. dan. t. 118.*

geranioides. 31. S. fol. radicalibus reniformibus quinquelobis multifidis, caulinis linearibus, caul. ſubnudo ramoſo. *Mant. 383.*

ajugifolia. 32. S. fol. radicalibus palmato-quinquepartitis, caulinis linearibus indiviſis, caul. adſcendentibus multifloris.

ſibirica. 33. S. fol. caulinis reniformibus palmatis piloſis, caul. pedunculisque filiformibus.

tridactylites. 34. S. fol. caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoſo.

petraea. 35. S. fol. caulinis palmato tripartitis: laciniis ſubtrifidis, caule ramoſiſſimo laxo. *Willich. obſ. 59.*

adſcendens. 36. S. fol. caulinis cuneiformibus apice dentatis, caule adſcendente ſubvilloſo. *Mant. 384.* Saxifraga pyrenaica tridactylites latifolia. *Tournef. inſt. 253 Gouan.* Saxifraga foliis palmatis, caule denſe folioſo florigero. *Allion. pedem. 12. t. 3. f. 1.*

caeſpitoſa. 37. S. fol. radicatis aggregatis linearibus integris trifidisque, caul. erecto ſubnudo ſubbifloro. *Mant. 383. Fl. dan. t. 71. Planta glabra: Ramulis ſummis viſcidis. Corolla flava, lineata.*

moſchata. 38. S. fol. radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque una cum caule glutinoſis, hirſutis, floribus longe pedunculatis. *Jacq. Miſcell. v. 2. p. 128. Herba odorata; corolla citrina* M.

groenlandica. 39. S. fol. caulinis palmato-multifidis ſparſis: laciniis acutis, caule erecto. *Varietas S. caeſpitoſae ſecundum D. Gunnerum.*

**** *Foliis lobatis, Caulibus procumbentibus.*

cymbalaria. 40. S. fol. caulinis cordatis trilobis integrisque, caul. procumbentibus.

hederacea. 41. S. fol. caulinis ovatis lobatis, caul. filiformi flaccido.

hypnoides. 42. S. fol. caulinis linearibus integris trifidisve, ſtolonib. procumbentibus, caul. erecto nudiuſculo. *Fl. dan t 348. Planta viſcoſa Folia longius petiolata. Variat ſtolonibus gemmiferis.*

560.

560. TIARELLA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, calyci inſerta: petalis integris. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis: valvula altera majore.
580.

cordifolia. 1. T. foliis cordatis.
trifoliata. 2. T. fol. ternatis.

561. MITELLA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala, calyci inſerta: petalis pinnatifidis. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis; valvulis aequalibus.
580.

diphylla. 1. M. ſcapo diphyllo.
nuda. 2. M. ſcapo nudo. *Amm. act. petr.* 2. *p.* 352. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 175. *t.* 63. *f.* 2.

562. SCLERANTHUS. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla. *Sem.* 2, calyce incluſa.
580.

annuus. 1. S. calycibus fructus patulis. *Fl. dan. t.* 504.
perennis. 2. S. calyc. fructus clauſis. *Fl. dan. t.* 563.
polycarpos. 3. S. calyc. fructus patentiſſimis ſpinoſis, caul. ſubvilloſo.

563. GYPSOPHILA. *Cal.* 1-phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5, ovata, ſeſſilia. *Capſ.* globoſa, 1-locularis.
581.

repens. 1. G. foliis lanceolatis, ſtaminibus corolla emarginata brevioribus. *Ger. prov.* 409. *t.* 15. *f.* 2. (*Excluſo Plukenetii ſynonymo.*) — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 5. *t.* 407.
proſtrata. 2. G. fol. lanceolatis laevibus, caulibus diffuſis, piſtillis corolla campanulata longioribus. Alſine anguſtifolia caryophylloides multiflora glabra purpuraſcens, radice aſtragaliti. *Pluk. alm.* 22. *t.* 75. *f.* 2.
viſcoſa. 3. G. fol. lanceolatis, internodiis caulis ramorum et pedunculorum medio viſcoſis, petalis emarginatis. *Murr. in comm. gott.* 1783. *t* 3. M.
adſcendens. 4. G. fol. lanceolato-linearibus, caul. proſtratis, corolla ſtaminibus et piſtillis ejusdem longitudinis. *Jacq. in Litt. Hort. v.* 2. *t.* 138. M.

panicu-

paniculata. 5. G. fol. lanceolatis ſcabris, coroll. revolutis, flor. dioicis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 1.* M.

altiſſima. 6. G. fol. lanceolatis ſubtrinerviis. caulibus rectis. Lychnis caulibus dichotomis etc. *Gmel. ſib 4. p. 143. t. 60.*

Struthium. 7. G. fol. linearibus carnoſis: axillaribus confertis teretibus. *Caulis inferne fruticoſus; ex alis foliorum rudimenta foliacea Folia carnoſa, ſemiteretia, internodiis longiora. Saponis loco veteribus et hodie Hiſpanis.*

faſtigiata. 8. G. fol. lanceolato-linearibus obſolete triquetris laevibus obtuſis ſecundis. Lychnis gypſophila. *Gmel. 4. t. 61. f. 1.*

perfoliata. 9. G. fol. ovato-lanceolatis ſemiamplexicaulibus. *β, Gypſophila tomentoſa*, fol. lanceolatis ſubtrinerviis tomentoſis, caule pubeſcente. *Sp. pl. 583. Folia oleracea. ſubcarnoſa, lanceolata: inferiora ſcabra; ſuperiora glaberrima.*

muralis. 10. G. fol. linearibus planis, calycibus aphyllis, caul. dichotomo, petalis crenatis. Gypſophila foliis linearibus planis, pedunc. ſimplicibus capillaribus longis unifloris, petalis emarginatis. *Gerard. prov. 408.*

rigida. 11. G. fol. linearibus planis, caule dichotomo, pedunc. bifloris, petal. emarginatis.

ſaxifraga. 12. G. fol. linearibus, calyc. angulatis ſquamis quatuor, coroll. emarginatis. *Caulis palmaris, erectus, filiformis, dichotomus. Folia linearia, acuta. Calyx cinctus foliolis 4. tubo dimidio brevioribus Petala integerrima, emarginata, incarnato pallida, baſi ſtriis 3 purpureis obſoletis.*

564. SAPONARIA. *Cal.* 1-phyllus, nudus. *Petala* 584. 5, unguiculata *Capſ.* oblonga, 1-locularis.

officinalis. 1. S. calyc. cylindricis, fol. ovato-lanceolatis. *Fl. dan. t. 543.*

Vaccaria. 2. S. calyc. pyramidatis quinquangularibus, fol. ovatis acuminatis ſeſſilibus.

cretica. 3. S. calyc. quinquangularibus ſtriatis, caul. erecto ſubdichotomo, fol. ſubulatis.

porri-

porrigens. 4. S. calyc. cylindricis pubeſcentibus, ramis divaricatiſſimis, fructibus pendulis. *Mant. 239.* — *Jacq. hort. v. 3. t. 109.* M. Silene porrigens. *Syſt. nat. 3. p. 230.* Lychnis chalepenſis annua, fol. parum hirtis anguſtis, floſculis carneis, pediculis infirmis triuncialibus, capſulis fere rotundis. *Moriſ. hiſt. 3. p. 541. fig. mal.*

illyrica. 5. S. calyc. ſubcylindricis, caul. erecto viſcido-purpuraſcente: ramis alternis, coroll. punctatis. *Mant. 70.*

Ocymoides. 6. S. calyc. cylindricis villoſis, caul. dichotomis procumbentibus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 23.* M.

orientalis. 7. S. calyc. cylindricis villoſis, caule dichotomo erecto patulo.

lutea. 8. S. calyc. teretibus, coroll. coronatis, flor. ſubumbellatis, fol. ſublinearibus canaliculatis. *Folia ſuperiora, inprimis calyces pubeſcunt.*

565. DIANTHUS. *Cal.* cylindricus, 1-phyllus: baſi 586. ſquamis 4. *Petala* 5, unguiculata. *Capſ.* cylindrica, 1-locularis.

* *Flores aggregati.*

barbatus. 1. D. floribus aggregatis faſciculatis, ſquamis calycinis ovato-ſubulatis tubum aequantibus, foliis lanceolatis.

carthuſianorum. 2. D. flor. ſubaggregatis, ſquamis calycinis ovatis ariſtatis tubum ſubaequantibus, fol. trinerviis.

ferrugineus. 3. D. flor. aggregatis, petalis bifidis: laciniis tridentatis. *Mant. 563.* Caryophyllus montanus umbellatus, foliis variis luteis ferrugineis, italicus. *Bar rar. 648. t. 497.*

Armeria. 4. D. flor. aggregatis faſciculatis, ſquamis calycinis lanceolatis villoſis tubum aequantibus. *Fl. dan. t. 230.*

japonicus. 5. D. flor aggregatis faſciculatis, ſquamis calycinis acutis ciliatis tubo brevioribus. *Thunb. jap. mſpt.* M.

prolifer. 6. D. flor. aggregatis capitatis, ſquamis calycinis ovatis obtuſis muticis tubum ſuperantibus. *Fl. dan. t. 221.*

 ** *Flo-*

** *Flores ſolitarii, plures in eodem caule.*

diminutus. 7. D. flor. ſolitariis: ſquamis calycinis octonis florem ſuperantibus. *Nimis affinis D. prolifero.*

Caryophyllus. 8. D. flor. ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis breviſſimis, corollis crenatis.

pomeridianus. 9. D. flor. ſolitariis: ſquamis calycinis binis cordatis breviſſimis, coroll. emarginatis ſubintegerrimis. *Sp. pl. 1673.*

deltoides. 10. D. flor. ſolitariis. ſquamis calycinis lanceolatis binis, coroll. crenatis. *Fl. dan. t. 577*

rupeſtris. 11. D. flor ſolitariis, ſquamis calycinis obtuſiſſimis binis, petalis crenatis. *Suppl. p. 240.*

glaucus. 12. D. flor. ſubſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis quaternis brevibus, coroll. crenatis.

chinenſis. 13. D. flor. ſolitariis, ſquamis calycinis ſubulatis patulis tubum aequantibus, coroll. crenatis.

monſpeliacus. 14. D. flor. ſolitariis, ſquamis calycinis ſubulatis longitudine tubi, coroll. multifidis, caule erecto.

plumarius. 15. D. flor. ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis breviſſimis, coroll multifidis fauce pubeſcentibus. Caryophyllus ſylveſtris flore laciniato ſine corniculis odoro. *Bauh. pin. 210*

ſuperbus. 16. D. flor. paniculatis, ſquamis calycinis brevibus acuminatis, coroll. multifido - capillaribus, caul. erecto. *Jacq. obſ. 40. t. 25. Fl dan. t. 578.* Tunica montana altiſſima, flore tenuiſſime laciniato. *Rupp. jen. 2. p. 118. Flores fragrantiſſimi, imprimis nocte.*

*** *Caule unifloro herbaceo.*

arenarius. 17. D. caul. ſubunifloris, ſquamis calycinis ovatis obtuſis, petalis multifidis, fol. linearibus.

alpinus. 18. D. caule unifloro, coroll. crenatis, ſquamis calycinis exterioribus tubum aequantibus, fol. linearibus obtuſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 52.* M.

virgineus. 19. D. caul. ſubunifloro, coroll. crenatis, ſquamis calycinis breviſſimis, fol. ſubulatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 15.* M.

**** *Fruteſcentes.*

arboreus. 20. D. caule fruticoſo, foliis ſubulatis, petalis ſerratis. Caryophyllus arboreus ſylveſtris *Alp. exot. 39. t. 38. mala (Excluſo Tournef. ſynonymo), fruti-*

fruticoſus. 21. D. caule fruticoſo, foliis lanceolatis.
pungens. 22. D. caule ſuffruticoſo, fol. lineari-ſubulatis, petal. integris. *Mant.* 240.

TRIGYNIA.

566. CUCUBALUS. *Cal.* inflatus. *Petala* 5, unguicu-
591. lata, absque corona ad faucem. *Capſ.* 3-locularis.

bacciferus. 1. C. calycibus campanulatis, petalis diſtantibus, pericarpiis coloratis, ramis divaricatis. Lychnanthus volubilis. *Gmel. act. petr.* 1759. *vol.* 14. *p.* 525. *t.* 17. *f.* 1.
Behen. 2. C. calyc. ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, capſ. trilocularibus, coroll. ſubnudis. — *Fl. dan. t.* 857. M.
fabarius. 3. C. fol. obovatis carnoſis.
viſcoſus. 4. C. flor. lateralibus undique decumbentibus, caul. indiviſo, fol. baſi reflexis. (*Excluſo Raji ſynonymo*)
ſtellatus. 5. C. foliis quaternis.
aegyptiacus. 6. C. flor. erectis, petal. emarginatis retroflexis: utrinque denticulo notatis. *Mant.* 385.
italicus. 7. C. petal. ſemibifidus, calycibus clavatis, panicula dichotoma erecta, genitalibus declinatis, caul. erecto.
tataricus. 8. C. petal. bipartitis, flor. ſecundis decumbentibus, pedunc. oppoſitis ſolitariis erectis, caule ſimpliciſſimo.
ſibiricus. 9. C. petal. emarginatis, flor. ſubverticillatis: verticillis umbellatis aphyllis. *Gmel. ſibir.* 4. *p.* 140.
catholicus. 10. C. petal. bipartitis, flor. paniculatis, ſtamin. longis, fol. lanceolato-ovatis. *Jacq. hort. t.* 59.
molliſſimus. 11. C. petalis ſemibifidis, panicula dichotoma, caule foliiſque holoſericeis: radicalibus ſpatulatis, *Mant.* 385
Otites. 12. C. flor. dioicis, petal. linearibus indiviſis. *Fl. dan. t.* 518.
reflexus. 13. C. flor. ſpicatis alternis ſecundis ſubſeſſilibus, petalis ſubbipartitis obſoletis. Lychnis meridionalium annua hirſuta, floribus uno verſu diſpoſitis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 544. *Raji hiſt.* 996.

ſaxifragus. 14. C. petal. bifidis, calyc. ſtriatis: terminalibus ſubſeſſilibus. lateralibus pedunculatis. *Mant.* 71.

pumilio. 15. D. caul. unifloris flore brevioribus. *Mant.* 71. — Silene pumilio. *Jacq. Fl. auſtr. v.* 5. *app. t.* 2. M.

567. SILENE. 594. *Cal.* ventricoſus. *Petala* 5, unguiculata: coronata ad faucem. *Capſ.* 3-locularis.

* *Floribus ſolitariis lateralibus.*

anglica. 1. S. hirſuta, petal. emarginatis, flor. erectis, fruct. reflexis pedunculatis alternis.

luſitanica. 2. S. hirſuta, petal. dentatis indiviſis, flor. erectis, fructibus divaricato-reflexis alternis.

quinque-vulnera. 3. S. petal. integerrimis ſubrotundis, fruct. erectis alternis.

nocturna. 4. S. flor. ſpicatis alternis ſecundis ſeſſilibus, petalis bifidis.

gallica. 5. S. flor. ſubſpicatis alternis ſecundis, petal. indiviſis, fruct. erectis.

ceraſtoides. 6. S. hirſuta, petal. emarginatis, fructific. erectis, calyc. ſubſeſſilibus ſubpiloſis.

aegyptiaca. 7. S. petalis emarginatis utrinque dentatis, foliis ſubtomentoſis. *Suppl. p.* 241.

** *Floribus lateralibus conſertis.*

mutabilis. 8. S. petal. bifidis, calyc. angulatis pedunculatis, fol. lanceolato-linearibus.

nutans. 9. S. petal. bifidis, flor. lateralibus ſecundis cernuis, panicula nutante. *Fl. dan. t.* 242. *Petala apice crenata.*

amoena. 10. S. petal. bifidis: coronula ſubcoadunata, flor. ſecundis, pedunc. oppoſitis trifloris, ramis alternis.

paradoxa. 11. S. flor. racemoſis, calyc. decem-ſulcatis viſcidis, floribus aliis, ſtaminibus exſertis, aliis incluſis. *Sp. pl.* 1673. — *Jacq hort. v.* 3. *t.* 84. M. Lychnis viſcoſa peregrina noctiflora odorata. *Zanon. hiſt. t.* 109 *Petala bifida ſunt.*

fruticoſa. 12. S. petal. bifidis, caule fruticoſo, fol. lato-lanceolatis, panic. trichotoma.

bupleuroides. 13. S. petal. bifidis, flor. pedunculatis oppoſitis bractea brevioribus, fol. lanceolatis acutis glabris.

gigan-

gigantea. 14. S. petal. bifidis, fol. radicalibus cochleariformibus obtuſiſſimis, flor. ſubverticillatis.

craſſifolia. 15. S. petal. emarginatis, fol. ſuborbiculatis carnoſis hirſutis, racemo ſecundo.

viridiflora. 16. S. petalis ſemibifidis, fol. ovatis ſcabriuſculis acutis, panicula elongata ſubaphylla.

*** *Floribus ex dichotomia caulis.*

conoidea. 17. S. calyc. fructus globoſis acuminatis ſtriis triginta, fol. glabris, petal. integris.

conica. 18. S. calyc. fructus conicis ſtriis triginta, fol. mollibus, petal. bifidis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 253.* M. (*Moriſoni ſynonymon ad priorem ſpectat.*)

bellidifolia. 19. S. calyc. fructus ovatis villoſis, fol. piloſis ſubaſperis, petalis bifidis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 81.* M.

Behen. 20. S. calyc. glabris ovatis venoſo-reticulatis.

ſtricta. 21. S. petal. emarginatis, calyc. glabris reticulato-venoſis acuminatis pedunculo longioribus, caule dichotomo ſtricto.

pendula. 22. S. calyc. fructiferis pendulis inflatis: angulis decem ſcabris.

noctiflora. 23. S. calyc. decemangularibus: dentibus tubum aequantibus, caul. dichotomo, petal. bifidis.

virginica. 24. S. calyc. floris cylindricis, panic. dichotoma. Lychnis viſcoſa virginiana, flore amplo coccineo ſ. Muſcipula regia. *Pluk. alm. 231. t. 203. f. 1.*

Atocion. 25. S. calyc. fructigeris clavatis, petalis ſemibilobis, faſciculo florum terminali dichotomo, fol. obovatis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 32.* M.

antirrhina. 25. S. petal. emarginatis, calyc. ovatis, pedunc. trifidis, fol. lanceolatis ſubciliatis.

rubella. 26. S. erecta laevis, calyc. ſubgloboſis glabris venoſis, coroll. inapertis.

inaperta. 27. S. caule dichotomo paniculato, calyc. laevibus, petal. breviſſimis emarginatis, fol. glabris lanceolatis. *Sp. pl. 19. 21.*

portenſis. 28. S. caul. dichotomo paniculato, calyc. ſtriatis, petal. bifidis, fol. linearibus.

cretica. 29. S. erecta laevis, calyc. erectis decemangularibus, petalis bifidis.

Muſcipula. 30. S. petal. bifidis, caule dichotomo, flor. axillaribus ſeſſilibus, fol. glabris.

polyphylla 31. S. fol. faſciculatis ſetaceis: ramorum florentium oppoſitis.

Armeria. 32. S. flor. faſciculatis faſtigiatis, fol. ſuperioribus cordatis glabris, petal. integris. *Fl. dan. t.* 559.

orchidea. 33. S. flor. faſciculatis, petalis quadrifidis, fol. ovatis glabris. *Suppl. p.* 241.

rupeſtris. 34. S. flor. erectis, petal. emarginatis, calyc. teretibus, fol. lanceolatis. *Fl. dan. t.* 4.

Saxifraga. 35. S. caul. ſubunifloris, pedunc. longitudine caulis, floribus hermaphroditis femineisque, petal. bifidis.

valleſia. 36. S. caul. ſubunifloris decumbentibus, fol. lanceolatis tomentoſis longitudine calycis. *Mant.* 385.

acaulis. 37. S. acaulis depreſſa, petal. emarginatis. *Fl. dan. t.* 21.

568. STELLARIA. *Cal.* 5-phyllus, patens. *Petala* 5, bipartita. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.
603.

nemorum. 1. S. foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramoſis. *Fl. dan. t* 271. *Affinis Ceraſtii aquatici.*

dichotoma. 2. S. fol. ovatis ſeſſilibus, caule dichotomo, flor. ſolitariis, pedunc. fructiferis reflexis.

radians. 3. S. fol. lanceolatis ſerrulatis, petal. quinquepartitis Alſine foliis ſalignis margine ſcabris, petalis ſemiquinquefidis *Gmel. ſib.* 4. *p.* 146.

Holoſtea. 4. S. fol. lanceolatis ſerrulatis, petal. bifidis. — *Fl. dan. t.* 698 M.

graminea. 5. S. fol. linearibus integerrimis, flor. paniculatis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

Ceraſtoides. 6. S. fol. oblongis, pedunc. ſubbifloris.

undulata. 7. S. fol. oblongis undulatis, caule angulato flor. axillaribus. *Thunb. jap. mſpt.* M.

biflora. 8. S. fol. ſubulatis, ſcap. ſubbifloris, petal. emarnatis, germin. oblongis, calyc. ſtriatis. *Fl. dan. t.* 12.

arenaria. 9. S. fol. ſpatulatis, caul. erecto bifido, ramis alternis, petal. emarginatis.

569.

569. 605. ARENARIA. *Cal.* 5-phyllus, patens. *Petala* 5, integra. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

peploides. 1. S. foliis ovatis acutis carnoſis. *Glandulae in receptaculo.* — *Fl. dan.* 624. M.

tetraquetra. 3. S. fol. ovatis carinatis recurvis quadrifariam imbricatis. *Mant* 386. Caryophyllus ſaxatilis ericaefolius ramoſus repens. *Bauh. pin.* 211. *prodr.* 125. *Burſ.* XI: 135. β. Gypſophila aggregata. *Sp. pl.* 581. *Caules digitales, plures, ſimpliciſſimi. Folia carinata, recurvata, canaliculata, mucronata, margine cartilaginea, ſtriata, glabra, breviſſima, approximata, baſi ſubciliata et connata. Capitulum florum pedunculatum, faſtigiatum, ſubaemque florum floribus ſeſſilibus. Calyx 5-phyllus: foliolis lanceolatis: exterioribus majoribus. Petala 5, ſeſſilia, oblonga, obtuſa, lineata. Styli 3. Capſula 1-locularis, 5-valvis. Semina plura. Schreber.*

biflora. 3. A. fol obovatis obtuſis, caul. procumbentibus, pedunc. bifloris lateralibus. *Mant.* 71. Arenaria caule recto proſtrato, foliis ovatis. *Hall. emend.* 4. *n.* 195.

lateriflora. 4. A. fol. ovatis obtuſis, pedunc. laterali bifloro. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 159.

trinervia. 5. A. fol. ovatis acutis petiolatis nervoſis. *Fl. dan. t.* 429.

ciliata. 6. A. fol ovatis nervoſis ciliatis acutis *Fl. dan. t.* 346.

balearica. 7. A. fol. ovatis lucidis ſubcarnoſis, caule repente, pedunc. unifloris. *Syſt. nat.* 2. *p.* 230.

multicaulis. 8. A. fol. ovatis enerviis ſeſſilibus acutis: coroll. calyce majoribus. *Folia magis minusve ciliata. Flos maximus Jacq. Arenariae ciliatae varietatem facit Gerard.*

ſerpyllifolia. 9. A. fol. ſubovatis acutis ſeſſilibus, coroll. calyce brevioribus.

triflora. 10. A. fol. lanceolato ſubulatis ciliatis, ramis ſubtrifloris, petal. lineatis obtuſis. *Mant.* 940.

montana. 11. A. fol. lineari-lanceolatis ſcabris, caulibus ſterilibus longiſſimis procumbentibus. *Flores maximi. Fructus penduli.*

rubra. 12. A. fol. filiformibus, ſtipul. membranaceis vaginantibus. *Varietas. β. marina.* — *Fl. dan. t.* 740. M. *Glabra, foliis pedunculisque pubeſcenti-viſcidis, evigilat hora* 9. *Calyx tegit dimidiam capſulam.*

media. 13. A. fol. linearibus carnoſis, ſtipulis membranaceis, caul. pubeſcentibus. *Caulis et Folia pubeſcentia Evigilat hora* 12. *Calyx tegit dimidiam capſulam.*

bavarica. 14. A. fol. ſemicylindricis carnoſis obtuſis, petal. lanceolatis, pedunc. terminalibus ſubbinatis.

gypſophiloides. 15. A. fol. linearibus: radicalibus ſetaceis, panicula ſubpubeſcente, petalis lanceolatis.

ſaxatilis. 16. A. fol. ſubulatis, caul. paniculatis, calyc. foliolis ovatis obtuſis.

verna. 17. A. fol. ſubulatis, caul. paniculatis, calyc. acuminatis ſtriatis. *Mant.* 72. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 5. *t.* 404. M. (*Exclude Gerardi ſynonymon.*)

hiſpida. 18. A. fol. ſubulatis ſubtus hiſpidis. *Folia ſubtus pilis raris.*

juniperina. 19. A. fol. ſubulatis ſpinoſis, caul. erectis, calyc. ſtriatis, capſul. oblongis. *Mant* 72. Arenaria foliis linearibus erectis ſubtus ſtriatis, floribus faſtigiatis inaequaliter pedunculatis. *Ger. prov.* 405. *t.* 15. *f.* 1. *Flores paniculati.*

tenuifolia. 20. A. fol. ſubulatis, caul. paniculato, capſ. erectis, petalis calyce brevioribus lanceolatis. *Calycis foliola multum acuminata ſ. ariſtata, ſubtus lineis* 2. *viridibus picta. Petala lato-lanceolata, calyce ½ breviora Folia ſubulata, baſi connata* (*Excluſo Seguieri ſynonymo*).

laricifolia. 21. A. fol. ſetaceis, caule ſuperne nudiuſculo, calyc. ſubhirſutis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 272. M. *Magn. hort t.* 11 *Calyx oblongus, lineatus, cylindricus, pubeſcens.*

ſtriata. 22. A. fol. linearibus erectis appreſſis, calyc. oblongis ſtriatis.

faſciculata. 23. A. fol. ſubulatis, caul. erecto ſtricto, flor. faſciculatis, petalis breviſſimis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 182. M. *Habitat Monſpelii. Gouan. Radix annua. Caulis palmaris, pubeſcens. Folia linearia, acuminata, erecta, ſubciliata. Flores faſciculati dichotome, pedicellis breviſſimis. Calyx erectus: Foliolis ſubulatis, erectis,*

erectis, ſtriatis, ſubciliatis, longis. Petala ovato-oblonga, alba, minutiſſima. Antherae didymae, globoſae. Capſula calyce dimidio brevior. Habitus Minuartiae.

grandiflora. 24. A. fol. ſubulatis planis ſtrictis: radicalibus confertis, caulib. unifloris. *Calycis foliola caulinis latiora, ſtriis pluribus, rigida. Capſulae oblongae, longitudine calycis. Varietas caule trifloro miſſa a D. Turra.*

auſtriaca. 25. A. caulibus ſuffruticoſis proſtratis, inde herbaceis et erectis, fol. ſubulatis, flor. geminis, petalis emarginatis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 270. M.

liniflora. 26. A. caulibus erectis inferne ramoſis ſuffruticoſis, fol. ſubulatis, floribus geminis. *Suppl. p.* 241. Arenaria liniflora. *Syſt. ed.* 13. *p* 355. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 5. *t.* 445. M. *Habitat in Europa auſtrali, Caules breves, diſtorti, perennantes. Rami annui, ſimpliciſſimi, erecti. Folia ſubulata, acuta, laevia. Pedunculi terminales, ſaepius* 2, *uno poſt alterum. Calyx foliis lanceolatis: ſtriis* 2. *Petala obovata, alba. Differt ab A. grandiflora foliis non planis, calycis foliolis non multiſtriatis.*

570. CHERLERIA. 608. *Cal.* 5-phyllus. *Nectaria* 5, bifida, petaloidea. *Antherae* alternae ſteriles. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis, triſperma.

Sedoides. 1. Cherleria. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 284. M. *Folia oppoſita, linearia, margine ſcabra, baſi connata in vaginam. A caſu foliorum remanent vaginae cum carina foliorum, quibus caulis inferne obveſtitur; hinc affinitas Caryophyllorum.*

. . DEUTZIA. *Cal.* 1-phyllus. *Capſ.* 3-locularis. *Filamenta* 3-cuſpidata. *Thunb. Diſſ. nov. gen. pl. p.* 19. M.

ſcabra. 1. Deutzia. *Thunb. l. c. p.* 20. *c. tab. Japon. mſpt.* Joro Utſugi vel Jamma Utſugi. *Kämpf. am. p.* 854.

571. GARIDELLA. *Cal.* 5-phyllus, petaloideus. *Ne-*
608. *ctaria* 5, bilabiata, bifida. *Capſ.* 3, connexae, polyſpermae.

Nigellaſtrum. 1. GARIDELLA. *Genus affine Nigellis.*

572. MALPIGHIA. *Cal.* 5-phyllus baſi extus poris
609. melliſeris. *Petala* 5 ſubrotunda, unguiculata. *Bacca* 1-locularis, 3-ſperma.

glabra. 1. M. foliis ovatis integerrimis glabris, pedunculis umbellatis. *Mant.* 387.

punicifolia. 2. M. fol. ovatis integerrimis glabris, pedunc. unifloris.

nitida. 3. M. fol. lanceolatis integerrimis glabris, ſpicis lateralibus. *Stylus* 1. *Jacq.* — *Ejusd. amer. pict. p.* 68. M.

urens. 4. M. fol. oblongo-ovatis: ſetis ſubtus decumbentibus rigidis, pedunc. unifloris aggregatis. *Mill. fig.* 181. *f.* 1. *Plum. ic.* 167. *f.* 1.

anguſtifolia. 5. M. fol. lineari-lanceolatis: ſetis utrinque decumbentibus rigidis, pedunc. umbellatis. — *Jacq. amer. pict. p.* 67. M.

craſſifolia. 6. M. fol ovatis integerrimis ſubtus tomentoſis, racem. terminalibus.

verbaſcifolia. 7. M. fol. lanceolato-ovatis tomentoſis integerrimis, racem. terminalibus.

aquifolia. 8. M. fol. lanceolatis dentato-ſpinoſis ſubtus hiſpidis.

coccigera. 9. M. fol. ſubovatis dentato-ſpinoſis.

OBS. *Alias nonnullas ſpecies ſiſtit Jacq. in amer. pict.* M.

573. BANISTERIA. *Cal.* 5-partitus baſi extus poris
611. melliferis *Petala* ſubrotunda, unguiculata. *Sem.* 3, membranaceo-alata.

angulosa. 1. B. foliis ſinuato-anguloſis.

purpurea. 2. B fol. ovatis, ſpicis lateralibus, ſemin. erectis.

laurifolia. 3. B. fol. ovato-oblongis rigidis, racemis terminalibus.

bengha-

benghalenſis. 4. B. fol. ovato-oblongis acuminatis, racem. lateralibus, ſemin. patentibus.
dichotoma. 5. B. fol. ovatis, ramis dichotomis.
fulgens. 6. B. fol. ſubovatis ſubtus tomentoſis, racem. brachiatis, pedunc. umbellatis.
brachiata. 7. B. fol. ſubovatis. ramis brachiatis, ſemin. introrſum anguſtioribus.

569. HIRÆA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* ſubrotunda, unguiculata. *Capſ.* alis 3, 3-locularis. *Sem.* 2.

reclinata. 1. Hiraea. *Jacq. amer.* 137. — *Ed.* 2. *pict. p.* 68. *t.* 260. *f.* 37. *quoad folium. Habitat in Carthagena.* ♄. *Diſtinguenda a Triopteride.*

574. TRIOPTERIS. *Cal.* 5-partitus. *Petala* mentiuntur germinis alae 6. *Sem.* 3. *Capſ.* 3, bialatae, 1-ſpermae.
612.

jamaicenſis. Triopteris. *Mant.* 387.

575. ERYTHROXYLON. *Cal.* turbinatus. *Cor.* petalis baſi ſquamula nectariſera emarginata. *Stam.* baſi connexa. *Drupa* 1-locularis.
612.

areolatum. 1. E. foliis obovatis. *Jacq. amer.* 134. *t.* 87. *f.* 1. — *Ed.* 2. *p.* 67. *t.* 129. M.
havanenſe. 2. E. fol. ovatis. *Jacq. amer.* 135. *t.* 87. *f.* 2. — *Ed.* 2. *p.* 67. *t.* 130. M.

PENTAGYNIA.

576. AVERRHOA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, ſuperne patentia. *Pomum* 5-gonum. 5-loculare.
613.

Bilimbi. 1. A. caudice nudo fructificante, pomis oblongis obtuſangulis.
Carambola. 2. A. axillis foliorum fructificantibus, pomis oblongis acutangulis.

577.

577. SPONDIAS. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala.
613. *Drupa* nucleo 5-loculari.

Mombin. 1. S. foliis petiolo communi compreſſo. Spondias *Myrobalanus*, racemis ſparſis, foliis multo brevioribus. *Jacq. amer.* 139. *t.* 88. S. Myrobalanus, racemis ſparſis, foliorum coſta compreſſa. *Jacq. amer. pict. p.* 69. *t.* 131. M. Prunus americana oſſiculo magno ex filamentis lignoſis reticulatim conflato. *Pluk. alm.* 307. *t.* 218. *f.* 3.

Myrobalanus. 2. S. petiolis teretibus: foliolis nitidis acuminatis. Spondias *Mombin*, racemis terminalibus longitudine folia aequantibus. *Jacq. amer* 138. — S. *Mombin* racemis paniculatis terminalibus, coſta foliorum terete. *Jacq amer pict. p.* 69 M. Arbor nuci juglandi ſimilis 5. ſ. Hobos. *Bauh. pin.* 417.

578. COTYLEDON. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 1-petala. *Squa-*
614. *mae* nectariferae 5, ad baſin germinis. *Capſ.* 5.

orbiculata. 1. C. foliis orbiculatis carnoſis planis integerrimis, caule fruticoſo.

ſpuria. 2. C. fol. ſpatulato-lanceolatis carnoſis integerrimis, caule fruticoſo. *Mant.* 3. 8. Sedum africanum teretifolium, flore hemerocallidis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 474. *ſ.* 12. *t.* 7. *f.* 40. *Caulis craſſiſſimus. Folia naturaliter oppoſita; monſtroſa variant alterna.*

ſpinoſa. 3. C. fol. oblongis ſpinoſo-mucronatis, caule ſpicato. *Spec. pl. p.* 615. *Murr. in comm. gott.* 1776. *p.* 33. *t.* 5 Craſſula ſpinoſa. *Syſt. ed.* 13. *p.* 252. Craſſula foliis planiuſculis mucronatis. *Gmel. ſibir* 4. *p.* 173. *t.* 67. *f.* 2. — *Omnino Cotyledon eſt nec Craſſula* M.

hemiſphaerica. 4. C. fol. ſemigloboſis.

ſerrata. 5. C. fol. ovalibus crenatis, caule ſpicato.

Umbilicus. 6. C. fol. cucullato-peltatis ſerrato-dentatis alternis, caule ramoſo, flor. erectis.

hiſpanica. 7. C. fol. oblongis ſubteretibus, flor. faſciculatis.

papillaris. 8. C. fol. oppoſitis tereti-ovatis, flor. corymboſis. *Suppl. p.* 242.

mamil-

mamillaris. 9. C. fol. alternis tereti-ovatis, flor. alternis ſubſeſſilibus. *Suppl. p.* 242.

triflora. 10. C. fol. ovatis integris, flor. ſubpedunculatis ternis. *Suppl. p.* 242.

Cacalioides. 11. C. flor. teretibus, flor. corymboſis, caule fruticoſo. *Suppl. p.* 242.

reticulata. 12. C. fol. teretibus, flor. reticulato-corymboſis, caule fruticoſo. *Suppl. p.* 242.

paniculata. 13. C. fol. oblongo-ovatis ſeſſilibus, panicula divaricata racemoſa, caule fruticoſo. *Suppl. p.* 242.

laciniata. 14. C. fol, pinnatifidis, paniculae flor. quadrifidis. *Murr.* Craſſula *laciniata*, foliis laciniatis, floribus quadrifidis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 358. *Stamina octo. — Caulis ad apicem usque folioſus, Folia pinnatifida, baſi dilatata, laciniis mox ternis mox quinis inaequaliter ſerratis, exceptis floralibus, quae linearia integra. Infloreſcentia paniculata. Calyx glaberrimus et glaucus, item Corolla: limbo quadrifido utrinque luteo, in pauciſſimis floribus quinquefido: ſtaminibus 8 brevibus, 2 longis* M.

nudicaulis. 15. C. fol. ſpathulato-ovatis, cymae flor. quadrifidis. *Murr..* — Cotyledon integra. *Medic. in comm. palat. vol.* 3. *p.* 200. *tab.* 9. *Caulis in ſummitate ſubnudus. Folia praeter dictam figuram obſolete ſerrata, baſi linearia. Infloreſcentia cymoſa: pedunculis dichotomis. Calyx et corolla extus pubeſcens: limbo ſupra coccineo, ſubtus pallidiori. Stamina pariter octo. Floret haec una cum praecedente, haec dum ſcribo, in Horto acad. gotting. Nullum igitur dubium mihi ſupereſt, diſcrepare ſpecie, etſi meminerim, me olim et in hacce obſervaſſe folia quaedam vetuſtate dehiſcentia ſed absque ordine.* M.

579. SEDUM. 616. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Squamae* nectariferae 5, ad baſin germinis. *Capſ.* 5.

* *Planifolia.*

verticillatum. 1. S. foliis quaternis.

Telephium. 2. S. fol. planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto. – *β, purpureum. Fl. dan. t.*686.M.

Ana-

Anacampſeros. 3. S. fol. cuneiformibus integerrimis, caul. decumbentibus, flor. corymboſis. *Habitat in Galloprovinciae rupibus.*

Aizoon. 4. S. fol. lanceolatis ſerratis planis, caule erecto, cyma ſeſſili terminali. *Gmel. ſib. 4. p. 173. t. 67. f. 1.*

hybridum. 5. S. fol. cuneiformibus concavis ſubdentatis aggregatis, ram. repentibus, cyma terminal. *Syſt. ed. 13. p. 358.* — Sedum *hybridum*, foliis cuneiformibus ſubconcavis obtuſe ſerratis, caulibus obliquis, axillis baſeos et propaginum radicantibus, cyma terminali. *Murr. in comm. gott. 1776. p. 35. t. 5.* M.

populifolium. 6. S. fol. petiolatis cordatis dentatis, flor. paniculatis. *Suppl. p. 242.*

ſtellatum. 7. S. fol. planiuſculis angulatis, flor. lateralibus ſeſſilibus ſolitariis.

Cepaea. 8. S. fol. planis, caule ramoſo, floribus paniculatis. *Camer. epit. 673.*

libanoticum. 9. S. fol. radicalibus faſciculatis ſpatulato-lanceolatis, caule ſubnudo ſimpliciſſimo.

** *Teretifolia.*

daſyphyllum. 10. S. fol. oppoſitis ovatis obtuſis carnoſis, caule infirmo, flor. ſparſis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 153.* M.

reflexum. 11. S. fol. ſubulatis ſparſis baſi ſolutis: inferioribus recurvatis. *Fl. dan. t. 113?*

rupeſtre. 12. S. fol. ſubulatis quinquefariis confertis baſi ſolutis, flor. cymoſis.

lineare. 13. S. fol. tereti-linearibus oppoſitis, cyma trifida. *Thunb. jap. mſpt.* M.

hiſpanicum. 14. S. fol. teretiuſculis acutis: radicalibus faſciculatis, cyma pubeſcente. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 47.* M.

album. 15. S. fol. oblongis obtuſis teretiuſculis ſeſſilibus patentibus, cyma ramoſa. *Fl. dan. t. 66.*

acre. 16. S. fol ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis alternis, cyma trifida.

ſexangulare. 17. S. fol. ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis ſexfariam imbricatis.

annuum. 18. S. caul. erecto ſolitario annuo, fol. ovatis ſeſſilibus gibbis alternis, cyma recurva.

villo-

villoſum. 19. S. caule erecto, fol. planiuſculis pedunculisque ſubpiloſis. *Fl. dan. t. 24. Pedunculi laterales 1. ſ. 2-flori; Flores purpurei Hall.*

atratum. 20. S. caule erecto, florib. corymboſis faſtigiatis. *Sp. pl. 1673. Jacq. auſtr. t. 8.* Sedum ſaxatile, atro-rubentibus floribus. *Bauh. pin. 283.*

* *Sedum rubens; vide Craſſula rubra.*

580. PENTHORUM. *Cal.* 5-fidus. *Petala* nulla vel
620. quinque. *Capſ.* 5-cuſpidata, 5-locularis.

Sedoides. 1. PENTHORUM. *Mant. 389.*

1309. BERGIA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Capſula* 1. globoſa, toruloſa, 5-locularis, 5-valvis: valvulis petaloideis. *Sem.* plurima.

capenſis. 1. B. foliis lanceolatis ſ. ellipticis, flor. verticillatis. *Suppl. p 243.* Bergia capenſis. *Syſt. ed. 13. p. 359. Mant. 241. Capſulae valvulae poſt maturitatem perſiſtentes formant quaſi florem pentapetalum rotatum.*

glomerata. 2. B. fol. obovatis crenulatis, flor. glomeratis. *Suppl. p. 243.*

581. SURIANA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Styli* inſerti
624. lateri interiori germinum. *Sem.* 5, nuda.

maritima. 1. SURIANA. *Jacq. amer. 140. — Ed. 2. pict. p. 70.* M. Thymelaeae facie frutex maritimus tetraſpermus. *Sloan. jam. 2. p. 29. t. 162. f. 4.*

1235. GRIELUM. *Cal.* 5-fidus. *Petala* 5. *Filamenta* perſiſtentia. *Pericarpia* 5, monoſperma.

tenuifolium. 1. GRIELUM. *Gen. plant 578.* Geranium grandiflorum *Sp. plant. 958.* Ranunculo-platycarpos *Burm. afr. 145. t 53. Obſ. in Generibus plant. ſtamina non 5, ſed decem, legi debere.*

582. OXALIS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* unguibus connexa. *Capſ.* angulis dehiſcens, 5-gona. Cfr. *Thunb. Diſſ. de Oxal. p. 4.*
620.

* *Foliis ſimplicibus.*

monophylla. 1. O. foliis ovatis indiuiſis. *Thunb. Diſſ. cit. n. 1. tab.* 1. M. Oxalis *monophylla*, ſcapo unifloro, foliis ſimplicibus. *Syſt. ed. 13. p. 360. Mant. 241.*

** *Foliis ternatis.*

—— *Acaules.*

minuta. 2. O. ſcapis unifloris, foliis ternatis: foliolis oblongis glabris. *Thunb. loc. cit. n. 2. t. 2.* M.

punctata. 3. O. ſcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis punctatis, *Thunb. loc. cit. n.* 3. *t. 1.* M.

natans. 4. O. ſcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis glaucis. *Thunb. loc. cit. n. 4. t. 1.* M.

Acetoſella. 5. O. ſcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis piloſis. *Thunb. loc. cit. n.* 5. *Mill. illuſtr. ic.* M. Oxalis *Acetoſella* ſcapo unifloro, foliis ternatis obcordatis radice dentata. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

lanata. 6. O. ſcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis hirſutis. *Thunb. loc. cit. n.*6. M.

compreſſa. 7. O. ſcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis ciliatis, petiolis compreſſis. *Thunb. loc. cit. n. 7.* M.

purpurea. 8. O. ſcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis ſubrotundis ciliatis. *Thunb. loc. cit. n.* 8. M. Oxalis *purpurea*, ſcapo unifloro, foliis ternatis emarginatis ciliatis, *Syſt. ed.* 13. *p.* 360. *Mant.* 389. *Petioli piloſi Calyx pubeſcens Corolla purpuraſcens tubo flavo Filamenta 5 exteriora breviora baſi connata, dente diſtinguente ſingula interiora Stigmata plumoſa, proſtantia, extra filamenta longiora.*

longiflora. 9. O. ſcapis unifloris, fol. ternatis: foliolis ſemibifidis. *Thunb. loc. cit. n. 9.* M. Oxalis *longiflora*, ſcapo unifloro, fol. ternatis ſemibifidis: lobis lanceolatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

viola-

violacea. 10. O. ſcapis umbelliferis, fol. ternatis glabris, calycibus calloſis. *Thunb. loc. cit. n.* 10. *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 180. M. Oxalis *violacea*, ſcapo umbellifero, foliis ternatis obcordatis, calycibus apice calloſis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

caprina. 11. O. ſcapis umbelliferis, fol. ternatis glabris, floribus erectis. *Thunb. loc. cit. n.* 11. M. Oxalis *Pes caprae*, ſcapo umbellifero, foliis ternatis ſubbipartitis: apice ſubtus calloſis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

cernua. 12. O. ſcapis umbelliferis, fol. ternatis glabris, floribus plerisque clauſis cernuis. *Thunb. loc. cit. n.* 12. *t.* 2. M.

ſericea. 13. O. ſcapis umbelliferis, fol. ternatis tomentoſis. *Thunb. loc. cit. n.* 13. M.

—— *Cauleſcentes.*

repens. 14. O. caule repente, pedunculis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis hirtis. *Thunb. loc. cit. n.* 14. *t.* 1. M.

incarnata. 15. O. caule bulbifero, pedunculis unifloris, fol. ternatis: foliolis obcordatis glabris *Thunb. loc. cit. n.* 15 M. Oxalis *incarnata*, pedunculis unifloris, caule ramoſo bulbifero, foliis paſſim verticillatis: foliolis obcordatis. *Syſt. ed.* 13 *p.* 360.

bifida. 16. O. caule erecto glabro, pedunculis unifloris, foliis ternatis: foliolis ſemibifidis. *Thunb. loc. cit. n.* 16. *t.* I. M.

glabra. 17. O. caule erecto glabro, pedunculis unifloris, fol. ternatis: foliolis oblongis emarginatis glabris. *Thunb. loc. cit. n.* 17. *t.* 2. M.

hirta. 18. O. caule erecto hirto, pedunculis unifloris, fol. ternatis ſubſeſſilibus: foliolis oblongis emarginatis glabris. *Thunb. loc. cit. n.* 18. Oxalis *hirta*, pedunculis unifloris, caule ſimpliciori, foliis ſupremis confertis: foliolis bilobo-divaricatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 361. *Mant.* 389. Oxalis *ſeſſilifolia*, pedunculis unifloris, caule ſimpliciſſimo, foliis ternatis pubeſcentibus: foliolis indiviſis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360. *Utrumque Linneanam ſpeciem Thunbergius coniungit.* M.

verſicolor. 19. O. caule erecto hirto, pedunculis unifloris, fol. ternatis: foliolis linearibus callotis. *Thunb. loc. cit. n. 19.* M. Oxalis *verſicolor*, pedunculis unifloris, caule ramoſo, foliis paſſim verticillatis linearibus emarginatis apice ſubtus barbatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

cornicula-ta. 20. O. caule decumbente herbaceo, pedunculis umbelliferis. *Thunb. loc. cit. n.* 20. *Fl. dan. t.*873. M. Oxalis *corniculata*, pedunculis umbelliferis, caule ramoſo diffuſo. *Syſt ed.* 13. *p.* 361. *Annua.*

ſtricta. 21. O. caule erecto herbaceo, pedunculis umbelliferis. *Thunb. loc. cit. n.* 21. M. Oxalis *ſtricta*, pedunculis umbelliferis, caule ramoſo erecto. *Syſt. ed.* 13. *p.* 361. *Perennis.*

fruteſcens. 22. O. caule erecto fruticoſo, pedunculis umbelliferis. *Thunb. loc. cit. p.* 7. M. Oxalis *fruteſcens*, pedunculis umbelliferis, caule fruticoſo, foliis ternatis ovatis: intermedio petiolato. *Syſt. ed.* 13 *p.* 361 *Flores lutei penduli. Mill.*

Barrelieri. 23. O. caule erecto, pedunculis racemiferis. *Thunb. loc. cit n* 23. M. Oxalis *Barrelieri*, pedunculis bifidis racemoſis, caule ramoſo erecto. *Syſt. ed* 13. *p.* 361. Oxalis roſeo flore, erectior. *Fewill. peruv.* 2. *p.* 173. *t.* 23.

*** *Foliis digitatis.*

flava. 24. O. foliis multifidis glabris. *Thunb. loc. cit n.* 24. M. Oxalis *flava*, ſcapo unifloro, foliis ternatis bipartitis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

tomentoſa. 25. O. fol. multifidis hirtis. *Thunb. loc. cit. n.* 25. Oxys parva africana, flore magno candicante, Lupini foliis argenteo-ſericeis. *Pluk. amalth. p.* 164. *t.* 350. *p.* 3. M.

**** *Foliis pinnatis.*

ſenſitiva. 26. O. fol. pinnatis. *Thunb. loc. cit. n.* 26. M. Oxalis *ſenſitiva*, ſcapo umbellifero, foliis pinnatis. *Syſt. ed.* 13. *p.* 360.

583. AGROSTEMMA. *Cal.* 1-phyllus, coriaceus. *Petala* 5, unguiculata: *Limbo* obtuſo, indiviſo. *Capſ.* 1-locularis.
624.

Githago. 1. A. hirſuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. *Fl. dan. t.* 567.

Coronaria. 2. A. tomentoſa, fol. ovato-lanceolatis, petal. emarginatis coronatis ſerratis. *Habitat in Sibiria paſſim.*

Flos jovis. 3. A. tomentoſa, petal. emarginatis. Lychnis coronaria alpina, flore purpureo. *Barr. ic.* 1005. *Bocc. muſ. t.* 42. *Flores corymboſi.*

Coeli roſa. 4. A. glabra, fol. lineari-lanceolatis, pet. emarginatis coronatis. *Hort. upſ.* 115. Lychnis pſeudomelanthiis ſimilis africana glabra anguſtifolia. *Herm. lugdb.* 391. *t.* 393.

584. LYCHNIS. *Cal.* 1-phyllus, oblongus, laevis. *Petala* 5, unguiculata: *Limbo* ſubbifido. *Capſ.* 5-locularis.
625.

chalcedonica. 1. L. floribus faſciculatis faſtigiatis. *Habitat in Ruſſia omni.*

Flos cuculi. 2. L. petalis quadrifidis, fructu ſubrotundo. *Fl. dan. t.* 590.

alpeſtris. 3. L. petal. quadrifidis coronatis, foliis recurvis. *Suppl. p.* 244.

quadridentata. 4. L. petal. quadridentatis, caul. dichotomo, fol. glabris recurvis. Silene quadrifida. *Sp. plant.* 602. — *Jacq. Fl. auſtr. v* 2. *t.* 120. M. Lychnis ſylveſtris X. *Cluſ.* 1. *hiſt.* 291. Alſine alpina glabra, folio reflexo. *Pluk. alm.* 23. *t.* 75. *f.* 5. *Haller. Flores ſaepe* 4-*gyni.*

coronata. 5. L. glabra, fol. axillaribus terminalibusque ſolitariis petalis laciniatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

Viſcaria. 6. L. petal. ſubintegris.

alpina. 7. L. petal. bifidis, floribus tetragynis. *Fl. dan. t.* 65. *Petala incoronata, ſemibifida, acuta. Calyx unguibus obtuſis, concavis. Bracteae ſubdiaphanae. Flores in thyrſum congeſti. Styli quatuor.*

ſibirica. 8. L. petal. bifidis, caule dichotomo, foliis ſubhirtis.

dioica. 9. L. floribus dioicis. — *Fl. dan. t. 792.* M.
apetala. 10. L. calyce inflato, coroll. calyce breviore, caul. ſubunifloro hermaphroditico. — *Fl. dan. t. 806.* M.

585. CERASTIUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* bifida. *Capſ.*
627. unilocularis, apice dehiſcens.

* *Capſulis oblongis.*

perfoliatum. 1. C. foliis connatis. *In Ruſſia.*
vulgatum. 2. C. fol. ovatis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffuſis.
viſcoſum. 3. C. erectum villloſo-viſcoſum.
ſemidecandrum. 4. C. floribus pentandris, petalis emarginatis.
pentandrum. 5. C. flor. pentandris, petal. integris. *Styli* 5.
arvenſe. 6. C. fol. lineari-lanceolatis obtuſis glabris, coroll. calyce majoribus. — *Fl. dan. t.* 626. M.
dichotomum. 7. C. fol. lanceolatis, caule dichotomo ramoſiſſimo, capſ. erectis.
alpinum. 8. C. fol. ovato-lanceolatis, caule diviſo, capſ. oblongis. *Fl. dan. t.* 6.

** *Capſulis ſubrotundis.*

repens. 9. C. fol. lanceolatis, pedunc. ramoſis, capſ. ſubrotundis. *Petala ſaepe 4-fida ſ. 5fida. Mygind.*
ſtrictum. 10. C. fol. linearibus acuminatis glabris, pedunc. unifloris ſubtomentoſis, capſ. globoſis.
ſuffruticoſum. 11. C. caule perenni procumbente, fol. lineari-lanceolatis ſubhirſutis.
maximum. 12. C. fol. lanceolatis ſcabris, petal. crenatis, capſulis globoſis.
aquaticum. 13. C. fol. cordatis ſeſſilibus, flor. ſolitariis, fruct. pendulis. *Affinis Stellariae nemorum.*
latifolium. 14. C. fol. ovatis ſubtomentoſis, ram. unifloris, capſ. globoſis. *Caules proſtrati, ramoſi, ad angulos rectos divaricati. Flores magni. Calyces campanulati G.*
tomentoſum. 15. C. fol. oblongis tomentoſis, peduncul. ramoſis, capſ. globoſis. *Folia tomentoſo-alba.*
manticum. 16. C. glabrum, caule ſtriato, fol. lanceolatis, pedunc. longiſſimis, capſ. globoſis. *Caulis erectus, ſimplex, pedalis, panicula trifida.*

586.

586. SPERGULA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, integra.
630. *Capſ.* ovata, 1-locularis, 5-valvis.

arvenſis. 1. S. foliis verticillatis, floribus decandris. *Hamel. cult. 6. p. 149. t. 1.*

pentandra. 2. S. fol. verticillatis, flor. pentandris. (*Synonyma diſtinguenda ab Arenaria media*).

nodoſa. 3. S. fol. oppoſitis ſubulatis laevibus, caul. ſimplicibus. *Fl. dan. t. 96.*

laricina. 4. S. fol. oppoſitis ſubulatis ciliatis faſciculatis. — *Fl dan. t.* 858. M. *Gmel. ſib. 4. p.* 155. *Folia rigida.*

ſaginoides. 5. S. fol. oppoſitis linearibus laevibus, pedunc. ſolitariis longiſſimis, caul. repente. *Caulis procumbens, pollic. 2 altus. Folia linearia, oppoſita, ad genicula faſciculata. Pedunculi ſimpliciſſimi, longiſſimi, laterales absque bracteis. Flores cernui.*

1262. FORSKOHLEA. *Cal.* 5-phyllus, corolla longior. *Petala* 10, ſpatulata. *Pericarp.* nullum. *Sem.* 5, lana connexa.

tenaciſſima. 1. F. foliis ovatis ſerratis. *Suppl. p.* 245. Forſkohlea tenaciſſima. *Syſt. ed.* 13. *p.* 363. *Mant.* 72. *hort. t.* 48. *Linn. fil. var. hort. upſ. faſc.* 1. *t.* 1.

candida. 2. F. fol. (*adde* ovalibus M.) dentatis. *Suppl. p.* 245. — Forſkohlea *ſcabra*, foliis ovato-lanceolatis, dentatis ſcabris ſubtus albidis. *Retz. obſ. 3. p.* 31. M.

anguſtifolia. 3. F. fol. lanceolatis dentatis ſinuatis. *Murr. comm. gott. 1784. c. tab.* Forſkohlea *anguſtifolia*, foliis lanceolatis octo-dentatis ciliato-ſpinuloſis, ſubtus nudis. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 31. *Piſtilla tria. Equidem tam in Forſkohlea tenaciſſima, quam in F. anguſtifolia, octo tantum ſtamina obſeruaui; genus igitur hocce in octandriam tranſponendum.* M.

DECAGYNIA.

587 NEURADA. *Cal.* 5 - partitus. *Petala* 5. *Capſ.* in-
631. fera, 10 - locularis, 10 - ſperma, aculeata.

marifolius. 21. C. ſuffruticoſus exſtipulatus, fol. oppoſitis oblongis petiolatis, planis ſubtus incanis.

roſeus. 22. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis oblongis, ad oras revolutis, utrinque ſubincanis. *Jacq. in Litt. Hort. v.* 3. *t.* 65. M.

anglicus. 23. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis oblongis revolutis piloſis, flor. racemoſis. *Hudſ. angl.* 206. *Mant.* 245. Helianthemum alpinum, folio piloſellae minoris Fuchſii. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 18.

oelandicus. 24. C. ſuffruticoſus exſtipulatus procumbens, fol. oppoſitis oblongis utrinque glabris, petiolis ciliatis, petalis emarginatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 399. M. Ciſtus ſuffruticoſus procumbens, foliis nudis oppoſitis viridibus, floribus ſubumbellatis, calycibus hirſutis. *Ger. prov.*

prov. 396. Ciſtus helianthemos, flore parvo luteo. *Bauh. hiſt. 2. p. 17. Calyx lineatus pubeſcens.*

*** *Exſtipulati herbacei.*

Tuberaria. 25. C. perennis exſtipulatus, fol. radicalibus ovatis trinerviis tomentoſis; caulinis glabris lanceolatis: ſummis alternis.

guttatus. 26. C. herbaceus exſtipulatus, fol. oppoſitis lanceolatis trinerviis, racemis ebracteatis. *Mant. 403.*

canadenſis. 27. C. herbaceus exſtipulatus, fol. omnibus alternis lanceolatis, caule adſcendente.

**** *Stipulati herbacei.*

ledifolius. 28. C. herbaceus ſtipulatus erectus glaber, florib. ſolitariis ſubſeſſilibus, folio ternato oppoſitis. *Capſulae longitudine calycis.*

ſalicifolius. 29. C. herbaceus ſtipulatus patulus villoſus, flor. racemoſis erectis, pedicellis horizontalibus. *Capſulae calyce longiores.*

niloticus. 30. C. herbaceus ſtipulatus erectus ſubtomentoſus, flor. racemoſis ſolitariis ſeſſilibus oppoſitifoliis. *Mant. 246 Folia elliptica, ſubtomentoſa.*

aegyptiacus. 31. C. herbaceus ſtipulatus erectus, fol. lineari lanceolatis petiolatis, calyc. inflatis corolla majoribus. *Mant. 404. Jacq. obſ. 3. p. 17. t. 68.*

***** *Stipulati ſuffruticoſi.*

ſquamatus. 32. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. obtectis ſquamis orbiculatis.

Lippii. 33. C. ſuffruticoſus ſtipulatus erectus, fol. alternis oppoſitisque lanceolatis ſcabris, ſpicis ſecundis *Mant. 245.*

ſurrejanus. 34. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, procumbens, fol. ovato oblongis ſubpiloſis, petalis lanceolatis.

nummularius. 35. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. inferioribus orbiculatis; ſuperioribus ovatis.

canarienſis. 36. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, fol. ſubovatis alternis et oppoſitis, racemis erectis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 339. Icon. rar. t. 16.* M.

foetidus. 37. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, ſtipulis lanceolatis, fol. oblongis ſcabris. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 341. Icon. rar. t. 18.* M.

ſerpyllifolius. 38. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis oblongis, calycibus laevibus.

glutinoſus. 39. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. linearibus oppoſitis alternisque, pedunculis villoſis glutinoſis. *Ger. prov. 394. Mant. 246.* Chamae-Ciſtus incanus, tragorigani folio, hiſpanicus. *Barr. rar. 512. t. 415.* Helianthemum thymi folio incano. *Bauh. hiſt. 2. p. 19. Flores lutei.*

thymifolius. 40. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, fol. ovali-linearibus oppoſitis breviſſimis congeſtis.

piloſus. 41. C. ſuffruticoſus ſtipulatus erectiuſculus, fol. linearibus ſubtus biſulcatis incanis, calyc. laevibus. *Flores albi Omnes facile Ciſtos parvo flore albo, etiam appenninum, ad hanc ſpeciem refert Gerard.*

racemoſus. 42. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. lanceolato-linearibus ſubtus tomentoſis. *Mant. 76.*

anguſtifolius. 43. C. ſuffruticoſus ſtipulatus diffuſus, fol. lanceolatis, calycibus hirſutis. *Jacq. in Litt. Hort. vol. 3. t. 53.* M.

Helianthemum. 44. C. ſuffruticoſus procumbens, ſtipul. lanceolatis, foliis oblongis revolutis ſubpiloſis. *Fl. dan. t. 101.*

mutabilis. 45. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, ſtipulis lanceolatis, fol. oblongis glabris planis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 340. Icon. rar. t. 17. Ludit floribus ochroleucis, qui frequentiores ſunt et roſeis in eadem planta.* M.

hirtus. 46. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis ovatis, calycibus hiſpidis.

apenninus. 47. C. ſuffruticoſus ſtipulatus patulus, foliis lanceolatis hirtis. *Flores albi. Frutex pedalis ramoſo-patulus.*

polifolius. 48. C. ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, fol. oblongo-ovatis incanis, calyc. laevibus, petal. ſerratis. *Flores albi.*

arabicus. 49. C. ſuffruticoſus ſtipulatus, fol. alternis lanceolatis planis laevibus. *Cent. 39.*

674. PROCKIA. 745. *Cal.* 3-phyllus praeter foliola 2 baſeos. *Cor.* 0. *Bacca* quinquangularis. polyſperma.

Crucis. 1. PROCKIA.

675. CORCHORUS. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5-phyllus, deciduus. *Capſ.* plurivalvis, loculamentoſa.
745.

olitorius. 1. C. capſulis oblongis ventricoſis, fol. ſerraturis infimis ſetaceis. *Mant.* 565.

trilocularis. 2. C. capſ. trilocularibus trivalvibus triquetris: angulis bifidis ſcabris, fol. oblongis: ſerraturis infimis ſetaceis. *Mant.* 77. *et* 566. — *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 173. M. *Capſulae apex ſimplex eſt.*

tridens. 3. C. capſ. linearibus teretiuſculis ſcabris, fol. ſerraturis infimis ſetaceis. *Mant.* 566. Corchorus americanus, anguſto barbato folio. *Pluk. phyt. t.* 127. *f.* 4. *Burm. ind.* 123. *t.* 37. *f.* 2. *Styli* 3, *divaricatiſſimi, bifidi.*

aeſtuans. 4. C. capſ. oblongis trilocularibus trivalvis ſexſulcatis ſexcuſpidatis, fol. cordatis: ſerraturis infimis ſetaceis. *Mant.* 565. *Pluk. phyt.* 127. *f.* 3. — *Jacq. hort. v.* 1. *t.* 85. M. *Styli* 3, *bifidi.*

capſularis. 5. C. capſ. ſubrotundis depreſſis rugoſis, fol. ſerraturis infimis ſetaceis. Ganja ſativa. *Rumph. amb.* 5. *p.* 212. *t.* 78. *f.* 1. *Calyx foliolis concavis, incurvatis, extus punctatis, corolla brevioribus. Petala emarginata.*

hirſutus. 6. C. capſ. ſubrotundis lanatis, fol. ovatis obtuſis tomentoſis aequaliter ſerratis. — *Jacq. hort. v.* 3. *t.* 57. *Ejusd. amer. pict. p.* 81. *t.* 157. M.

japonicus. 7. C. capſ. rotundis glabris, fol. duplicato - ſerratis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

hirtus. 8. C. capſ. oblongis cauleque piloſis, fol. oblongis aequaliter ſerratis. — *Jacq. hort. v.* 3. *t.* 58. M.

ſiliquoſus. 9. C. capſ. linearibus compreſſis bivalvibus, fol. lanceolatis aequaliter ſerratis. — *Jacq. hort. v.* 3. *t.* 59. M. *Flores vernales apetali tetrandri, calyce* 4-*phyllo; autumnales* 5-*petali, polyandri, calyce* 5-*phyllo.*

676. SEGUIERIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* monoſperma: ala magna terminata alulisque lateralibus.
747.

americana. 1. SEGUIERIA. *Jacq. amer.* 170. — *Ed.* 2. *pict. p.* 82. M. *Folia alterna, petiolata, elliptica,* *emar-*

emarginata. Aculei, juxta ſolium, recurvi. Flores racemoſi, albi, foetidi.

DIGYNIA.

678. PÆONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Styli* 0. *Capſ.* polyſpermae.
747.

officinalis. 1. P. foliolis oblongis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

anomala. 2. P. calyce ſolioſo, capſulis glabris depreſſis. *Mant.* 247.

tenuifolia. 3. P. foliolis linearibus multipartitis. *Linn. dec.* 9. *t.* 5. *Folia in caule plurima, nec 3 tantum, ut prioris. Germina pilis purpureis.*

679. CURATELLA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 4. *Styli* 2. *Capſ.* 2-partita: loculis diſpermis.
748.

americana. 1. CURATELLA. *Statura Coccolabae.*

1346. FOTHERGILLA. *Cal.* truncatus integerrimus. *Cor.* 0. *Germen* bifidum. *Capſ.* 2-locularis. *Sem.* ſolitaria, oſſea. Cfr. *Suppl. p.* 43.

alnifolia. 1. FOTHERGILLA. *Suppl. p.* 267. Fothergilla Gardeni. *Syſt. ed.* 13. *p.* 418. — *Flos amentum. Icon. in Jo. Mill ov. nov. tab.* 1. M. *Habitat in Carolina Arbuſcula Foliis Fructuque Hamameli ſimilis, Flore diverſiſſima. D. Garden.*

680. CALLIGONUM. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 0. *Styli* 0. *Fructus* hiſpidus, 1-ſpermus.
748.

Polygonoides. 1. CALLIGONUM. *Plantam habui a p. m. Gronovio, qui aſſeverabat eſſe* Polygonoiden T.; *figura minus quadrat; videant autoptae, utrum ſit eadem, nec ne.* Conf. *Mant.* 404.

TRIGYNIA.

681. DELPHINIUM. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectarium* bifidum, poſtice cornutum. *Siliquae* 3. ſ. 1.
748.

* *Unicapſulares.*

Conſolida. 1. D. nectariis monophyllis, caule ſubdiviſo. — *Fl. dan. t. 683.* M.

Ajacis. 2. D. nectariis monophyllis, caule ſimplici. *Dic quibus in terris inſcripti nomina Regum naſcantur flores, et phyllida ſolus habeto. Virg. eclog. Ecce ſuos gemitus foliis inſcripſit et AIA.*

aconiti. 3. D. nectariis monophyllis antice quadridentatis, capſ. ſolitariis, ramulis unifloris. *Mant. 77.*

** *Tricapſulares.*

ambiguum. 4. D. nectariis monophyllis, corollis hexapetalis, fol. multipartitis.

peregrinum. 5. D. nectariis diphyllis, corollis enneapetalis, fol. multipartitis obtuſis. Delphinium nectariis diphyllis, floribus ſolitariis, foliis multipartitis: foliolis linearibus acuminatis. *Allion. nic. 200. taur. 71.*

grandiflorum. 6. D. nectariis diphyllis: labellis integris, flor. ſubſolitariis, fol. compoſitis lineari multipartitis. *Mill. ic. t. 250. f. 1. Gmel. ſib. 4. t. 78.*

elatum. 7. D. nectariis diphyllis: labellis bifidis apice barbatis, fol. inciſis, caule erecto. *Mill. ic. t. 250. f. 2. Gmel. ſib. 4. p. 187. t. 75–80.*

puniceum. 8. D. labellis bipartitis piloſis, nectarii cornu recto, fol. multipartitis; bracteis calycinis nullis. *Suppl. p. 267.* Delphinium puniceum. *Pall. it. v. 3. p. 96.*

Staphiſagria. 9. D. nectariis tetraphyllis petalo brevioribus, fol. palmatis lobis obtuſis. *Varietas foliis albo-venoſis differt Foliis inciſis, 7-partitis, laciniis acuminatis; Corollae calcare non obſoleto, ſed longitudine pedicelli.*

682. ACONITUM. *Cal.* 0. *Petala* 5: ſupremo fornicato.
770. *Nectaria* 2, pedunculata, recurva. *Siliquae* 3. ſ. 5.

* *Tricapſulares.*

Lycoctonum. 1. A. foliis palmatis multifidis villoſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 380.* M.

japonicum. 2. A. fol. trifido-palmatis: laciniis inciſis obtuſis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

Napellus. 3. A. foliorum laciniis linearibus ſuperne latioribus linea exaratis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 381. Mill. illuſtr. ic.* M.

pyrenaicum. 4. A. fol. multipartitis: laciniis linearibus incumbentibus ſquarroſis.

** *Quinquecapſulares.*

Anthora. 5. A. flor. pentagynis, foliorum laciniis linearibus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 382.* M.

variegatum. 6. A. flor. pentagynis, fol. laciniis ſemipartitis ſuperne latioribus.

Cammarum. 7. A. flor. ſubpentagynis, foliorum laciniis cuneiformibus inciſis acutis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 424* M. *Corollae galea mucrone elongato.* — Addo: *Flores dilutius coerulei, galea multo longior, racemus brevior, quam in A. Napello.* M.

uncinatum. 8. A. flor. ſubpentagynis, foliis multilobis, corollarum galea longius extenſa. *Haec americana flore fere A. Cammari, ſed foliis propior Napello.*

TETRAGYNIA.

683. TETRACERA. *Cal.* 6-phyllus. *Capſulae* 4.
751.

volubilis. 1. Tetracera.

1314. CARYOCAR. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Styli* ſaepius 4. *Drupa* Nucleis 4 ſulcis reticulatis.

nuciferum. 1. Caryocar. *Mant. 247. Drupa magnitudine capitis. Allamand.*

1282. CIMICIFUGA.

CAL. foliolis 5, ſubrotundis, concavis, caducis.

COR. *Nectaria* 4, petaliformia, urceolata, cartilaginea.

STAM. *Filamenta* 20, filiformia. *Antherae* didymae.

PIST. *Germina* 4-2. *Styli* recurvati. *Stigmata* ſtylo longitudinalia.

PER. *Capſulae* oblongae, ſutura laterali dehiſcentes.

SEM. plurima, obtecta ſquamis patentibus.

foetida. 1. CIMICIFUGA. Actaea cimicifuga *Sp. pl. 722. Amoen. acad. 7. t. 6. f. 2. Gmel. ſib. 4. p. 181. t. 70. Simillima Actaeae racemoſae. Variat omnium maxime numero Calycis, Corollae, Piſtillorum, ut neque ſexus conſtans ſit, nec proportio.*

PENTAGYNIA.

684. 752. AQUILEGIA. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectaria* 5, corniculata, inter petala. *Capſ.* 5. diſtinctae.

viſcoſa. 1. A. nectariis . . . caul. ſubnudo ſubunifloro viſcoſo-piloſo, fol. ſubtrilobis. *Mant. 77. Nectaria qualia?*

vulgaris. 2. A. nectariis incurvis. — *Fl. dan. t. 695. Mill. illuſtr. ic.* M. *Sibirica varietas conſtans, humilior, coerulea nectariorum oris albidis.* Viſcoſa *monſpelienſis e ſeminibus Gouani enatis nil ab A. vulgari differebat.*

alpina. 3. A. nectariis rectis, petalo lanceolato brevioribus. *Nectaria curva eſſe, ut in A. vulgari, et Foliorum lacinias lineares, nec rotundas. Haller. Habitare in Helvetiae ditione Aquilegienſi; biennis.*

canadenſis. 4. A. nectariis rectis, ſtaminibus corolla longioribus.

viridiflora. 5. A. nectariis rectis conniventibus, petalo lanceolato aequalibus. *Murr. in comm. gott. 1780. p. 8. t. 2.* Aquilegia *viridiflora*, nectariis rectis et ſtaminibus petalorum longitudine. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. Icon. rar.* M.

685. NIGELLA. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectaria* 5, trifida,
753. intra corollam. *Capſulae* 5, connexae.

* *Pentagynae.*

damaſcena. 1. N. floribus involucro folioſo cinctis. *Mant.* 405.
ſativa. 2. N. piſtillis quinis, capſulis muricatis ſubrotundis, foliis ſubpiloſis.
arvenſis. 3. N. piſtillis quinis, pet. integris, capſ. turbinatis.

** *Decagynae.*

hiſpanica. 4. N. piſtillis denis corollam aequantibus.
orientalis. 5. N. piſtillis denis corolla longioribus.

686. REAUMURIA. *Cal.* 6-phyllus. *Petala* 5. *Capſ.*
754. 1-locularis, 5-valvis, polyſperma.

vermiculata. 1. Reaumuria. *Folia ſparſa, linearia, carnoſa, ſubtus convexa, acuta, ſeſſilia, patentia.*

1402. BRATHYS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* 0. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma. *Suppl. p.* 43.

juniperina. 1. Brathys. *Suppl. p.* 268.

HEXAGYNIA.

687. STRATIOTES. *Spatha* diphylla. *Perianth.* 3-fidum.
754. *Petala* 3. *Bacca* 6-locularis, infera.

Aloides. 1. S. foliis enſiformi-triangulis ciliato-aculeatis. *Fl. dan. t.* 337. — *Mill. illuſtr. ic. M. Flores nobis viſi omnes fuere hermaphroditi, at dioicos vidit in Germania Bergen, Zinn, Fabricius; inde etiam maſculum florem miſit Schreber, qui in hermaphrodito antheras ſteriles obſervavit.*
Acoroides. 2. S. fol. enſiformibus planis glaberrimis, ſpatha apice barbata. *Suppl. p.* 268.
Aliſmoides. 3. S. fol. cordatis. *Mant.* 405.

POLY-

POLYGYNIA.

1403. WINTERA. *Cal.* 3-lobus. *Petala* 6. ſ. 12. *Germina* clavata. *Stylus* o. *Bacca* clavata. *Suppl. p.* 43. Drimys *Forſt. gen. n.* 42. *)

aromatica. 1. W. pedunculis aggregatis terminalibus, piſtillis quatuor *Suppl. p.* 269. Drimys Winteri. *Linn. jun. ibid. Forſt. in nov. act. Upſal. v.* 3. *p.* 181. Winterana aromatica. *Soland. in. med. Obſ. and. Inquir. vol.* 5. *p.* 46. *t.* 1. *Ex hac cortex Winteranus offic. verus, a Canella alba diverſiſſimus.*

granadenſis. 2. W. pedunculis axillaribus elongatis trifidis, piſtillis octo. *Suppl. p.* 269. *ubi* Drimys granadenſis *dicitur.*

688. DILLENIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Capſulae* polyſpermae, connatae, pulpa repletae.
754.

indica. 1. Dillenia. *Obſ. an hujus generis Sangius. Rumph. amb.* 2. *t.* 46?

611. ILLICIUM. (*Mant.* 167.) *Cal.* 6-phyllus. *Petala* 27. *Capſ.* plures in orbem digeſtae, bivalves, monoſpermae.
664.

aniſatum. 1. I. (floribus flaveſcentibus) *Sp. plant.* 664. Somo vulgo Skimmi *Kaempf. amoen.* 880. *t.* 881. Aniſum ſtellatum. *Mat. med.* 510.

floridanum. 2. I. (floribus rubris) . . *Mant. p.* 395. *Elliſ. act. angl.* 1770. (v. 60.) *p.* 524. *t.* 12. *Flores rubri. Fructus odoratiſſimi.*

689. LIRIODENDRON. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 9. *Sem.* imbricata in ſtrobilum.
755.

Tulipifera. 1. L. foliis lobatis. *Büttn. cun.* 229.

Liliifera. 2. L. fol. lanceolatis.

690.

*) *Genus hocce, nobilitatum cortice Winterano, malui praefixo nomine inſignire, quam Drimydis, quo poſteriori quidem et in Supplemento comparet. Concinnius quoque dici putavi Winteram, quam Winteranam.* M.

690. MAGNOLIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 9. *Capſ.* 2-
755. valves, imbricatae. *Sem.* baccata, pendula.

grandiflora. 1. M. foliis lanceolatis perennantibus. *Corolla omnium arborum facile maxima. Folia coriacea, antiquiora purpuraſcenti-pubeſcentia. Münchhauſ.*

glauca. 2. M. fol. ovato-oblongis ſubtus glaucis. *Folia ſubtus albido-coeruleſcentia.*

acuminata. 3. M. fol. ovato-oblongis acuminatis. *Folia utrinque viridia dimidio anguſtiora. Lignum flavum. Münchhauſ.*

tripetala. 4. M. fol. lanceolatis, petalis exterioribus dependentibus. *Trew. ehret. 30. t. 32. 33. Flores magnitudine M. grandiflorae, fragrantiſſimi; Folia umbellatim poſita, 30 pollices longa. Münchhauſ.*

691. MICHELIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 15. *Baccae*
756. multae, 4-ſpermae.

Champaca. 1. M. foliis lanceolatis. *Flores lutei ſuaveolentiſſimi.*

Tſiampaca. 2. M. fol. lanceolato-ovatis. *Mant. 78.* Michelia evonymoides. *Burm. ind. 124.*

692. UVARIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala 6. Baccae* nu-
756. meroſae, pendulae, 4-ſpermae.

zeylanica. 1. U. foliis integerrimis.

javanica. 2. U. fol. ſerratis.

693. ANNONA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Bacca* poly-
756. ſperma, ſubrotunda, cortice ſquamato.

muricata. 1. A. foliis ovali-lanceolatis glabris nitidis planis, pomis muricatis. *Jacq. obſ. 10. t. 5.* – *Ejusd. amer. pict. p. 83. t. 161.* M. Araticu Ponhe. *Marcg. braſ. 93. Mant. 405. Cor. 3-petala, extus ſcabra: Nectarii petala 3, minora, extus alba, laevia, intus rubra. Fructus cordatus, muricatus.*

ſquamoſa. 2. A. fol. oblongis ſubundulatis, fruct. obtuſe ſubſquamatis. *Jacq. obſ. 13. t. 6.* – *Ejusd. amer. pict. p. 84. t. 162.* M. Anona indica, fructu ex viridi luteo, cortice ſquamato aſpero, nucleis

cleis nigricantibus parvis. *Pluk. alm. 31. t. 134. f. 3.* Guanabanus foliis odoratis, fructu ſubrotundo ſquamoſo. *Plum. gen. 43. Mant. 405.*

reticulata. 3. A. fol. lanceolatis, fruct. ovatis reticulato-areolatis. *Jacq. obſ. 14.* – *Ejusd. amer. pict. p. 85. t. 264. f. 93. quoad fructum* M. Anona-maram. *Rheed. mal. 3. p. 23. t. 30. 31.* (*non Catesbaei*). Guanabanus fructu aureo et molliter aculeato. *Plum. gen. 43.*

paluſtris. 4. A. fol. oblongis obtuſiuſculis glabris, fruct. areolatis. Guanabanus paluſtris, fructu laevi viridi. *Plum. mſſ.*

glabra. 5. A. fol. lanceolato ovatis, fruct. conoidibus glabris.

triloba. 6. A. fol. lanceolatis, fruct. trifidis.

aſiatica. 7. A. fol. lanceolatis glabris nitidis lineatis.

africana. 8. A. fol. lanceolatis pubeſcentibus.

hexapetala. 9. A. floribus hexapetalis. *Suppl. p. 270.* – (*Mancus character.* M.)

1404. UNONA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 6. *Baccae* plures pedicellatae, diſpermae. *Suppl. p. 46.*

diſcreta. 1. Unona. *Suppl. p. 270.*

694. ANEMONE. *Cal.* 0. *Petala* 6-9. *Sem.* plura. 758.

* Hepaticae, *flore ſubcalyculato.*

Hepatica. 1. A. foliis trilobis integerrimis. – *Fl. dan. t. 610.* M.

** Pulſatillae, *pedunculo involucrato, ſeminibus caudatis.*

patens. 2. A. pedunculo involucrato, fol. digitatis multifidis.

ſulphurea. 3. A. pedunc. involucrato, fol. triplicato-pinnatis piloſis planis acute inciſis, ſem. caudatis. *Mant. 78. Petala ſupra lutea.*

baldenſis. 4. A. fol. biternatis hirſutis. *Mant. 77.*

vernalis. 5. A. pedunc. involucrato, fol. pinnatis, flore erecto. *Fl. dan. t. 29.* Anemone tubis caudatis, involucris multifidis, foliis pinnatis, pinnis latis lobatis. *Hall. flor. 1147. t. 21.* (*Excluſa hortenſi. CB.*).

cer-

cernua. 6. A. pedunc. involucrato, fol. pinnatis, flore cernuo. *Thunb. jap. mſpt.* M.

Pulſatilla. 7. A. pedunc. involucrato, pet. rectis, fol. bipinnatis. *Fl. dan. t. 153.*

pratenſis. 8. A. pedunc. involucrato, pet. apice reflexis, foliis bipinnatis. — *Fl. dan. t. 611.* M. *Diſtincta ſpecies a praecedenti.*

alpina. 9. A. fol. caulinis ternis connatis ſupradecompoſitis multifidis, ſeminibus hirſutis caudatis. *Mant. 406.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 85.* M.

apiifolia. 10. A. fol. caulinis ternis connatis ſupradecompoſitis multifidis tenuiſſimis, ſubtus piloſiſſimis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 47. t. 4.* M.

*** Anemones, *caule folioſo, ſeminibus caudatis.*

coronaria. 11. A. fol. radicalibus ternato-decompoſitis, involucro folioſo.

hortenſis. 12. A. fol. digitatis, ſeminibus lanatis. Anemone foliis digitatis: lobis inciſis, petalis lanceolatis numeroſis. *Ger. prov. 380.*

palmata. 13. A. fol. cordatis ſublobatis, calyce hexaphyllo colorato.

**** Anemonoideae, *flore nudo, ſeminibus ecaudatis.*

ſibirica. 14. A. caule unifloro, involucro folioſo obtuſo. *Folia ſuborbiculata, ternata: foliola inciſo-palmata, ciliata, petiolis hirtis.*

ſylveſtris. 15. A. pedunculo nudo, ſem. ſubrotundis hirſutis muticis.

fragifera. 16. A. pedunc. nudo, ſeminibus ſubrotundis lanatis muticis, foliorum laciniis acutis lanceolatis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 55. Icon. rar* M.

virginiana. 17. A. pedunc. alternis longiſſimis, fruct. cylindricis, ſem. hirſutis muticis.

decapetala. 18. A. caule unifloro, flor. decapetalo, fol. ternatis lobatis radicalibus. *Mant. 79.*

penſylvanica. 19. A. caule dichotomo, fol. ſeſſilibus amplexicaulibus: infimis ternis trifidis inciſis. *Syſt. nat. 3. p. 231.* Anemone penſylvanica *Mant. 247.* *Similis dichotomae, at folia terna ad caulis primam dichotomam.*

dicho-

dichotoma. 20. A. caule dichotomo, fol. ſeſſilibus omnibus oppoſitis amplexicaulibus trifidis inciſis. *Linn. dec. 29. t. 15. Mant. 406.*

trifolia. 21. A. fol. ternatis ovatis integris ſerratis, caule unifloro.

quinqueſolia. 22. A. fol. quinatis ovalibus ſerratis, caule unifloro.

nemoroſa. 23. A. ſem. acutis, foliol. inciſis, caule unifloro. *Fl. dan. t. 549.*

apennina. 24. A. ſem. acutis, foliol. inciſis, petalis lanceolatis numeroſis.

ranunculoides. 25. A. ſem. acutis, foliol. inciſis, pet. ſubrotundis, caule ſub-bifloro. *Fl. dan. t. 140.*

narciſſiflora. 26. A. flor. umbellatis, ſem. depreſſo-ovalibus nudis. *Mant. 406.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 159.* Anemone ſeminibus nudis rotundis planis, foliis ſeptifidis imbricatis hirſutis. *Hall. flor. 1155.* Ranunculus montanus hirſutus albus altior. *Bauh. pinn. 183. Hall. Corollae hypocrateriformes.*

faſciculata. 27. A. flor. umbellatis congeſtis, fol. multifidis. *Varietatem A. narciſſiflorae credit. Haller.*

Thalictroides. 28. A. flor. umbellatis, fol. caulinis ſimplicibus verticillatis, radicalibus biternatis. *Involucrum foliolis petiolatis.*

695. ATRAGENE. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 12. *Sem.* 764. caudata.

japonica. 1. A. erecta foliis oppoſitis triternatis: foliolis ovatis inciſis. *Thunb. jap. mſpt.*

alpina. 2. A. fol. duplicato-ternatis ſerratis, petalis exterioribus quaternis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 241.* M. Clematis fol. compoſitis et decompoſitis: foliolis ternatis ſerratis. *Mill. ic. t. 284. Plantam alpinam ab auſtriaca diſtinguendam monet Jacq. vind. 249.*

capenſis. 3. A. fol. ternatis: foliolis inciſis dentatis, petalis exterioribus quinis. *Mant. 406. Berg. cap. 148.*

tenuifolia. 4. A. fol. duplicato-pinnatis: pinnulis linearibus integris. *Suppl. p. 270.*

zeylanica. 5. A. cirrhis diphyllis. *Cauleſcens et ſcandens.*

696. CLEMATIS. *Cal.* o. *Petala* 4. rarius 5 — vel 6 (M.)
765. *Sem.* caudata.

* *Scandentes.*

cirrhoſa. 1. C. fol. ſimplicibus, caule cirrhis oppoſitis ſcandente, pedunc. unifloris lateralibus.

Viticella. 2. C. fol. compoſitis decompoſitisque: foliolis ovatis ſublobatis integerrimis. *Folia floralia ovata. Petala deltoidea.*

Viorna. 3. C. fol. compoſitis decompoſitisque: foliolis quibusdam trifidis.

criſpa. 4. C. fol. ſimplicibus ternatisque: foliolis integris trilobisve.

orientalis. 5. C. fol. compoſitis: foliolis inciſis angulatis lobatis cuneiformibus, petalis interne villoſis.

hexapetala. 6. C. fol. compoſitis: foliolis ovatis ſerratis, pedunculis diphyllis, corolla patente hexapetala. *Suppl. p. 271.*

virginiana. 7. C. fol. ternatis: foliolis cordatis ſublobato-angulatis ſcandentibus, flor. dioicis.

florida. 8. C. fol. decompoſitis: foliolis binatis ternatisque, petalis ovatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

japonica. 9. C. fol. ternatis: foliolis elliptico-ovatis ſerratis, flor. cylindricis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

dioica. 10. C. fol. ternatis integerrimis, flor. dioicis.

Vitalba. 11. C. fol. pinnatis: foliolis cordatis ſcandentibus. — *Jacq. Fl. auſtr. t. 308.* M. *Variat Foliolis integris et inciſis. (Excluſa) americana.)*

Flammula. 12. C. fol. inferioribus pinnatis laciniatis: ſummis ſimplicibus integerrimis lanceolatis. Clematis foliis pinnatis: foliolis alternis; caulinis flexuoſis ſcandentibus. *Ger. prov. 382.*

** *Erectae.*

maritima. 13. C. fol. pinnatis linearibus, caul. ſimplicibus hexagonis.

erecta. 14. C. fol. pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, caule erecto, flor. pentapetalis tetrapetalisque. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 291.* M.

integrifolia. 15. C. fol. ſimplicibus ovato-lanceolatis, flor. cernuis. *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 363.* M. *Petala coriacea.*

697.

697. THALICTRUM *Cal.* o. *Petala* 4 ſ. 5. *Sem.* ecaudata.
767.

alpinum. 1. T. caule ſimpliciſſimo ſubnudo, racemo ſimplici terminali. *Fl. dan. t. 11.*

foetidum. 2. T. caule paniculato filiformi ramoſiſſimo folioſo. *Odor hircoſus.*

tuberoſum. 3. T. floribus pentapetalis, radice tuberoſa. *Mill. ic. t. 265. f. 2.*

Cornuti. 4. T. flor. pentapetalis, radice fibroſa.

dioicum. 5. T. flor. dioicis.

minus. 6. T. fol. ſexpartitis, flor. cernuis. Thalictrum alpinum minus ſaxatile, rutae folio, ſtaminibus luteis. *Segu ver. 476. t. 11. Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 419. Fl dan. t. 732.* M.

majus. 7. T. fol. multipartitis. flor. cernuis, ramis floriferis ex iisdem axillis binis vel ternis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. t. 420.* M.

medium. 8. T. fol. multipartitis: foliolis lanceolatis inciſis, floribus erectis. *Jacq. in Litt Hort. v. 3 t. 96.* M.

elatum. 9. T. fol. multipartitis: foliolis cordatis vel ovatis, obtuſis inciſis, caule tereti paniculato. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 90.* M.

ſibiricum. 10. T. fol. tripartitis: foliolis ſubreflexis argute inciſis, flor. cernuis.

purpuraſcens. 11. T. fol. tripartitis, caule foliis duplo altiore, floribus cernuis.

anguſtifolium. 12. T. foliolis lanceolato-linearibus integerrimis. *Affine T. flavo.* — *Jacq. hort. v. 3. t. 43.* M.

nigricans. 13. T. caule folioſo ſulcato, panicula multiplici erecta. foliolis acute trilobis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 5. t. 421* M.

flavum. 14. T. caule folioſo ſulcato, panic. multiplici erecta.

ſimplex. 15. T. caule folioſo ſimpliciſſimo angulato. *Mant 78. Fl. dan. t. 244.*

lucidum. 16. T. caule folioſo ſulcato, fol. linearibus carnoſis.

aquilegifolium. 17. T. fruct pendulis triangularibus rectis, caule tereti. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 318.* M.

atropurpureum. 18. T. fructibus pendulis triangularibus rectis, caule tereti ſtricto pluries ramoſo nebuloſo. *Jacq. in Litt. Hort. v. 5 t. 61.* M.

contortum. 19. T. fruct. pendulis triangularibus contortis, caule ſubancipiti. *Diſtinctum a T. aquilegifolio.*

ſtamineum. 20. T. ſtaminum filamentis petaliformibus lanceolatis. *Suppl. p.* 271.

ſtyloideum. 21. T. fol. tripartito-pinnatis, ſtylis baſi alatis. *Suppl. p.* 271.

698. ADONIS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* quinis plura absque nectario. *Sem.* nuda.
771.

aeſtivalis. 1. A. floribus pentapetalis, fructibus ovatis. *Flores rubri.*

autumnalis. 2. A. flor. octopetalis, fructibus ſubcylindricis. *Flores atro-purpurei.* — *An* Adonis *miniata*, flor. octopetalis, fructibus ſubcylindricis, corollis miniatis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. vol.* 4. *t.* 354. *ab hac ſatis diſtincta? quae quidem et apud nos inter ſegetes ineunte aeſtate petalis pallidius rubris et oblongis creberrima. Hortenſis pl. petalis rotundioribus profundioris coloris inſtruitur. An A. autumnalis Linn. revera autumno floret? Elegans exſtat hujus* Varietas *β, flore citrino.* M.

flammea. 3. A. flor. octopetalis, calycibus hirſutis, fructibus cylindricis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 355. *Floret aeſtate, corolla phoenicea.* M.

vernalis. 4. A. flore dodecapetalo: fructu ovato. *Jacq. auſtr. t.* 44. *Planta uniflora, ramis ſterilibus.*

apennina. 5. A. floribus pentdecapetalis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 1. *t.* 44. M. *Planta multiflora, ramis ſcilicet etiam floriferis.*

capenſis. 6. A. flor. decapetalis, fructibus depreſſis, foliis duplicato-ternatis: foliolis ſerratis cordatis. Adonis *capenſis*, foliis biternatis: foliolis ſubcordatis. *Suppl. p.* 272. *Folia biternata, radicalia: foliolis ſubcordatis, ſerratis, rigidis: Petiolis hirtis. Scapi aphylli, teretes, piloſi, terminati Umbella compoſita. Involucra et involucella hexaphylla, lanceolata. Pedunculi partiales tres exteriores; tres interiores et unicus centralis uniflorus; reliqui quadriflori. Calyx* 5-*phyllus, ovato-oblongus, concavus, albidus. Petala* 10, *lanceolata, alba, calyce duplo longiora. Filamenta multa, linearia, petalis* ½ *breviora. Antherae binae ovatae, parvae. Piſtilla multa, in capitulum congeſta. Styli extrorſum flexi, longitudine ſtaminum. Stigmata obtuſa. Foliatio involu-*

luta. Conferatur Imperatoria ranunculoides, ſphondylii hirſuto folio minor. *Plak. Mant.* 108. *Si aliter, quam foliis hirtis diverſa, poſſet diſtinctum genus conſtituere.*

veſicatoria. 7. A. flor. decapetalis, fol. biternatis: foliolis ſerratis glabris. *Suppl. p.* 272.

699. RANUNCULUS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5 intra ungues poro mellifero. *Sem.* nuda.
772.

* *Foliis ſimplicibus.*

Flammula. 1. R. foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. *Fl. dan. t.* 572.

reptans. 2. R. fol. linearibus, caule repente. *Fl. dan. t.* 108.

Lingva. 3. R. fol. lanceolatis, caule erecto. *Mant.* 407. — *Fl. dan. t.* 754. M.

nodiflorus. 4. R. fol. ovatis petiolatis: flor. ſeſſilibus.

gramineus. 5. R. fol. lanceolato-linearibus indiviſis, caul. erecto laeviſſimo paucifloro. Ranunculus foliis lanceolato-linearibus ſeſſilibus, caule erecto, radice faſciculata. *Ger. prov.* 384. Ranunculus gramineo folio, bulboſus. *Bauh. pin. t.* 81. *Diſtinguendus flor. luteis radice tuberoſa a R. pyrenaeo flor. albis radice bulboſa.*

pyrenaeus. 6. R. fol. linearibus indiviſis, caul. erecto ſtriato ſubbifloro. *Mant.* 248. Ranunculus foliis linearibus, caule ſubnudo, radice bulboſa. *Ger. prov.* 384. Ranunculus alpinus pumilus gramineo folio, flore albo. *Tournefort. inſt.* 293. Ranunculus pumilus, gramineis foliis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 850. *Synonyma a R. gramineo ſeparanda.*

parnaſſifolius. 7. R. fol. ſubovatis nervoſis lineatis integerrimis petiolatis, flor umbellatis.

amplexicaulis. 8. R. fol. ovatis acuminatis amplexicaulibus, caule multifloro, radice faſciculata. Ranunculus pyrenaeus flore albo. *Cluſ. cur. app. alt.*

bullatus. 9. R. fol. ovatis ſerratis; ſcapo nudo unifloro.

Ficaria. 10. R. fol cordatis angulatis petiolatis, caul. unifloro. *Fl. dan. t.* 499.

plantaginifolius. 11. R. fol. cordato-ovatis, apice vel integris vel tridentatis, flagellis reptantibus. *Murr. in comm. gott.* 1777. *p* 39. *t.* 2. Ranunculus ru-*thenicus,* foliis ovatis ad apicem paucidentatis, caule

caule repente. *Jacq. in Litt. Hort. t. 3. p. 19. t. 31.* M.

Thora. 12. R. fol. reniformibus ſubtrilobis crenatis: caulino ſeſſili, floribus lanceolatis, caule ſubbifloro. *Jacq. obſ. 25. t. 13. — Fl auſtr. v. 5. t. 442.* M. *Calyx coloratus, reflexus.*

** *Foliis diſſectis et diviſis.*

creticus. 13. R. fol. radicalibus reniformibus crenatis ſublobatis: caulinis tripartitis lanceolatis integerrimis, caule multifloro.

caſſubicus. 14. R. fol radicalibus ſubrotundo-cordatis crenatis, caulinis digitatis dentatis, caule multifloro.

auricomus. 15. R. fol. radicalibus reniformibus crenatis inciſis; caulinis digitatis linearibus, caule multifloro — *Fl. dan. t. 665.* M. Ranunculus rotundifolius vernus ſylvaticus. *Bauh. hiſt. 3. p. 341. Folium radicale cordatum.*

abortivus. 16. R. fol. radicalibus cordatis crenatis; caulinis ternatis angulatis, caule ſubtrifloro.

ſceleratus. 17. R. fol. inferioribus palmatis: ſummis digitatis, fructibus oblongis. *Fl. dan. t. 570.*

aconitifolius. 28. R. fol. omnibus quinatis lanceolatis inciſo-ſerratis. Ranunculus albus, folio denſo. *Bauh. hiſt. 3. p. 844. Similis R. platanifolio, ſed folia quinquepartita ad petiolum usque, et caulis dimidio brevior. I. B.*

platanifolius. 19. R. fol. palmatis laevibus inciſis, caule erecto, bracteis linearibus. *Mant. 79. Fl. dan. t. 111. Bauh. hiſt. 3. p. 843.*

illyricus. 20. R. fol. ternatis integerrimis lanceolatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 222* M.

penſylvanicus. 21. R. fol ternatis trifidis inciſis ſubtus piloſis, caule erecto, calycibus reflexis. *Suppl. p. 272.* — Ranunculus canadenſis. *Jacq. miſc. auſtr. vol. 2. p. 343. Linn. jun. annuam vocat: in horto bot. vindobonenſi autem pariter ac gottingenſi perennat, niſi vi frigoris ſubinde pereat.* M.

ternatus. 22. R. fol. omnibus ternatis: foliolis trifidis, caule multifloro, calycibus reflexis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

aſiaticus. 23. R. fol. ternatis biternatisque: foliolis trifidis inciſis, caule inferne ramoſo. *Caulis erectus ramoſus pubeſcens, teres ut Pedunculi. Fo-*

lia

lia infima ſimplicia lobata inciſa acuta, ſubtus pubeſcentia ut petioli; ſuperiora tripartita et biternata. Calyx non reflexus. Flos coronarius.

rutaefolius. 24. R. fol. ſupradecompoſitis, caule ſimpliciſſimo unifolio unifloro, radice tuberoſa. — Ranunculus caule unifloro, foliis imbricatis pinnatis: pinnis lobatis: lobis obtuſe palmatis. *Hall. flor. 1165. Flos albus.*

glacialis. 25. R. calyc. hirſutis, caule bifloro, fol. multifidis. *Fl. dan. t. 19.*

nivalis. 26. R. calyc. hirſuto, caule unifloro, fol. radicalibus palmatis: caulinis multipartitis ſeſſilibus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 325. 326.* M.

alpeſtris. 27. R. fol. radicalibus ſubcordatis obtuſis tripartitis: lobis trilobatis: caulino lanceolato integerrimo, caule ſubunifloro. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 110.* M. Ranunculus uniflorus, foliis laevibus ſemitrilobis rotundis ſerratis, caulinis lingulatis. *Hall. flor. 1167. Folia ſimilia R. aquatilis natantibus. Calyx reflexus, glaber. Petala alba, biloba.*

lapponicus. 28. R. fol. tripartitis lobatis obtuſis, caule ſubnudo unifloro. *Fl. dan. t. 144. 331.*

monſpeliacus. 29. R. fol. tripartitis crenatis, caule ſimplici villoſo ſubnudo unifloro.

bulboſus. 30. R. calyc. retroflexis, pedunc. ſulcatis, caule erecto multifloro, fol. compoſitis. *Fl. dan. t. 551.* — *Mill. illuſtr. ic. ubi omnes partes ſueto majores comparent.* M.

repens. 31. R. calyc. patulis, pedunc. ſulcatis, ſtolonibus repentibus, fol. compoſitis. — *Fl. dan. t. 795.* M. *An Varietas prioris?*

polyanthemos. 32. R. calyc. patulis, pedunc. ſulcatis, caule erecto, fol. multipartitis.

acris. 33. R. calyc. patulis, pedunc. teretibus, fol. tripartito-multifidis: ſummis linearibus. *Hujus Varietates eſſe R. auricomum et R. nivalem ſuſpicatur Haller.*

lanuginoſus. 34. R. calyc. patulis, pedunc. teretibus, caule petiolisque hirſutis, fol. trifidis lobatis crenatis holoſericeis. *Fl. dan. t. 397.*

chaerophyllus. 35. R. calyc. retroflexis, pedunc. ſulcatis, caule erecto unifloro: fol. compoſitis linear. multifidis.

 par-

parvulus. 36. R. hirtus, fol. trilobis inciſis, caul. erecto ſubunifloro. *Mant. 79.*

arvenſis. 37. R. ſem. aculeatis, fol. ſuperioribus decompoſitis linearibus. *Fl. dan. t. 219*

muricatus. 38. R. ſem. aculeatis, fol. ſimplicibus lobatis obtuſis glabris, caule diffuſo. *Bauh. hiſt. 3. p. 842.*

parviflorus 39. R. ſem. muricatis, fol. ſimplicibus laciniatis acutis hirtis. caule diffuſo.

orientalis. 40. R. ſem. ſpinoſo-ſubulatis recurvis, calyc. reflexis. fol. multifidis.

grandiflorus 43. R. caule erecto bifolio, fol. multifidis: caulinis alternis ſeſſilibus.

falcatus. 44. R. fol. filiformi-ramoſis, ſcapo nudo unifloro, ſem. falcatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 48.* M. *Bocc. ſic. adde t. 14. f.* 3.

hederaceus. 43. R. fol ſubrotundis trilobis integerrimis, caule repente. *Fl. dan. t. 321.*

aquatilis. 44. R. fol. ſubmerſis capillaceis: emerſis peltatis. *Fl. dan. t. 376.*

700. TROLLIUS. 782. *Cal.* o. *Petala* circiter 14. *Capſ.* plurimae, ovatae, polyſpermae.

europaeus. 1. T. corollis conniventibus, nectariis longitudine ſtaminum. *Fl dan. t. 133 Corollis clauſis flavis; nectariis flavis, ipſis ſtaminibus non longioribus. Germina ſ. Piſtilla erecta.*

aſiaticus. 2. T. corolla patula, nectariis ſtamine longioribus. *Parum a praecedenti diſtinctus nectariis fulvis ſtamine longioribus Corollis ſaturate luteis hiantibus. Germina ſ. Piſtilla extorſum flexa, quaſi procumbentia.*

701. ISOPYRUM. 783. *Cal.* o. *Petala* 5. *Nectaria* 3-fida, tubulata. *Capſ.* recurvae, polyſpermae.

fumarioides. 1. I. ſtipulis ſubulatis, petalis acutis. *Flores lutei.*

thalictroides. 2. I. ſtipulis ovatis. petalis obtuſis. — *Jacq. v. 2. t. 105.* M. *Flores albi.*

aquilegioides. 3. I. ſtipulis obſoletis.

702.

702. HELLEBORUS. *Cal.* o. *Petala* 5. ſ. plura. *Nectaria* bilabiata, tubulata. *Capſ.* polyſpermae, erectiuſculae,
783.

hyemalis. 1. H. flore folio inſidente. *Mant.* 408. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 202. M.

niger. 2. H. ſcapo ſubbifloro ſubnudo, fol. pedatis. *Mant.* 408. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 201. M. *Folia coriacea.*

viridis. 3. H. caule bifido, ramis folioſis bifloris, fol. digitatis. *Mant.* 408. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 106. M.

foetidus. 4. H. caule multifloro folioſo, fol. pedatis. *Folia omnia in caule, verſus radicem nulla.*

trifolius. 5. H. ſcapo unifloro, fol. ternatis. *Fl. dan. t.* 566. *Etiam in Iſlandia.*

703. CALTHA. *Cal.* o. *Petala* 5. *Nectaria* o. *Capſ.* plures, polyſpermae.
784.

paluſtris. 1. CALTHA. -- *Fl. dan. t.* 668. M.

.. HOUTUYNIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stamina* mixta piſtillis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

cordata. 1. HOUTUYNIA. *Thunb. l. c. Act. ſtockh.* 1783. *p.* 149. *tab.* 5. M.

704. HYDRASTIS. *Cal.* o. *Petala* 3. *Nectaria* o. *Bacca* compoſita acinis monoſpermis. *Elliſ.*
784.

canadenſis. 1. HYDRASTIS. Warneria. *Mill. ic.* 290. *t.* 285.

CLASSIS XIV.

D I D Y N A M I A.

GYMNOSPERMIA.

* *Calyces ſubquinquefidi.*

1236. Perilla. *Styli* duo! *Stam.* diſtantia.
722. Leonurus. *Antherae* punctis oſſeis adſperſae.
714. Glecoma. *Antherarum.* paria cruciata!
709. Hyssopus. *Filamenta* diſtantia, recta! *Cor.* ringens.
713. Mentha. *Filamenta* diſtantia, recta. *Cor.* ſubaequalis.
712. Sideritis. *Stigma* alterum vaginans alterum!
711. Lavandula. *Corolla* reſupinata!
706. Teucrium. *Corollae* lab. ſuperius nullum, ſed bipartitum!
705. Ajuga. *Corollae* lab. ſuperius ſtaminibus brevius!
723. Phlomis. *Corollae* lab. ſuperius hirtum!
718. Betonica. *Corollae* lab. ſuperius planum, adſcendens, tubo cylindrico. *Stam.* longitudine faucis.
716. Lamium. *Corollae* lab. inferius utrinque dente ſetaceo!
717. Galeopsis. *Corollae* lab. inferius ſupra bidentatum!
719. Stachys. *Corollae* lab. inferius lateribus reflexum. *Stam.* deflorata ad latera deflexa.
710 Nepeta. *Corollae* lab. inferius crenatum. *Faux* margine reflexo.
707. Satureja. *Corolla* laciniis ſubaequalibus. *Stamina* remota.
720. Ballota. *Calyx* 10-ſtriatus. *Corollae* lab. ſuperius fornicatum.
721. Marrubium. *Cal.* 10-ſtriatus. *Corollae* lab. ſuperius rectum.
724. Moluccella. *Calyx* campanulatus, corolla amplior, dentibus ſpinoſis.

* *Verbenae ſpecies aliquot.*

** *Caly-*

** *Calyces bilabiati.*

734. SCUTELLARIA. *Calyx* fructiferus operculatus!
727 THYMUS. *Calyx* fauce villis clauſus.
732. OCYMUM. *Corolla* reſupinata! *Filamenta* bina baſi proceſſu!
735. PRUNELLA. *Filamenta* omnia apice bifurca!
736. CLEONIA. *Stigmata* 4!
733. TRICHOSTEMA. *Filamenta* longiſſima!
729. DRACOCEPHALUM. *Corollae* faux inflato-dilatata!
726. ORIGANUM. *Strobilus* calyces colligens!
725. CLINOPODIUM. *Involucrum* calyces colligens.
708. THYMBRA. *Calyx* utrinque linea ciliata carinatus. *Stylus* ſemibifidus. *Cor.* labia plana.
731. MELITTIS. *Cal.* tubo corolla amplior. *Corollae* lab. ſuperius planum, integrum. *Antherae* cruciatae.
728. MELISSA. *Cal.* angulatus, ſcarioſus, labio ſuperiore adſcendente.
730. HORMINUM. *Corollae* quatuor laciniae ſubaequales; quinta majore emarginata.
737. PRASIUM. *Semina* baccata!
738. PHRYMA. *Semen* unicum!

ANGIOSPERMIA.

* *Calyces hiantes* (M.)

1408. CASTILLEJA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* ringens: *Labium* inferius glandulis tubuloſis. *Cal.* 1-phyllus, tubuloſus, longitudinaliter hians.

** *Calyces bifidi.*

778. OBOLARIA. *Capſ.* 1-locularis. *Cor.* campanulata, 4-fida. *Filamenta* ex diviſuris corollae.
779. OROBANCHE. *Capſ.* 1-locularis. *Cor.* ſubaequalis, 4-fida. *Glandula* ſub baſi germinis.
770. HEBENSTRETIA. *Capſ.* 2-ſperma. *Cor.* 1-labiata, 4-fida. *Stam.* margini laterali corollae inſerta.
754. TORENIA. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata. *Filamenta* duo, bifida.

793.	ACANTHUS.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* 1-labiata, 3-fida. *Antherae* villoſae.
1316.	PREMNA.	*Bacca* tetraſperma. *Cor.* quadrifida, inaequalis.
762.	CRESCENTIA.	*Bacca* 1-locularis. *Cor.* tubo campanulata. *Germen* pedicellatum. *Sem.* 2-locul.

*** *Calyces trifidi.*

761.	HALLERIA.	*Bacca* 2-locul. *Cor.* 4-fida: labio ſuperiore longiore.

**** *Calyces quadrifidi.*

769.	SELAGO.	*Semen* 1, involutum corolla inaequali.
781.	LIPPIA.	*Semen* 1, biloculare. *Cor.* hypocraterif. *Cal.* compreſſus.
743.	LATHRAEA.	*Capſ.* 1-locularis. *Cor.* perſonata. *Glandula* ſub germine.
739.	BARTSIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata. *Cal.* coloratior.
741.	EUPHRASIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata. *Antherae* inferiores hinc ſpinoſae.
740.	RHINANTHUS.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata. *Capſ.* compreſſa.
742.	MELAMPYRUM.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata. *Sem.* bina, gibboſa.
749.	SCHWALBEA.	*Capſ.* 2-locularis? *Cor.* perſonata. *Cal.* lacin. ſuperiores ſenſim minores.
785.	BARLERIA.	*Capſ.* 2 locularis. *Cor.* infundibuliformis. *Sem.* bina. *Capſ.* elaſtica.
767.	LOESELIA.	*Capſ.* 3-locularis. *Cor.* laciniis ſecundis. *Stam.* petalo adverſa.
763.	GMELINA.	*Drupa* nucleo 2-locul. *Cor.* bilabiata. *Anth.* binae craſſiores bipartitae.
765.	LANTANA.	*Drupa* nucleo 2-locul. *Cor.* hypocraterif. *Stigma* uncinatum.

***** *Calyces quinquefidi.*

1237.	AVICENNIA.	*Capſ.* 1-locularis, coriacea. *Cor.* labio ſuperiore quadrato. *Sem.* unicum.
745.	TOZZIA.	*Capſ.* 1-locularis. *Cor.* hypocrateriformis. *Sem.* unicum.

776.

776. LIMOSELLA.	*Capſ.* 1-locularis. *Cor.* campan. regular. *Sem.* plurima.
773. BROVALLIA.	*Capſ.* 1-locularis. *Cor.* hypocrateriformis. *Sem.* numeroſa.
1315. LINDERNIA.	*Capſ.* 1-locularis. *Cor.* ringens. *Stam.* inferiora dente terminali.
1265. VANDELLIA.	*Capſ.* 1-locularis. *Cor.* ringens. *Stam.* inferiora e diſco labii enata.
749. GESNERIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* ſupera.
756. SCROPHULARIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* reſupinata. *Lab.* ſegmento intermedio interno.
777. STEMODIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* inaequalis. *Stam.* bifida. *Anth.* geminae.
757. CELSIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Filamenta* lanata.
1405. HEMIMERIS.	*Capſ.* 2-locularis: loculo altero gibboſiore. *Cor.* rotata: *lacinia una* major, obcordata. *Foſſula* laciniarum nectarifera.
775. SIBTHORPIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* rotata. *Stam.* 2. et 2. approximata.
768. CAPRARIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata. *Stigma* cordatum bivalve.
758. DIGITALIS.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campan. ſubtus ventricoſa. *Stam.* declinata.
759 BIGNONIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata. *Sem.* alata, imbricata.
784. RUELLIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata. *Stam.* per paria approximata.
772. BUCHNERIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* hyprocrateriformis. *Limbi* laciniis obcordatis aequalibus.
771. ERINUS.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* bilabiata: labio ſuperiore breviſſimo reflexo.
764. PETRAEA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* rotata, calyce colorato minor. *Sem.* ſolitaria.
1264. MANULEA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* limbus 5-partitus: lacinia infima profundiore reflexa.
750. ANTIRRHINUM.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata ſubtus Nectario prominente.
792. COLUMNEA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* ringens ſupra baſin gibba. *Anth.* connexae.

747.	GERARDIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* hypocrat. inaequal. *Capſ.* baſi dehiſcens. *Sem.* 1.
746.	PEDICULARIS.	*Capſ.* 2 locularis. *Cor.* perſonata. *Sem.* tunicata.
783.	MIMULUS.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata. *Cal.* priſmaticus.
780.	DODARTIA.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata: lab. ſuperiore brevi, adſcendente.
748.	CHELONE.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* perſonata, inflata, clauſa. *Rudim.* filamenti 5:ti.
782.	SESAMUM.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* campanulata inaequalis. *Rudim.* filamenti 5:ti.
753.	MARTYNIA.	*Capſ.* 5-locularis. *Cor.* campanulata. *Rudim.* filamenti 5:ti.
752.	CRANIOLARIA.	*Capſ.* 5-locularis. *Cor.* hypocraterif. *Tubo* filiformi longiſſimo.
794.	PEDALIUM.	*Nux* bilocularis.
1409.	AMASONIA.	*Nux* ovata, 1-locularis.
774.	LINNAEA.	*Bacca* 3-locul. ſicca. *Cor.* campanul. *Cal.* ſuperus!
791.	BONTIA.	*Bacca* 1-ſperma. *Cor.* lab. inf. revolutum. *Sem.* plicatum.
766.	CORNUTIA.	*Bacca* 1-ſperma. *Cor.* ringens. *Stylus* longiſſimus.
789.	CLERODENDRON.	*Bacca* 1-ſperma. *Cor.* ringens: tub. anguſto. Stam. longiſſima.
788.	VOLKAMERIA.	*Bacca* 2-ſperma. *Cor.* laciniis ſecundis. *Sem.* bilocularia.
760.	CITHAREXYLON.	*Bacca* 2-ſperma. *Cor.* ſubaequalis. *Sem.* 2-locularia.
787.	OVIEDA.	*Bacca* 2-ſperma. *Cor.* longiſſima: limbo 3 fido. *Cal.* fructificus campanulatus.
1406.	MILLINGTONIA.	*Siliqua?* *Cor.* longiſſima: *Limbo* 4-fido. *Calycis* margo reflexus. *Antherae* bipartitae, vaginantes.
790.	VITEX.	*Bacca* 4-ſperma. *Cor.* ringens: lab. ſuperiore trifido.
786.	DURANTA.	*Bacca* 4-ſperma. *Cor.* ſubringens tubo curvo. *Sem.* bilocularia.
755.	BESLERIA.	*Bacca* polyſperma. *Cor.* inaequalis. *Bacca* 1-locularis,

* * * * * * *Calyces multifidi.*

1317.	HYOBANCHE.	*Capſ.* 2-locularis. *Cor.* unilabiata. *Cal.* heptaphyllus.

751.

751. Cymbaria. *Capſ.* 2-locularis. *Cor.* ringens. *Cal.* 10-dentatus.

1407. Thunbergia. *Capſ.* 2 locularis. *Cor.* campanulata. *Cal.* duplex: *exterior* diphyllus; *interior* multipartitus.

******** *Polypetali.*

795. Melianthus. *Capſ.* 4-locular. 4-loba. *Cor.* 4-petala, labium inferius conſtituens.

GYMNOSPERMIA.

705. AJUGA. *Corollae* labium ſuperius minimum. *Stamina* labio ſuperiore longiora.
785.

orientalis. 1. A. floribus reſupinatis.

pyramidalis. 2. A. tetragono-pyramidalis villoſa, foliis radicalibus maximis. *Fl. dan. t.* 185.

alpina. 3. A. caule ſimplici, fol. caulinis radicalia aequantibus. *Mant.* 80. *Diſtinctiſſima ab A. pyramidali.*

genevenſis. 4. A. fol. tomentoſis lineatis, calycibus hirſutis. *Creditur Varietas A. pyramidalis Gerardo, A. reptantis Hallero.*

reptans. 5. A. glabra, ſtolonibus reptantibus.

decumbens. 6. A. decumbens villoſa, fol. obovatis dentatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

706. TEUCRIUM. *Corollae* labium ſuperius (nullum) ultra baſin 2-partitum, divaricatum ubi ſtamina.
786.

campanulatum. 1. T. foliis multifidis, floribus lateralibus ſolitariis.

orientale. 2. T. fol. multifidis, flor. racemoſis. *An ſatis diſtincta ſpecies a praecedenti?* β T. campanulatum. *Sp. plant.* 786. *videtur mera varietas.*

Botrys. 3. T. fol. multifidis, flor. lateralibus ternis pedunculatis.

Chamaepitys. 4. T. fol. trifidis linearibus integerrimis, flor. ſeſſilibus lateralibus ſolitariis, caule diffuſo. — *Fl. dan. t.* 733. M.

niſſo-

Melianthus *tetrapetalus, reliqui omnes hujus claſſis monopetali.*

niſſolianum. 5. T. fol. trifidis quinquefidisque filiformibus, flor. pedunculatis ſolitariis oppoſitis, caul. decumbente.

pſeudo chamaepitys. 6. T. fol. tripartitis trifidis linearibus, flor. racemoſis, caul. hirto. *Ger. prov.* 276. *Calyces ariſtati.*

Iva. 7. T. fol. ſubtricuſpidatis linearibus, flor. ſeſſilibus lateralibus ſolitariis.

mauritanum. 8. T. fol. pinnato-multifidis, caule ſimpliciſſimo erecto, bracteis ſubulato-palmatis.

fruticans. 9. T. fol. integerrimis ellipticis ſubtus tomentoſis, flor. lateralibus ſolitariis pedunculatis. Teucrium fruticans boeticum. *Dill. elth. t.* 284. *f.* 366-368.

latifolium. 10. T. fol. integerrimis rhombeis acutis villoſis: ſubtus tomentoſis.

creticum. 11. T. fol. lanceolato-linearibus integerrimis, flor. racemoſis ternis. Teucrium pedunculis axillaribus ſolitariis trifloris, calycibus tomentoſis, foliis linearibus integerrimis, ſubtus incanis. *Gouan. monſp.* 272. *Calyces ſpinoſi.*

Marum. 12. T. fol. integerrimis ovatis, acutis petiolatis: ſubtus tomentoſis, flor. racemoſis ſecundis. *Mant.* 409.

multiflorum. 13. T. fol. ovatis: ſuperne glabris ſerrato dentatis, flor. racemoſis: verticillis ſexfloris. Teucrium floribus verticillatis pedunculatis ſenis, calycibus inferne ventricoſis, foliis ovatis glabris apice ſerratis. *Gouan. monſp.* 272. Teucrium foliis ovatis acutis denticulatis, floribus ſolitariis. *Zinn. goett.* 291. Marum hiſpanicum nigrum, flore purpureo. *Hall. goett.* 314. Marum hiſpanicum nigrum. *Bocc. muſ. t.* 117.

Laxmanni. 14. T. foliis ovato-oblongis integerrimis ſeſſilibus, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Habitat in Sibiria. D. Laxman. Caulis ſemipedalis, villoſus. Folia trinervia. Flores ſolitarii, laterales, ſecundi.*

ſibiricum. 15. T. fol. ſerratis ovatis, pedunculis ſolitariis trifloris: intermedio ſeſſili, bracteis lineari-lanceolatis. *Folia utrinque nuda. ovata. ſerrata.*

ſalicifolium. 16. T. fol. lanceolato ellipticis obtuſiuſculis integerrimis, calyc. quadrifidis ſolitaris. *Mant.* 80.

aſia-

aſiaticum. 33. T. fol. lanceolatis repando-ſerratis baſi rectangulis, flor. ſolitariis. *Mant. 80.* — *Jacq. hort. v. 3. t. 41.* M. Chamaedrys fruticoſa luſitanica, meliſſae folio minore, flore purpureo. *Tournef. inſt. 205?*

cubenſe. 18. T. fol. cuneatis ſerrato-inciſis glabris in petiolum attenuatis, flor. ſolitariis pedunculatis. *Jacq. obſ. 2. t. 29.* — *Ejusd. amer. pict. p. 85. t. 164.* M.

Arduini. 19. T. fol. ovatis ſerratis, racemo ſpicato tereti ſeſſili terminali. *Mant. 81.*

canadenſis. 20. T. fol. ovato-lanceolatis ſerratis, caule erecto, racemo tereti terminali, verticillis hexaphyllis.

virginicum. 21. T. fol. ovatis inaequaliter ſerratis, racemis terminalibus. *Caulis rubens, pubeſcens.*

hircanicum. 22. T. fol. cordato-oblongis obtuſis, caule brachiato dichotomo, ſpicis longiſſimis terminalibus ſeſſilibus ſpiralibus.

Scorodonia. 23. T. fol. cordatis ſerratis petiolatis, racemis lateralibus ſecundis, caule erecto. *Fl. dan. t. 485.* *Corollae albae, filamenta purpuraſcentia.*

maſſilienſe. 24. T. fol. ovatis rugoſis inciſo-crenatis incanis, caulibus erectis, racemis rectis ſecundis. *Jacq. hort. t. 94.* Teucrium foliis ovatis crenatis, floribus racemoſis ſtaminibus corolla brevioribus. *Ger. prov. 277. t. 11.*

Scordium. 25. T. fol. oblongis ſeſſilibus dentato-ſerratis, floribus geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuſo. *Fl. dan. t. 593.*

Chamaedrys. 26. T. fol. cuneiformi-ovatis inciſis crenatis petiolatis, flor. ternis, caulibus procumbentibus ſubpiloſis.

lucidum. 27. T. fol. ovatis acute inciſo-ſerratis glabris, flor. axillaribus ternis, caule erecto laevi. *Differt a T.* Chamaedry: *Caule pedali, erecto, glabro; nec palmari, diffuſo, piloſo.*

flavum. 28. T. fol. cordatis obtuſe ſerratis: bracteis integerrimis concavis, caule fruticoſo, flor. racemoſis ternis. *Varietas β. pro diſtincta ſpecie habetur a B. Juſſieu.*

montanum. 29. T. corymbo terminali: fol. lanceolatis integerrimis: ſubtus tomentoſis. *Flores albi. Folia lanceolata, remota.*

Jupi-

ſupinum. 30. T. corymbo terminali, fol. linearibus: margine revolutis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 417. Flores albi. Folia linearia, integerrima, acuta, conferta.*

pyrenaicum. 31. T. corymbo terminali, fol. cuneiformi-orbiculatis crenatis.

Polium. 32. T. ſpicis ſubrotundis, fol. oblongis obtuſis crenatis tomentoſis ſeſſilibus, caule proſtrato. ε. Polium montanum luteum. *Bauh. pin.* 220. ζ. Polium montanum repens. *Bauh. pin.* 221.

capitatum. 33. T. capitulis pedunculatis, fol. lanceolatis crenatis tomentoſis, caule erecto. *Varietas β. ad T. Polium. Gerard.*

pumilum. 34. T. capitulis terminalibus ſeſſilibus, foliis linearibus planis quadrifariam confertis, caule procumbente tomentoſo.

ſpinoſum. 35. T. ſpinoſum, calycib. labio ſuperiore ovato, coroll. reſupinatis, pedunc. geminis. *T. mucronatum Sp. plant.* 793. *n.* 31. *Varietas eſt: Corollae reſupinatae albae. Stamina breviſſima.*

707. SATUREJA. *Corollae* laciniae ſubaequales. *Stamina* diſtantia.
793.

juliana. 1. S. verticillis faſtigiatis, foliis lineari-lanceolatis.

Thymbra. 2. S. flor. verticillatis hiſpidis, fol. oblongis acutis.

graeca. 3. S. pedunculis ſubtrifloris lateralibus, involucellis calyce brevioribus. *Adultior in ſequentibus annis, corymbis ſolitariis; primo geminis.*

montana. 4. S. pedunc. lateralibus ſolitariis, flor. faſciculatis faſtigiatis, fol. mucronatis lineari lanceolatis. Satureja pedunculis lateralibus ſolitariis trifloris, foliis carinatis punctatis ciliatis mucronatis. *Zinn. goett.* 313. *Willich obſ.* 109. *Saxifraga ſecunda. Cam. epit.* 717. *B.*

hortenſis. 5. S. pedunc. bifloris.

capitata. 6. S. flor. ſpicatis, fol. carinatis punctatis ciliatis.

ſpinoſa. 7. S. ramis ſpinoſis, fol. hiſpidis.

viminea. 8. S. pedunc. axillaribus trifloris, involucris linearibus, fol. lanceolato-ovatis integerrimis.

708. THYMBRA. *Calyx* ſubcylindricus, bilabiatus, utrinque linea villoſa exaratus. *Stylus* ſemibifidus.
795.

ſpicata. 1. T. floribus ſpicatis.

verticillata. 2. T. flor. verticillatis.

709. HYSSOPUS. *Corolla* labium inf. lacinula intermedia crenata. *Stamina* recta, diſtantia.
796.

officinalis. 1. H. ſpicis ſecundis, foliis lanceolatis. — *Jacq. Fl. auſtr v.* 3. *t.* 254. M. *Habitat in Auſtriae ſubalpinis.*

Lophanthus. 2. H. coroll. reſupinatis, ſtaminibus inferioribus corolla brevioribus, fol. cordatis. — *Jacq. hort. v.* 2. *t.* 182. M.

Nepetoides. 3. H. caule acuto quadrangulo. *Jacq. hort. t.* 69. *Herm. par.* 106. *t.* 106.

710. NEPETA. *Corollae* labium inf. lacinula intermedia crenata: faux margine reflexo. *Stamina* approximata.
796.

Cataria. 1. N. floribus ſpicatis: verticillis ſubpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-ſerratis. *Fl. dan. t.* 580.

pannonica. 2. N. flor. paniculatis, fol. cordatis petiolatis obſolete crenatis. Nepeta nuda. *Jacq. auſtr. t.* 24. Menthaſtrum montanum 1. *Cluſ. hiſp* 2. *p* 32.

violacea. 3. N. verticillis pedunculatis corymboſis, fol. petiolatis cordato-oblongis dentatis.

amboinica. 4. N. (flor. ſubverticillatis M.) fol. cordatis obtuſis crenatis, bracteis ovatis. *Suppl. p.* 273.

ucranica. 5. N. flor. paniculatis, fol. lanceolatis ſerratis ſeſſilibus nudis.

incana. 6. N. florum paniculis axillaribus, fol. pedunculatis ovatis ſerratis tomentoſis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

Nepetella. 7. N. flor. racemoſis: racemulis 5-floris, fol. cordato-lanceolatis dentatis tomentoſis.

nuda. 8. N. flor. racemis verticillatis nudis, fol. cordato-oblongis ſeſſilibus ſerratis. *Mant.* 410. Nepeta pannonica. *Jacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 129. M.

hirſuta. 9. N. flor. ſeſſilibus verticillato-ſpicatis, verticillis tomento obvolutis.

italica. 10. N. flor. ſeſſilibus verticillato-ſpicatis: bracteis lanceolatis longitudine calycis. fol. petiolatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 112* M.

tuberoſa. 11. N. ſpicis ſeſſilibus terminalibus: bracteis ovatis coloratis, fol ſummis ſeſſilibus.

ſcordotis. 12. N. ſpicis terminalibus ſeſſilibus: bracteis ſubcordatis villoſis, fol. cordatis obtuſis.

virginica. 13. N. capitulis terminalibus, ſtaminibus flore longioribus, fol. lanceolatis.

malabarica. 14. N. ſpica verticillata: bracteis filiformibus, fol. lanceolatis inferne integerrimis. *Mant.* 566. Nepeta malabarica, folio latiore, flore ex coeruleo albido. *Moriſ. hiſt 3. p.* 415.

indica. 15. N. corollarum labio ſuperiore integerrimo breviſſimo. *Affinis N. malabaricae.*

multifida. 16. N. flor. ſpicatis, fol bipinnatis linearibus. *Suppl. p.* 273. Nepeta *multifida*, floribus ſpicatis. fol. pinnatifidis integerrimis. *Syſt. ed. 13. p.* 442. Lavendula foliis ovatis ſaepe lobatis. *Gmel. ſib. 3. p. 242. t.* 55.

pectinata. 17. N. flor. ſpicatis ſecundis, foliis cordatis nudis, caule fruteſcente, corollis minimis.

lavendulacea. 18. N. ſpica compacta, fol. ovatis inciſo-ſerratis lineatis. *Suppl. p.* 272.

711. LAVANDULA. 800. *Calyx* ovatus, ſubdentatus, bractea ſuffultus. *Corolla* reſupinata. *Stamina* intra tubum.

Spica. 1. L. foliis ſeſſilibus lanceolato-linearibus margine revolutis, ſpica interrupta nuda. *Linn. jun. Diſſ. de Lavandula* 1780. *n.* 1. M. Lavandula Spica. *Syſt. ed. 13. p.* 443.

Stoechas. 2. L. fol. ſeſſilibus linearibus margine revolutis, ſpica coarctata comoſa. *Linn Diſſ. cit. n.* 2. M. Lavandula Stoechas. *Syſt. ed. 13. p* 443.

dentata. 3. L. fol. ſeſſilibus linearibus pectinato-pinnatis, ſpica coarctata comoſa. *Linn. Diſſ. cit. n.* 3. M. Lavandula dentata. *Syſt. ed. 13. p.* 443.

pinnata. 4. L. fol. petiolatis pinnatis: foliolis cuneiformibus, ſpica imbricata. *Linn. Diſſ. cit. n. 4. t.* 1. Lavandula *pinnata*, foliis pinnatis *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p.* 318. *icon. rar. t.* 9. N.

multi-

multifida. 5. L. fol. petiolatis pinnatis: foliolis decurſive pinnatifidis, ſpica quadrangulari: angulis ſpiralibus. *Linn. Diſſ. cit. n.* 5. M. Lavandula multifida. *Syſt. ed.* 13. *p.* 443.

carnoſa. 6. L. fol. petiolatis ovato-cordatis ſerratis carnoſis, ſpica tetragona, calycibus recurvatis. *Linn. Diſſ. cit. n. 6. t. 2.* M. Lavandula *carnoſa*, foliis cordatis crenatis glaberrimis carnoſis. *Suppl. p.* 273.

712. SIDERITIS. *Stamina* intra tubum corollae. *Stigma* 801. brevius involvens alterum.

* *Ebracteatae.* M.

canarienſis. 1. S. fruticoſa villoſa, foliis cordato-oblongis acutis petiolatis, ſpicis verticillatis ante floreſcentiam nutantibus, ramis divaricatis. — *Jacq. hort. v. 3. t. 30.* M.

cretica. 2. S. fruticoſa tomentoſa, fol. cordato-oblongis obtuſis petiolatis, ramis divaricatis, ſpic. verticillatis. (*Excluſo Tournefort.*)

ſyriaca. 3. S. fruticoſa tomentoſo-lanata, fol. lanceolatis integerrimis, flor. verticillatis.

perfoliata. 4. S. herbacea hiſpido-piloſa, fol. ſuperioribus amplexicaulibus.

montana. 5. S. herbacea ebracteata, calycibus corolla majoribus ſpinoſis: labio ſuperiore trifido. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t.* 434. M. *In ſaxoſis erecta, in pratis procumbens.*

elegans. 6. S. herbacea ebracteata villoſa, caule diffuſo, calycum laciniis ſubaequalibus, ſpinuloſis. *Murr. in comm. gott. 1778. p. 92. t. 4.* Mappia foliis ovatis tomentoſis corolla alba cum limbo nigro. *Fabric. hort. helmſt. Ed. 2. p. 106.* M.

romana. 7. S. herbacea decumbens ebracteata, calycibus ſpinoſis: labio ſuperiori ovato. *Caules depreſſi, rigiduli.*

** *Bracteatae.* M.

incana. 8. S. ſuffruticoſa tomentoſa, fol. lanceolato-linearibus integerrimis, flor. bracteisque dentatis.

hyſſopifolia. 9. S. fol. lanceolatis glabris integerrimis, bracteis cordatis dentato ſpinoſis, calycibus aequalibus.

bus. *Similis ſcordiodi, caule magis tomentoſo. Hall.*

ſcordioides. 10. S. fol. lanceolatis ſubdentatis ſupra glabris, bracteis ovatis dentato-ſpinoſis, calycibus aequalibus.

hirſuta. 11. S. fol lanceolatis obtuſis dentatis piloſis, bracteis dentato-ſpinoſis, caul. hirtis decumbentibus. Tetrahit caulibus procumbentibus, foliis ſeſſilibus. *Ger. prov.* 272.

ciliata. 12. S. herbacea, fol ovatis ſerratis, bracteis ciliatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

lanata. 13. S. fol cordatis obtuſis villoſis, calyc. muticis lanatis, ſpica oblonga, caule erecto.

713. MENTHA. *Corolla* ſubaequalis, 4-fida, lacinia latiore emarginata. *Stamina* erecta, diſtantia.
804.

Auricularia. 1. M. ſpicis oblongis, foliis oblongis ſerrratis piloſis ſeſſilibus. ſtaminibus corolla longioribus. *Mant.* 81. Mentha foetida. *Burm. ind* 126.

niliaca. 2. M. ſpic. oblongis, fol. ovatis. ſerratis villoſis ſeſſilibus. *Jacq. in Litt. Hort. v.* 3. *t.* 87. M.

ſylveſtris. 3. M. ſpic. oblongis, fol. oblongis ſerratis tomentoſis ſeſſilibus, ſtam. corolla longioribus. *Fl. dan. t.* 484.

viridis. 4. M. ſpic. oblongis, fol. lanceolatis nudis ſerratis ſeſſilibus, ſtam. corolla longioribus.

rotundifolia. 5. M. ſpic. oblongis, fol. ſubrotundis rugoſis crenatis ſeſſilibus.

criſpa. 6. M. flor capitatis, fol. cordatis dentatis undulatis ſeſſilibus, ſtam corollam aequantibus.

hirſuta. 7. M. flor. capitatis, fol. ovatis ſerratis ſubſeſſilibus pubeſcentibus, ſtam. corolla longioribus. *Mant.* 81.

aquatica. 8. M. flor. capitatis, fol. ovatis ſerratis petiolatis, ſtaminibus corolla longioribus. — *Fl. dan. t.* 673. M.

piperita. 9. M. flor. capitatis, fol. ovatis petiolatis. ſtaminibus corolla brevioribus. — Cfr. *Knigge Diſſ. de Mentha piperitide cum tab.* M.

ſativa. 10. M. flor. verticillatis, fol. ovatis acutiuſculis ſerratis, ſtam. corolla longioribus. — *Fl. dan. t.* 794. M.

gen-

gentilis. 11. M. flor. verticillatis, fol. ovatis acutis ſerratis, ſtaminibus corolla brevioribus. — *Fl. dan. t* 736. M.

arvenſis. 12. M. flor. verticillatis, fol. ovatis acutis ſerratis, ſtaminibus corollam aequantibus. *Fl. dan. t.* 512.

auſtriaca. 13. M. flor. verticillatis, corollae laciniis omnibus obtuſis, fol. ſubovatis villoſis, ſtaminibus corolla brevioribus. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 5. *t.* 430. M. *Menthae arvenſi maxime ſimilis.* M.

exigua. 14. M. flor. verticillatis, fol. lanceolato-ovatis glabris acutis integerrimis.

canadenſis. 15. M. flor. verticillatis, fol. lanceolatis ſerratis petiolatis piloſis, ſtam. corollam aequantibus.

Pulegium. 16. M. flor. verticillatis, fol. ovatis obtuſis ſubcrenatis, caulibus ſubteretibus repentibus, ſtam. corolla longioribus.

cervina. 17. M. flor. verticillatis, bracteis palmatis, fol. linearibus, ſtam. corolla longioribus.

canarienſis. 18. M. flor. capitatis axillaribus dichotomis, fol. ovatis crenatis, caule arboreſcente, ſtam. corolla brevioribus.

plumoſa. 19. M. paniculis dichotomis terminalibus, fol. ovatis petiolatis ſerratis ſubtus albo-tomentoſis, caule fruticoſo. *Suppl. p.* 273. *Menthae canarienſi affinis.*

perilloides. 20. M. racemis ſecundis lateralibus. Ocymum fruteſcens. *Sp. pl.* 833. *Stamina corollis breviora; ſimilis Perillae ocymoidei.*

1236. PERILLA. *Caycis* lacinia ſuprema breviſſima *Stamina* diſtantia. *Styli* duo connexi.

ocymoides. 1. PERILLA. *Gen. plant.* 578. Meliſſa *maxima*, foliis ovato-oblongis ſerratis utrinque acutis: baſibus mucronato-glanduloſis, ſpicis ſecundis. *Ard. ſpec.* 2. *p.* 28. *t.* 13. *Flores parvi albi ſolitarii ſ. terni.*

714. GLECOMA. *Antherarum* ſingulum par in formam
807. crucis connivens. *Calyx* 5-fidus.

hederacea. 1. G. fol. reniformibus crenatis. — *Fl. dan. t.* 789. M.

716. LAMIUM. *Corollae* lab. ſup. integrum, fornicatum;
808. lab. inf. 2-lobum; faux utrinque margine dentata.

Orvala. 1. L. foliis cordatis inaequaliter arguteque ſerratis, corollis fauce inflata, caul. coloratis. β. ORVALA garganica. *Sp. pl.* 807. Papia garganica. *Mich. gen.* 20. *t.* 17. *

laevigatum. 2. L. fol. cordatis rugoſis, caule laevi, cal. glabris longitudine tubi corollae. *Calyx ſimilis L. orvalae.*

garganicum. 3. L. fol. cordatis pubeſcentibus, corollis fauce inflata: tubo recto dente utrinque gemino. *Labium ſuperius quadridentatum, patens, nec compreſſum.*

maculatum. 4. L. fol. cordatis acuminatis, verticillis decemfloris. *Colum. ecphr.* 190. *t.* 192 *Corollae faux utrinque dentibus 2, ſuperiore ſetaceo. Macula alba folium aeſtate diſparet.*

album. 5. L. fol. cordatis acuminatis ſerratis petiolatis, verticillis vigintifloris. *Fl. dan. t.* 594.

purpureum. 6. L. fol. cordatis obtuſis petiolatis. *Fl. dan. t.* 523.

amplexicaule. 7. L. fol. floralibus ſeſſilibus amplexicaulibus obtuſis. — *Fl. dan. t.* 752. M.

multifidum. 8. L. fol. multipartitis.

717. GALEOPSIS. *Corollae* lab. ſuper. ſubcrenatum,
810. fornicatum; lab. inf. ſupra 2-dentatum.

Ladanum. 1. G. internodiis caulinis aequalibus, verticillis omnibus remotis, calycibus inertibus. *Mant.* 411.

Galeob-

* PAPIÆ (ORVALÆ) *genus a Michelio conſtitutum, mihi dubium antea viſum Sp. pl.* 808, *deleatur e re herbaria, utpote mera varietas Lamii* 1, *ex loco umbroſo rorido, confirmante Horto Bononienſi in literis D. Baſſi.*

Tetrahit. 2. G. internodiis caulinis ſuperne incraſſatis, verticillis ſummis ſubcontiguis, cal. ſubpungentibus. *Mant. 411.*

Galeobdolon. 3. G. verticillis ſexfloris: involucro tetraphyllo. *Genus obſcurum, cum corollae labium aequale, dentibus deſtitutum. Folia interdum albo-maculata. Flagella longa e radice.*

718. BETONICA. *Cal.* ariſtatus. *Corollae* lab. ſuper. 810. adſcendens, planiuſculum; tubus cylindricus.

officinalis. 1. B. ſpica interrupta, corollae labii lacinia intermedia emarginata. — *Fl. dan.* 726. M.

orientalis. 2. B. ſpic. integra, coroll. labii lacinia intermedia integerrima.

alopecuros. 3. B. ſpic baſi folioſa, coroll. galea bifida. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 78.* M. *Folia caulina duabus oppoſitionibus. Bracteae integerrimae. Corollae ochroleucae.*

hirſuta. 4. B. ſpica baſi folioſa, corollis galea integra. *Mant. 248.* — *Murr. in comm. gott. 1779. vol. 2. p. 13. t. 3* M. Betonica foliis hirſuſuris, floribus purpureis ampliſſimis. *Mentz. pug. Similis B. alopecuroidi; Corollae purpuraſcentes. Baſſi.*

heraclea. 5. B. ſpica calycibus lanatis: dentibus filiformibus, fol. lanceolatis nudis. *Mant.* 83.

719. STACHYS. *Corollae* lab. ſuper. fornicatum; lab. 811. inferius lateribus reflexum: lac. intermedia majore emarginata. *Stamina* deflorata verſus latera reflexa.

ſylvatica. 1. S. verticillis ſexfloris, foliis cordatis petiolatis.

paluſtris. 2. S. verticillis ſub-ſexfloris, fol. lineari lanceotis ſemiamplexicaulibus ſeſſilibus.

alpina. 3. S. verticillis multifloris, foliorum ſerraturis apice cartilagineis, corollis labio plano.

germanica. 4. S. verticillis multifloris, foliorum ſerraturis imbricatis, caule lanato. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 319. Fl. dan. t. 684.* M.

lanata. 5. S. verticillis multifloris, fol. lanatis ſubcrenulatis, caulibus baſi procumbentibus et radicantibus. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 342. Icon. rar.* M.

cretica. 6. S. verticillis triginta-floris, calycibus pungentibus, caule hirto.

glutinoſa. 7. S. ramis ramoſiſſimis, fol. lanceolatis glabris.

ſpinoſa. 8. S. ramulis ſpina terminatis.

orientalis. 9. S. fol. tomentoſis ovato-lanceolatis: floralibus verticillo brevioribus.

palaeſtina. 10. S. flor. ſubſpicatis, fol. lanceolatis ſeſſilibus tomentoſis rugoſis integerrimis, calyc. muticis. *Sp. pl. 1674. Folia tomentoſo-alba. Calyx ſubdecagonus. Corollae Lab. ſuperius concavum, integrum, purpuraſcens, margine laterali linea purpurea: L. inferius purpuraſcens: lac. media majore concava; Fauce albo-maculata.*

maritima. 11. S. fol. cordatis obtuſis tomentoſis crenatis, bracteis oblongis integerrimis. *Mant 82. Jacq. hort. t. 70.* Betonica maritima, flore ex luteo palleſcente. *Dill. elth. 50. t. 42. f. 50.*

aethiopica. 12. S. verticillis bifloris. *Mant. 82.*

hirta. 13. S. verticillis ſexfloris, caulibus proſtratis, coroll. labio ſuperiore biſido divaricato reflexo.

canarienſis. 14. S. verticillis ſexfloris, fol. cordatis villoſis crenatis, caulibus ſubereɛtis. calycibus fruɛtigeris campanulato patentiſſimis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 3. Icon. rar.* M.

reɛta. 15. S. verticillis ſubſpicatis, fol. cordato-ellipticis crenatis ſcabris, caul. adſcendentibus. *Mant. 82. — Jacq v. 4. t.* 359. M. Sideritis flore luteo. *Riv. mon. 70.*

annua. 16. S. verticillis ſexfloris, fol. ovato-lanceolatis trinerviis laevibus petiolatis, caul. ereɛto. *Mant. 411. — Jacq. Fl. auſt. v. 4. t.* 360 M.

arvenſis. 17. R. verticillis ſexfloris, fol. obtuſis nudiuſculis, corollis longitudine calycis, caul debili. *Fl. dan. t. 587. Labii lacinia intermedia non emarginata.*

720. BALLOTA. *Cal.* hypocrateriformis, 5-dentatus,
814. 10-ſtriatus. *Corollae* lab. ſup. crenatum, concavum.

nigra. 1. B. foliis cordatis indiviſis ſerratis, calycibus acuminatis.

alba. 2. B. fol. cordatis indiviſis ſerratis, calycibus ſubtruncatis *Fl. ſvec. 2. n. 540. An varietas praecedentis?*

lanata. 3. B. fol. palmatis dentatis, caule lanato. Phlomis foliis multifidis. *Gmel. ſib.* 3. *p. 241. t. 72 Corollae hirſutiſſimae, ochroleucae, extus albae. Habitat in Sibiria verſus Chinam.*

ſuaveolens. 4. B. fol. cordatis, ſpicis folloſis, calycibus truncatis: ariſtis linearibus. *Sem. 4. legit Jacq. amer. 172. — Ed. 2. pict. p 85. t.* 163. *Hort. v.* 3. *t. 42.* M. (*Plumieri ſynonymon dubium*).

diſticha. 5. B. verticillis dimidiatis bipartitis ſemiſpicatis. *Mant. 82.*

721. MARRUBIUM. *Cal.* hypocrateriformis, rigidus.
815. 10-ſtriatus. *Corollae* lab. ſup. 2-fidum, lineare, rectum.

* *Calycibus 5-dentatis.*

Alyſſon. 1. M. foliis cuneiformibus quinquedentatis plicatis, verticillis involucro deſtitutis.

peregrinum. 2. M. fol. ovato-lanceolatis ſerratis, calycum denticulis ſetaceis. *Dill. elth. 219. t. 175. f. 214. Jacq Fl. auſtr. v. 2 t. 160.* M.

candidiſſimum. 3. M. fol. ſubovatis lanatis ſuperne emarginato-crenatis, denticulis calycinis ſubulatis. *Dill. elth. 218. t. 174. t. 214.*

aſtracanicum. 4. M. fol ovatis crenatis tomentoſis rugoſiſſimis, dentibus calycinis ſubulatis, laciniis corollae ſuperioribus acutis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p.* 306. *Ic. rar. t.* 7. M.

ſupinum. 5. M. dentibus calycinis ſetaceis rectis villoſis.

** *Calycibus 10-dentatis.*

vulgare. 6. M. dentibus calycinis ſetaceis uncinatis.

africanum. 7. M. fol. cordatis ſubrotundis emarginato-crenatis. Marrubium album rotundifolium minus, cri-

criſpatis foliis, aethiopicum. *Pluk. alm. 242. t. 306. f. 2. Corollae galea emarginata, piloſa a ſequenti ſimili differt.*

criſpum. 8. M. fol. cordatis ſubrotundis crenato-ſubdentatis, calyc. decemdentatis muticis. *Sp. pl. 1674. Caulis ſuffruticoſus, erectus, hirtus. Folia petiolata, rugoſiſſima, crenata, ſubtomentoſa, ſubtus piloſa. Calyx infundibulif. 10-dentatus. Corolla purpuraſcens, non piloſa: Labio ſuperiore ſubrotundo, obtuſo, integro; L. inferiore 3-fido: lacinia intermedia bifida; lateralibus porrectis. Antherae non ultra faucem. Diverſa ſpecies a Marrubio dictamno ſpurio, foliis et facie. Herm. par. t. 200. cui Lab. ſuperius lanceolatum barbatum et ſtamina longitudine labii. Affine M. africano.*

hiſpanicum. 9. M. calycum limbis patentibus: denticulis acutis. *Corollae Lab. ſuper. 3 ſ. 4-fidum. Calycis dentes alterni minores.*

Pſeudo-dictamnus. 10. M. calycum limbis planis villoſis, foliis cordatis concavis, caule fruticoſo. *Planta tota tomento denſo compacto veſtita.*

acetabuloſum. 11 M. calycum limbis tubo longioribus membranaceis: angulis majoribus rotundatis. *Folia cordata, profunde ſerrata, tenuia, villoſa. Calycis dentes acuminati.*

722. LEONURUS. *Antherae* punctis nitidis adſperſae. 817.

Cardiaca. 1. L. foliis caulinis lanceolatis trilobis. — *Fl. dan. t. 727.* M.

criſpus. 2. L. fol. omnibus acute ſerratis, rugoſiſſimis, margine inaequaliter reflexis, caulinis quinquelobis. *Murr. in comm. gott. 1777. p. 44. t. 4.* M.

Marrubiaſtrum. 3. L. fol. ovatis lanceolatisque ſerratis, calycibus ſeſſilibus ſpinoſis. *Mant. 412.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 405.* M.

tataricus. 4. L. fol. tripartitis laciniatis, calycibus villoſis. *Corollae incarnatae. Lab. ſuperiore erecto, fornicato ſtamina obtegente. Lab. infer trifido: lac. lateralibus labio ſuperiori approximatis; media obcordata. Ex India orientali magis glabra.*

ſibi-

ſibiricus. 5. L. fol. tripartitis multifidis linearibus obtuſiuſculis. *Varietas praecedentis corollis majoribus. Gmel. ſib. 3. p. 239.*

723. PHLOMIS. 818. *Cal.* angulatus. *Corollae* lab. ſuperius incumbens, compreſſum, villoſum.

fruticoſa. 1. P. foliis ſubrotundis tomentoſis crenatis, involucris lanceolatis, caule fruticoſo.

purpurea. 2. P. involucris linearibus obtuſis calyce brevioribus, fol. cordatis oblongis tomentoſis, caul. ſuffruticoſo.

Niſſolii. 3. P. fol. radicalibus cordato-ſagittatis utrinque tomentoſis villoſis. *Involucra nulla.*

Lychnitis. 4. P. fol. lanceolatis tomentoſis: floralibus ovatis, involucris ſetaceis lanatis.

laciniata. 5. P. fol. alternatim pinnatis: foliolis laciniatis, calycibus lanatis.

ſamia. 6. P. fol. ovatis ſubtus tomentoſis, involucris ſubulatis ſtrictis tripartitis.

Herba venti. 7. P. involucris ſetaceis hiſpidis, foliis ovato-oblongis ſcabris, caule herbaceo.

tuberoſa. 8. P. involucris hiſpidis ſubulatis, foliis cordatis ſcabris, caule herbaceo.

zeylanica. 9. P. fol. lanceolatis ſubſerratis, capitulis terminalibus, calycibus octodentatis. Clinopodium hyſſopi latioribus foliis maderaſpat. *Pluk. phyt. t. 164. f. 2.* aut *t. 163. f. 6.* aut *t. 80. f. 7?* Herba admirationis. *Rumph. amb. 6. p. 39. t. 16. f. 1.* β. Leonurus indicus. *Sp. plant. 817.* ⊙. *Caulis ſtatura Phlomidis Leonuri, bipedalis, erectus, herbaceus, tetragonus, obtuſus. Folia lanceolata, ſubtomentoſa, lineata, petiolata, remote ſubſerrata, internodiis longiora. Verticilli ſubterminales involucro ſubulato. Calyx oblique deorſum truncatus, obſolete 7-dentatus: dente ſuperiore longiora. Corolla alba: Lab. ſup. hirſuto, breviſſimo, fornicato, clauſo, integro; Lab. inferiore magno, patente, 2-fido: lac. intermedia ampla, ſubplicata; media vix triloba. Antherae nigrae, compreſſae, truncatae. Stigma alterum ſeſſile ſupra ſtylum pone apicem; alterum inferius, ſubulatum, acutum.*

indica. 10. P. involucris linearibus, calycibus unilabiatis obliquis, fol. ovatis piloſis. *Nimis affinis Phl. Zeylanicae.*

nepetifolia. 11. P. fol. cordatis acutis ſerratis ſubtomentoſis, calyc ſex - ſ. octodentatis: dente ſupremo infimoque majori, caule herbaceo. *Suppl. p. 274.* Phlomis nepetifolia. *Syſt. ed. 13. p. 451. Caulis ſimplex, erectus, quadrangulus, obtuſus. Folia cordata, obtuſiuſcule profundeque ſerrata, ſubtomentoſa, viridia. Petioli longitudine foliorum. Verticilli aliquot verſus apices globoſi, multiflori. Calyx ſubpiloſus, cylindricus limbo ſpinoſo, acutiſſimo: dente ſuperiore duplo majore; praeterea dentes 4 - 6 parvi Corolla villoſa, facie et colore Phl. Leonuri, ſed triplo minor: Lab. ſuper. teretiuſculo, longo, emarginato; Lab. infer. brevi, 3 - fido, laevi. Involucrum ſubulatum, reflexum. Stamina per paria cohaerentia. Stigmata 2, filiformia, ſuperiore dimidio breviore.*

Leonurus. 12. P. fol. lanceolatis ſerratis, calycibus decagonis decemdentatis muticis, caul. fruticoſo. *Mant. 412.* Sideritis africana, flore aureo oblongo *Barth. act. 2. p. 57. fig. Planta ſpectatiſſima, dum floret. Corolla fulva, holoſericea: Labio ſuperiore longo, tomentoſo, ciliato, integerrimo; Lab. inferiore brevi, nudo, membranaceo: lac. lateralibus reflexis, aridis; intermedia trifida: medio emarginata. Filamenta nivea. Antherae bilobae, flavae, baſi tantum adſperſae farina globulari.*

Leonotis. 13. P. fol. ovatis obtuſis ſubtomentoſis crenatis, calyc. ſeptemdentatis ariſtatis, caule fruticoſo. *Mant. 83. Affinis P. Leonuro.*

724. MOLUCCELLA. *Cal.* campanulatus, ampliatus, 821. corolla latior, ſpinoſus.

laevis. 1. M. calycibus campanulatis ſubquinquedentatis: denticulis aequalibus. *Calyx corolla longior.*

ſpinoſa. 2. M. calycibus ringentibus octodentatis. *Corolla calyce longior.*

fruteſcens. 3. M. calycibus infundibuliformibus quinquefidis, coroll. calyce longioribus. Moluccella perſica. *Burm.*

Burm. ind. 128. t. 38. f. 2. ex ſicco. Corolla calyce duplo longior. e Perſia demum Italica facta. Specimen perſicum Foliis magis pubeſcentibus, ſerraturis acutioribus, Calycis laciniis obovatis. membranaceis, acutioribus, ſubtridentatis, Cl. Burmannus miſit.

725. CLINOPODIPM. *Involucrum* multiſetum, verticil-
821. lo ſubjectum.

vulgare. 1. C. capitulis ſubrotundis hiſpidis, bracteis ſetaceis.
incanum. 2. C. fol. ſubtus tomentoſis, verticillis explanatis, bracteis lanceolatis.
rugoſum. 3. C. fol. rugoſis, capitulis axillaribus pedunculatis explanatis radiatis. *Pluk. phyt. t. 222. f. 7.*

726. ORIGANUM. *Strobilus* tetragonus, ſpicatus, ca-
822. lyces colligens.

aegyptiacum. 1. O. foliis carnoſis tomentoſis, ſpicis nudis.
Dictamnus. 2. O. fol. inferioribus tomentoſis, ſpicis nutantibus.
ſipyleum. 3. O fol. omnibus glabris, ſpicis nutantibus.
creticum. 4. O. ſpicis aggregatis longis priſmaticis rectis, bracteis membranaceis calyce duplo longioribus.
ſmyrnaeum. 5. O. fol. ovatis acutis ſerratis, ſpicis congeſtis umbellatim faſtigiatis.
heracleoticum. 6. O. ſpicis longis pedunculatis aggregatis, bracteis longitudine calycum.
vulgare. 7. O. ſpicis ſubrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. — *Fl. dan. t. 638.* M.
Onites. 8. O. ſpicis oblongis aggregatis hirſutis, fol. cordatis tomentoſis.
ſyriacum. 9. O. ſpicis longis ternatis pedunculatis villoſis. fol. ovatis villoſis.
Maru. 10. O. ſpicis hirſutis, fol. ovatis tomentoſis ſeſſilibus.
Majorana. 11. O. fol. ovatis obtuſis, ſpicis ſubrotundis compactis pubeſcentibus.

727. THYMUS. *Calycis* bilabiati faux villis clauſa.
825.

Serpyllum. 1. T. floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtuſis baſi ciliatis. Serpyllum anguſtifo-

ſtifolium glabrum. *Bauh. pin. 220.* *Calycis dentes ciliati.*

vulgaris. 2. T. erectus, fol. revolutis ovatis, flor. verticillato-ſpicatis. γ. Thymus ſupinus candicans odoratus. *Tournef. inſt. 196.* δ. Thymus capitulis minoribus, maſſilienſis *Tournef. inſt. 196.*

Zygis. 3. T. flor. verticillato ſpicatis, caule ſuffruticoſo erecto, fol. linearibus baſi ciliatis. *Mant. 413.*

Acinos. 4. T. flor. verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis ſubramoſis, fol. acutis ſerratis.

alpinus. 5. T. verticillis ſexfloris, fol. obtuſiuſculis concavis ſubſerratis. -- *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 97.* M.

Piperella. 6. T. pedunc. multifloris lateralibus, fol. ovatis obtuſis glabris nervoſis integerrimis. Marum hiſpanicum nigrum. *Bocc. muſ. 2. p. 166. t. 117. Barr. rar. 354. t. 694.* *Habitat in Hiſpania. Similis Meliſſae Nepetae, ſed glabra, Foliis minutis. Dav. Royen.*

cephalotus. 7. T. capitulis imbricatis magnis, bracteis ovatis, fol. lanceolatis.

villoſus. 8. T. capitulis imbricatis magnis, bracteis dentatis, fol. ſetaceis piloſis.

Maſtichina. 9. T. flor. verticillatis, calyc. lanuginoſis dentibus ſetaceis villoſis. *Mant. 413.*

Tragoriganum. 10. T. flor. verticillatis, caul. fruticoſo erecto, fol. hiſpidis acuminatis. *Mant. 84.*

virginicus. 11. T. capitulis terminalibus, caule erecto, fol. lanceolatis. Satureja virginiana. *Sp. plant. 793.*

728. MELISSA. 827. *Calyx* aridus, ſupra planiuſculus: lab. ſuperiore ſubfaſtigiato. *Corollae* lab. ſuper. ſubfornicatum, 2-fidum; lab. inf. lobo medio cordato.

officinalis. 1. M. racemis axillaribus verticillatis: pedicellis ſimplicibus.

grandiflora. 2. M. pedunc. axillaribus dichotomis longitudine florum.

Calamintha. 3. M. pedunc. axillaribus dichotomis longitudine foliorum. *Caulis erectus.*

Nepeta. 4. M. pedunc. axillaribus dichotomis folio longioribus, caule adſcendente hirſuto. *Caules duriuſculi, uti tota planta hirſuti.* *Folia ſubcordata, ſupra*

ſupra glabra. Bracteae ſubulatae. Corolla ſubcoerulea, palato albo coeruleoque marginato.

cretica. 5. M. racemis terminalibus, pedunculis ſolitariis breviſſimis. *Similis M. Nepetae. Caulis palmaris, humilis, rectus, atropurpuraſcens. Folia ovata, parce obtuſeque ſerrata. Verticilli plurimi, e Pedunculis unifloris, aphyllis, inſtar racemi ramos terminantes: Bracteis lanceolatis. Calyces fuſci. Corollae albo-purpuraſcentes.*

fruticoſa. 6. M. ramis attenuatis virgatis, fol. ſubtus tomentoſis, caule fruticoſo. Calamintha montana incana minor. *Moriſ. hiſt. 3. p. 413. n. 6.*

729. DRACOCEPHALUM. *Corollae* faux inflata: lab. ſup. concavum.
828.

virginianum. 1. D. flor. ſpicatis, fol. lanceolatis ſerratis. Dracocephalum. *Riv. mon.*

canarienſe. 2. D. flor. ſpicatis, fol. compoſitis. *Moriſon deſcripſit 1690.*

pinnatum. 3. D. flor. ſpicatis, fol. cordatis pinnato-ſinuatis. *Gmel. ſib. 3. p. 234. t. 52.*

peregrinum. 4. D. flor. ſubſpicatis, fol. caulinis ovato-oblongis inciſis, bracteis lineari-lanceolatis denticulato-ſpinoſis. *Gmel. ſib. 3. p. 237.*

auſtriacum. 5. D. flor ſpicatis, fol. bracteiſque linearibus partitis ſpinoſis.

Ruyſchiana. 6. D. flor. ſpicatis, fol. bracteiſque lanceolatis indiviſis muticis. *Fl. dan. t. 121.*

ſibiricum. 7. D. flor. ſubverticillatis, pedunc. bifidis ſecundis, fol. cordato-oblongis acuminatis nudis. Dracocephalum verticillis pedunculo communi elevatis ſecundis. *Gmel. ſib. 3. p. 234. t. 51.*

Moldavica. 8. D. flor. verticillatis, bracteis lanceolatis: ſerraturis capillaceis.

caneſcens. 9. D. flor. verticillatis, bracteis oblongis: ſerraturis ſpinoſis, fol. ſubtomenſis.

peltatum. 10. D. flor. verticillatis, bracteis orbiculatis ſerrato-ciliatis.

grandiflorum. 11. D. fol. crenatis: radicalibus cordatis; caulinis orbiculatis ſeſſilibus, bracteis acuminato-dentatis. *Suppl. p. 274.* Dracocephalum grandiflorum. *Syſt. ed. 13. p. 454.* Dracocephalum altajenſe. *Syſt. ed. 13. p. 454. Laxmann*

in

in Act. Petrop. 1770. p. 556. t. 29. f. 3. Braſteae et Folia floralia ſubviolacea. Habitat in Sibiriae alpibus.

nutans. 12. D. flor. verticillatis, bracteis oblongis ovatis integerrimis, corollis majuſculis nutantibus. *Gmel. ſibir. 3. p. 231. t. 49.*

thymiflorum. 13. D. flor. verticillatis, bracteis oblongis integerrimis, corollis vix calyce majoribus. *Gmel. ſibir. 3. p. 233. t. 50.*

730. HORMINUM. 831. *Calyx* campanulatus: laciniis 4 ſubaequalibus; ſuprema majore emarginata. *Corollae* lab. ſuperius concavum.

pyrenaicum. 1. H. foliis ovatis obtuſis, caule nudo. *Hall. act. helv. 6. p. 101. Bracteae ovatae acuminatae integerrimae.* Meliſſa pyrenaica. *Scop. ann. 2. p. 55. — Jacq. hort. v. 2. t. 183.* M. *Calyx 10-ſtriatus: ſtriis alternis craſſioribus: Lab. ſuperiore 3 dentato; Lab. inferiore bifido: ſegmentis cruciformiter incumbentibus. Corolla grandis, rubro-coerulea: Lab. ſuperiore bifido; Lab. inferiore trifido: ſegmentis ſubrotundis.*

731. MELITTIS. 832. *Calyx* tubo corollae amplior. *Corollae* lab. ſup. planum; lab. inf. crenatum. *Antherae* cruciatae.

Melliſſophyllum. 1. Melittis. *Jacq. auſt. t. 26. — Mill. illuſtr. ic.* M. Melliſſophyllum. *Riv. mon. Calyx campanulatus, erectus, corolla latior, trifidus: lacinia ſuprema ſaepe utrinque dente parvo notata. Corolla alba; tubo duplo longiore calyce; Limbo quadripartito, patente, ex Labio ſuperiore ſubrotundo, recto, integro; Labio inferiore 3-fido: lac. intermedia majore, plana, integra, purpurea. Antherae flavae, corolla breviores.*

732. OCYMUM. *Calyx* lab. ſuperiore orbiculato; inferiore quadrifido. *Corollae* reſupinatae alterum lab. 4-fidum; alterum indiviſum. *Filamenta* exteriora baſi proceſſum emittentia.
832.

thyrſiflorum. 1. O. floribus paniculato-faſciculatis, caule ramoſiſſimo. *Mant. 84. – Murr in comm. gott. 1777. p. 47. t. 5. Jacq. hort. v. 3. t. 72.* M.

monachorum. 2. O. ſtaminibus edentulis: alternis baſi barbatis. *Mant. 85.*

gratiſſimum. 3. O. caule ſuffruticoſo, fol. lanceolato-ovatis, racemis teretibus. *Mant. 414.* (*Excluſo Rumphii ſynonymo*). *Caulis baſi perennans, ſtrictus. Folia coſta ſupra tomentoſo caneſcente. Spicae ante antheſin tetragonae, bracteis ſubulato-prominentibus. Bracteae cordatae, acutae. Flores parvi. Corollae albae antheris luteis.*

album. 4. O. fol. ovatis obtuſis: verticillis racemorum approximatis: nubilibus tetragonis, corollis crenatis. *Mant. 85.*

verticillatum. 5. O. fol. ovatis obtuſis, racemo elongato nudo. flor. verticillato-quaternis pedunculatis. *Suppl. p. 276.*

Baſilicum. 6. O. fol. ovatis glabris, calycibus ciliatis.

minimum. 7. O. fol. ovatis integerrimis.

punctatum. 8. O. fol. ovatis rugoſis, caule tereti, flor. ſpicatis *Suppl. p. 275. An differt ab hac* Ocymum *punctatum*, racemis ſimplicibus erectis, fol. ovatis ſubtus punctatis. *Thunb. jap. mſpt?* M.

capitellatum. 9. O. fol. ovatis, flor. aggregatis, petiolis lateralibus. *Suppl. p. 276.*

ſanctum. 10. O. fol. oblongiuſculis obtuſis ſerratis undulatis, caule hirto, bracteis cordatis. *Mant. 85. Caulis atro-purpureus.*

americanum. 11. O. fol. ſublanceolatis acuminatis ſubſerratis, racemis teretibus, caule ſubherbaceo. — *Jacq. hort. v. 3. t. 86.* M.

tenuiflorum. 12. O. fol. ovato oblongis ſerratis, bracteis cordatis reflexis concavis, ſpicis filiformibus.

polyſtachion. 13. O. corollis quadrifidis, racemis aphyllis apice nutantibus. *Mant. 567. Murr. in comm. gott. 1772. p. 71. t. 3.*

menthoides 14. O. fol. lineari-lanceolatis ſerratis.

ſcutellarioides. 15. O. coroll. falcatis, pedicellis ramoſis. *Mant. 84.*

proſtratum. 16. O. caulibus proſtratis, fol. ellipticis lineatis. *Mant. 566.*

acutum. 17. O. racemis filiformibus. fol. ovatis acuminatis ſerratis, bracteis hirtis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

criſpum. 18. O. racemis terminalibus, fol ovatis ſerratis criſpis, calycibus hiſpidis. *Thunb. l. c.* M.

rugoſum. 19. O. racemis terminalibus. fol. ovatis acutis ſerratis ſubtus rugoſis. *Thunb. l. c.* M.

inflexum. 20. O. panicula terminali racemoſa, caule ramisque flexuoſis. *Thunb. l. c.* M.

virgatum. 21. O. racemis verticillatis virgatis, fol. oblongis ſerratis. *Thunb. l. c.* M.

Stronthus [illegible] IV. 46.

733. TRICHOSTEMA. *Corollae* labium ſuperius falcatum. *Stamina* longiſſima.
834.

dichotoma. 1. T. ſtaminibus longiſſimis exſertis.

brachiata. 2. T. ſtamin. brevibus incluſis.

734. SCUTELLARIA. *Calyx* ore integro: poſt floreſcentiam clauſo, operculato.
834.

orientalis. 1. S. foliis inciſis ſubtus tomentoſis, ſpicis rotundato-tetragonis. *Corollae purpureae labio albo.*

albida. 2. S. fol. ſubcordatis ſerratis rugoſis oppoſitis, ſpicis ſecundis, bracteis ovatis. *Mant. 248.* Scutellaria teucrii facie: flore albo. *Bauh. hiſt. 3. p. 291.* Caſſida flore ex albo palleſcente. *Col. ecphr 1. p. 196. var. Nimis affinis S. orientali. Corollae albae majores.*

alpina. 3. S. fol. cordatis inciſo-ſerratis crenatis, ſpic. imbricatis rotundato tetragonis. *Similes S. lupulinae. Flores violacei.*

lupulina. 4. S. fol. cordatis inciſo-ſerratis acutis glabris. ſpic. imbricatis rotundato-tetragonis. *Flores albido-flaveſcentes.*

lateriflora. 5. S. flor. laevibus carina ſcabris, racemis lateralibus folioſis.

galericulata. 6. S. fol. cordato-lanceolatis crenatis, flor. axillaribus. — *Fl. dan. t. 637.* M.

haſtifolia. 7. S. fol. integerrimis: inferioribus haſtatis; ſuperioribus ſagittatis.

minor. 8. S. fol. cordato-ovatis ſubintegerrimis, flor. axillaribus.

integrifolia. 9. S. fol. ſeſſilibus ovatis: inferioribus obſoleto ſerratis; ſuperioribus integerrimis.

havanenſis. 10. S. fol. cordato-ovatis crenatis, flor. ſolitariis axillaribus, coroll. labio utroque trifido. *Jacq. obſ. 2. t. 30.* — *Amer. pict. p. 85. t. 165.* M. *Planta procumbens, herbacea, tenella. Pedunculi axillares, uniflori. Corollae galea trifida.*

hyſſopifolia. 11. S. fol. lanceolatis. *Mant. 414.*

peregrina. 12. S. fol. ſubcordatis ſerratis, ſpic. elongatis ſecundis. *Varietas floribus albis craſſior gaudet foliis ſubpiloſis.*

indica. 13. S. fol. ſubovatis crenatis petiolatis, racemis nudiuſculis.

altiſſima. 14. S. fol. cordato-oblongis acuminatis ſerratis: ſpicis ſubnudis.

cretica. 15. S. villoſa, fol. cordatis obtuſis obtuſeque ſerratis, ſpic. imbricatis: bracteis ſetaceis.

735. PRUNELLA. *Filamenta* bifurca: altero apice an-
837. therifera. *Stigma* bifidum.

vulgaris. 1. P. foliis omnibus ovato-oblongis ſerratis petiolatis.

grandiflora. α. P. coerulea, magno flore. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 377.* M.

laciniata. 2. P. fol. ovato oblongis petiolatis: ſupremis quatuor lanceolatis dentatis. *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 378.* M.

hyſſopifolia. 3. P. fol. lanceolatis integerrimis ſeſſilibus, caule erecto. *Differt a P. vulgari: Caule erecto, nec adſcendente; Foliis lanceolatis ſeſſilibus integerrimis ſcabris, nec ovatis petiolatis ſerratis laevibus; Corollis quadruplo majoribus labii ſuperioris carina piloſa.*

736. CLEONIA. *Filamenta* bifurca: apice altero anthe-
837. rifera. *Stigma* quadrifidum.

luſitanica. 1. Cleonia. *Mant. 414.* Prunella luſitanica, capite reticulato, folio peduncularis Tournefortii. *Moriſ. hiſt. 3. p. 363.*

737. PRASIUM. *Baccae* 4, monoſpermae.
838.

majus. 1. P. foliis ovato-oblongis ſerratis.

minus. 2. P. fol. ovatis crena utrinque duplici. *An varietas praecedentis?*

738. PHRYMA. *Semen* unicum.
838.

Leptoſtachya. 1. P. foliis ovatis ſerratis petiolatis, calyce monophyllo quinquefido. *Suppl. p. 277.* Phryma Leptoſtachya. *Syſt. ed 13. p. 458.*

dehiſcens. 2. P. calycibus tandem longitudinaliter dehiſcentibus. *Suppl. p. 277.*

ANGIOSPERMIA.

1408. CASTILLEJA. *Cal.* 1-phyllus, tubuloſus, longitudinaliter hians. *Cor.* ringens: Labium inferius *Glandulis* 2. tubuloſis. *Capſ.* 2-locularis, diſſepimento oppoſito. *Suppl. p. 47.*

fiſſifolia. 1. C. foliis linearibus integris apice trifidis, floribus racemoſis interſperſis bracteis trifidis. *Suppl. p. 293.*

integrifolia. 2. C. fol. lineari-ſubulatis integerrimis, bracteisque indiviſis. *Suppl. 293.*

739. BARTSIA. *Cal.* 2-lobus, emarginatus, coloratus.
839. *Corolla* minus ipſo calyce colorata: labio ſuperiore longiore. *Capſula* 2-locularis.

coccinea. 1. B. foliis alternis linearibus utrinque bidentatis. *Calyces margine coccineis, bracteis trifidis. Capſula elaſtica. Fructificatio nondum rite examinata.*

palli-

pallida. 2. B. fol. alternis lanceolatis integerrimis: floralibus ovatis dentatis.

viſcoſa. 3. B. fol. ſuperioribus alternis ſerratis, flor. diſtantibus lateralibus. *Ger. prov. 283.*

alpina. 4. B. fol. oppoſitis cordatis obtuſe ſerratis. *Fl. dan. t. 43.*

Gymnandra. 5. B. diandra, fol. radicalibus binis petiolatis, caule ſubdiphyllo uniſpicato: ſpica lineari obtuſa, verticillis bracteatis coarctatis. *Suppl. p. 278.* Gymnandra borealis. *Pall. it. v. 3. p. 710. t. A. f. 1.*

740. RHINANTHUS. *Cal.* 4-fidus, ventricoſus. *Capſula* 2-locularis, obtuſa, compreſſa.
840.

orientalis. 1. R. corollis labio ſuperiore ſubulato incurvo.

Elephas. 2. R. corollis labio ſuperiore ſubulato recto.

Criſta galli. 3. R. corollis labio ſuperiore compreſſo breviore.

Trixago. 4. R. calycibus hirſuto-tomentoſis, foliis oppoſitis obtuſe ſerratis, caule ſimpliciſſimo.

capenſis. 5. R. calycibus tomentoſis, bracteis ovatis, fol. lanceolatis dentatis. Buchnera africana, foliis dentatis oppoſitis, calycibus ſubtomentoſis fructu longioribus. *Sp. plant. 879. Planta facie Trixaginis, exſiccatione tota nigra evadens. Folia lanceolata utrinque dentibus 4. ſ. 3. Spica oblonga. Bracteis tomentoſis, ovatis, parum acuminatis. Calyces tomentoſi, quadrifidi, obtuſi, uti Criſtae galli.*

indica. 6. R. fol. ſublanceolatis piloſis integerrimis. *Burm. ind. 131. t. 39. f. 1.* β. Veronicae affinis indica tenuifolia, floribus e calycibus barbatis umbellatis. *Pluk. alm. 384. t. 113. f. 2. Ex Burm.*

virginicus. 7. R. corollis fauce patentibus, fol. ſinuato-dentatis. *Antherae hirtae.*

741. EUPHRASIA. *Cal.* 4-fidus, cylindricus. *Capſ.* 2-locularis, ovato oblonga. *Antherae* inferiores altero lobo baſi ſpinoſae.
841.

latifolia. 1. E. foliis dentato-palmatis, floribus ſubcapitatis. *Bracteae palmatae, ſubhirſutae.*

officinalis. 2. E. fol. ovatis lineatis argute dentatis.

tricuſpidata. 3. E. fol linearibus tridentatis. *Folia linearia dente utrinque unico. Corolla ſimilis E. officinali.*

Odontites. 4. E. fol. linearibus: omnibus ſerratis. — *Fl. dan. t.* 625. M.

lutea. 5. E. fol. linearibus ſerratis: ſuperioribus integerrimis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4 *t.* 398. M.

linifolia. 6. E. fol. linearibus: omnibus integerrimis, calyc. glabris. *Ger. prov.* 285. (*excluſa β varietate.*)

viſcoſa. 7. E. fol. linearibus, calyc. glutinoſo - hiſpidis. *Mant.* 86.

742. MELAMPYRUM. *Cal.* 4 - fidus. *Corollae* lab. ſup. 842. compreſſum, margine replicato. *Capſ* 2 - locularis, obliqua, hinc dehiſcens. *Semina* 2, gibba.

criſtatum. 1. M. ſpicis quadrangularibus, bracteis cordatis compactis denticulatis imbricatis.

arvenſe. 2. M. ſpicis conicis laxis: bracteis dentato - ſetaceis coloratis.

nemoroſum. 3. M. floribus ſecundis lateralibus: bracteis dentatis: ſummis coloratis ſterilibus, calyc. lanatis. *Fl. dan. t.* 305.

pratenſe. 4. M. flor. ſecundis lateralibus, fol. conjugationibus remotis, coroll. clauſis.

ſylvaticum. 5. M. flor. ſecundis lateralibus, fol. conjugationibus remotis, coroll. hiantibus. *Fl. dan. t.* 145.

743. LATHRÆA. *Cal.* 4-fidus. *Glandula* depreſſa, ad 843. baſin ſuturae germinis. *Capſula* 1 - locularis.

Clandeſtina. 1. L. caule ramoſo ſubterreſtri, floribus erectis ſolitariis.

Phelypaea. 2. L. corollis campanulato - patentibus.

Anblatum. 3. L. corollarum labiis indiviſis. *Fl. dan. t.* 136.

Squamaria. 4. L. caule ſimpliciſſimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido.

744. SCHWALBEA. *Cal.* 4-fidus: lobo ſuperiore minimo; infimo maximo emarginato.
844.

americana. 1. SCHWALBEA. *Mant.* 414. *Fructificatio rite examinanda.*

745. TOZZIA. *Calyx* 5-dentatus. *Capſula* unilocularis, globoſa, monoſperma.
844.

alpina. 1. TOZZIA, — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 165. M. *Flores lutei.*

746. PEDICULARIS. *Calyx* 5-fidus. *Capſula* 2-locularis, mucronata, obliqua. *Semina* tunicata.
845.

paluſtris. 1. P. caule ramoſo, calycibus criſtatis calloſo punctatis, corollis labio obliquis. *Fl. dan. t.* 225. *Corollae purpureae.*

ſylvatica. 2. P. caule ramoſo, calycibus oblongis angulatis laevibus, corollis labio cordato. *Corollae purpureae.*

roſtrata. 3. P. caule declinato ſubramoſo, corollis galea roſtrato-acuminatis, calycibus criſtatis ſubhirſutis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 205. M. Pedunculáris caulibus reflexis, ſpica laxa purpurea. *Segu. ver.* 3. *p.* 125. *Caulis ſimplex ſ. rarius ramoſus, ſaepe procumbens, Calyx hirſutus. Corolla roſtrata.*

Sceptrum Carolinum. 4. P. caule ſimplici, floribus terno-verticillatis, corollis clauſis, calycibus criſtatis, capſulis regularibus. *Fl. dan. t.* 26. *Caulis tripedalis ſpecioſiſſimus. Corollae clauſae luteae ore ſanguineo.*

verticillata. 5. P. caule ſimplici, foliis quaternis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 206. M. *Corollae obtuſae purpureae.*

reſupinata. 6. P. caule ſimplici, fol. lanceolatis ſerratis crenulatis, flor. reſupinatis. *Corollae purpureae.*

recutita. 7. P. caule ſimplici, fol. pinnatifidis ſerratis, ſpica folioſa, cal. coloratis, coroll. obtuſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 258. M. *Caulis ſimplex. Folia pinnatifida, ſerrata. Spica ſubfolioſa. Calyces colorati. Corolla purpurea: galea obtuſa, nec roſtrata.*

triſtis. 8. P. caule ſimplici, corollarum galeis margine villoſis. *Corollae flavae.*

flammea. 9. P caule ſimplici, foliis pinnatis retro-imbricatis. *Corollae atropurpureae praeſertim apice.*

hirſuta. 10. P. caule ſimplici, fol. dentato-pinnatis linearibus, calycibus hirſutis. Pedicularis pinnis foliorum acute pinnatis, floribus obtuſis purpureis ſpicatis. *Allion. pedem. 52. t. 11. f. 1? Corollae incarnatae.*

roſea. 11. P. caule ſimplici, fol. pinnatis: pinnis oblongis pinnatifidis, calycibus hirſutis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 2. p. 57. Icon rar. t. 40. qui ſynonymon Allionii praecedens huc refert.* M.

incarnata. 12. P. caul. ſimplici, fol. pinnatis ſerratis, calycibus rotundatis glabris, corollis galea uncinata acuta. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 140.* M. *Corollae incarnatae.*

lapponica. 13. P. caule ſimplici, fol. pinnatifidis ſerratis, calycibus bifidis obtuſis. *Fl. dan. t. 2. Corollae flavae.*

comoſa. 14. P. caule ſimplici, ſpica folioſa, corollis galea acuta emarginata, calycibus quinquedentatis. Pedicularis foliis bis pinnatis, calyce non criſtatis, floribus ochroleucis in ſpicam nudam congeſtis. *Allion. pedem. 50. t 12. f. 1. (non vero tab 11. f. 2.) Corollae luteae.*

folioſa. 15. P. caule ſimplici, ſpica folioſa, corollis galea obtuſiſſima integra, calyc. quinquedentatis. *Mant. 80. — Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 139.* M. *Caulis ſaepe pedalis Corollae purpureae ſecundum Syſt. ed 13. p. 462 Jacquino obſervante ochroleucae, cui et Mantiſſa l. c. reſpondet.* M.

canadenſis. 16. P. caule ſimplici, ſpica ſubfolioſa, corollis galea ſetaceo-bidendata, calyc. deorſum truncatis. *Mant. 86.*

tuberoſa. 17. P. caule ſimplici, calycibus criſtatis, corollis galea roſtrato-adunca. Pedicularis alpina lutea. C. B. *Segu. ver. 3. p. 126. Folia Millefolii. Lanugo ad folia et calyces. Corollae luteae.*

747. GERARDIA. *Cal.* 5-fidus. *Corolla* 2-labiata: lab.
848. inf. 3-partito: lobis emarginatis: medio 2-partito. *Capſ.* 2-locularis, dehiſcens.

tuberoſa. 1. G. foliis ſubovatis tomentoſis repandis longitudine caulis. *Fructificatio erit examinanda.*

japonica. 2. G. fol ovatis inciſo-pinnatifidis petiolatis, caule ſimplici. *Thunb. jap. mſpt.* M.

delphinifolia. 3. G. fol. linearibus pinnatifidis, caule ſubramoſo.

ſcabra. 4. G. hiſpida ſcabra, fol. oblongis pinnatifidis. *Suppl. p. 279.*

purpurea. 5. G. fol. linearibus. *Conf. Pluk. phyt. 12. f. 2.*

tubuloſa. 6. G. laevis, fol. linearibus integris acutis, tubo calyce longiore. *Suppl. p. 279.*

flava. 7. G. fol. lanceolatis pinnato-dentatis, caule ſimpliciſſimo.

pedicularia. 8. G. fol. oblongis duplicato-ſerratis, caule paniculato, calycibus crenatis. *Affinis Pedicular. triſti.*

glutinoſa. 9. G. fol. ovatis ſerratis, bracteis linearibus hiſpidis.

nigrina. 10. G. ſcabra, fol. lanceolatis inferne ſerratis, caule tetragono. *Suppl. p. 278.* Nigrina viſcoſa. *Syſt. ed. 13. p. 167.*

748. CHELONE. *Cal.* 5-partitus. *Rudimentum* fila-
849. menti quinti inter ſuprema ſtamina. *Capſula* 2-locularis.

glabra. 1. C. foliis petiolatis lanceolatis ſerratis: ſummis oppoſitis.

obliqua. 2. C. fol. petiolatis lanceolatis ſerratis oppoſitis. *Mill. dict.* † Chelone glabra β. *Sp. plant. 449. Millerus diſtinguit hanc a praecedenti: Radice minus repente, Foliis latioribus, profundius ſerratis: Floribus purpureis.*

hirſuta. 3. C. caule foliisque hirſutis. *An mera varietas ſequentis?*

Pentſtemon. 4. C. fol. amplexicaulibus, panicula dichotoma. *Mant. 415.* Cynorynchium nov-anglicanum digitali accedens herba quadricapſularis, floribus albis rictum caninum referentibus. *Pluk. Mant. 62.* Digitalis perfoliata glabra, flore vio-

violaceo minore. *Moriſ. hiſt. 2. p. 479. ſ. 5. t. 8. f. 6. β.* Dracocephalus hirſutus, lyſimachiae foliis latioribus hirſutis. *Moriſ. hiſt. 3. p. 407. ſ. 11. t. 21. f. 3. Caulis teres, pubeſcens. Corolla violacea, rictu clauſo.* ♃

Ruelloides. 5. O. fol. radicalibus petiolatis ovatis ſerratis, caulinis oppoſitis amplexicaulibus, pedunculis elongatis, calycibus ciliatis. *Suppl. p. 279.*

749. GESNERIA. 850. *Cal.* 5-fidus, germini inſidens. *Corolla* incurva recurvaque. *Capſula* infera, 2-locularis.

humilis. 1. G. foliis lanceolatis ſerratis ſeſſilibus, pedunculis ramoſis multifloris.

acaulis. 2. G. fol. lanceolato ovatis ſerratis ſubpetiolatis terminali-confertis, pedunculis trifloris folio brevioribus.

tomentoſa. 3. G. fol. ovato lanceolatis crenatis hirſutis, pedunculis lateralibus longiſſimis corymbiferis. *Jacq. amer. 179. — Ed. 2. pict. p. 89. t. 261. f. 47.* Geſneria erecta, fol. lanceolatis rugoſis hirſutis, pedunculis longiſſimis ramoſis, ex alis ſuperioribus. *Brown. jam. 261.*

750. ANTIRRHINUM. 851. *Cal.* 5-phyllus. *Corollae* baſis deorſum prominens, nectarifera. *Capſula* 2-locularis.

* *Foliis angulatis.*

Cymbalaria. 1. A. foliis cordatis quinquelobis alternis, caulibus procumbentibus. *Semina rugoſa, ut nuclei juglandis.*

piloſum. 2. A. fol. reniformibus piloſiſſimis alternis, caulibus procumbentibus. *Mant. 249.* † *Jacq. obſ. 2. p. 29. t. 48.* Linaria hederae folio villoſo ſ. Cymbalaria alpina. *Tournef. inſt. 169.*

Elatine. 3. A. fol. haſtatis alternis, caulibus procumbentibus. *Fl. dan. t. 426.*

ſpurium. 4. A. fol. ovatis alternis, caulibus procumbentibus.

cirrhoſum. 5. A. fol. haſtatis alternis, caul. patulis, petiolis paſſim cirrheſcentibus. *Mant. 249. Jacq. hort. t. 82.* Linaria *Till. piſ. t. 32. f. 2.*

Simile

Simile A. aegyptiaco. Corollae coeruleſcentes palato albido punctis purpureis.

aegyptiaca. 6. A. fol. haſtatis alternis, caule erecto ramoſiſſimo, pedunc. rigeſcentibus. *Simillimum A. Elatines. Caules erecti, virgati, vix pubeſcentes. Folia cordata, angulis inferiorum duobus utrinque, ſuperiorum dente unico. Corollae ſimiles Elatines, luteae, ſed absque nigra macula, at palato purpuraſcente punctato: Labium ſuperius emarginatum pallidum. Calcar coeruleſcens, recurvum, longitudine floris. Pedunculi rejectis floribus rigent tanquam ſpinae.*

** *Foliis oppoſitis.*

triphyllum. 7. A. fol. ternis ovatis. Linaria ſicula latifolia triphylla. *Bocc. ſic. 44. t. 22.*

ſaxatile. 9. M. ſiliculis lentiformibus obovatis glabris: foliis petiolatis oblongis ſerratis ſcabris, caule paniculato. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 128.* M. *Filamenta longiora ſunt approximata, ad latus alterum alterius poſita, apice bifurco, cujus ramus interior truncatus, exterior extrorſum arcuatus. Jacq. unde affinitas Alyſſi.*

aegyptium. 10. M. ſiliculis angulatis, foliis tripartitis. *Stylus breviſſimus. Facies Buniadis Kakiles.*

797. VELLA. 897. *Silicula* diſſepimento valvulis duplo majore, extus ovato.

annua. 1. V. foliis pinnatifidis, ſiliculis pendulis. *Trew. ic. 10. t. 8.*

Pſeudo-Cytiſus. 2. V. fol. integris obovatis ciliatis, ſiliculis erectis.

798. ANASTATICA. 895. *Silicula* retuſa, margine coronata valvulis diſſepimento duplo longioribus. *Stylo* intermedio mucronato, obliquo: loculis 1-ſpermis.

hierochuntica. 1. A. foliis obtuſis, ſpicis axillaribus breviſſimis, ſiliculis ungulatis ſpinoſis. *Jacq. hort. t. 58.* Roſa hierochuntica. *Beſl. eyſt. aut. 4. t. 1. f. 2. 3.*

ſyriaca. 2. A. fol. acutis, ſpicis folio longioribus, ſiliculis ovatis roſtratis. *Mant. 424. Jacq. auſtr. t. 4.* Myagrum e Sumatra et Syria, ſemine ſpinoſo ſimili capiti aviculae. *Zan. hiſt. 142.* Thlaſpi hiericho ſylveſtri affine. *Bocc. muſ. 135. t. 98.* *Folia lanceolata, ſerrata, petiolata, ſubſcabra. Spicae axillares, breviſſimae, terminatae mucrone. Petala diſtantia, linearia, emarginata,*

ta, calycis longitudine. Siliculae ſeſſiles, ſubovatae, ſcabriuſculae, mucrone inarticulato.

799. SUBULARIA. *Silicula* integra, ovata: valvis ovatis, concavis, diſſepimento contrariis. *Stylus* ſilicula brevior.
866.

aquatica. 1. SUBULARIA. *Fl. dan. t.* 53.

800. DRABA. *Silicula* integra, ovali-oblonga: valvis planiuſculis, diſſepimento parallelis. *Stylus* nullus.
896.

aizoides. 1. D. ſcapo nudo ſimplici, foliis enſiformibus carinatis ciliatis. *Mant.* 91. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 192. M.

ciliaris. 2. D. caule ſubnudo, fol. linearibus margine carinaque ciliatis, petalis integris. *Mant.* 91.

alpina. 3. D. ſcapo nudo ſimplici, fol. lanceolatis integerrimis. *Fl. dan. t.* 56. *Synonyma, exceptis noſtris propriis et Oederi, ad praecedentem amandanda. Folia radicalia omnia, patentia, lanceolata, ſupra pilis adſperſa, more Androſaces diſpoſita; minime imbricata ſ. linearia ſ. ciliata, aut ſupra laevia. Caulis aphyllus, adſperſus raris pilis; nec monophyllus ſ. laevis. Petala leviter emarginata; nec integra.*

verna. 4. D. ſcapis nudis, foliis ſubſerratis.

pyrenaica. 5. D. ſcapo nudo, fol. cuneiformibus palmatis trilobis. *Ger. prov.* 344. *Folia inferiora 5-fida, ſuperiora 3-fida. Flores purpurei.*

muralis. 6. D. caule ramoſo, fol. ovatis ſeſſilibus dentatis. *Pedunculi fructiferi horizontales ſiliculis longiores. Flores lutei aut albi.*

hirta. 7. D. ſcapo unifolio, fol. ſubhirſutis, ſiliculis obliquis pedicellatis. *Fl. dan. t.* 142. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 5. *t.* 432. M.

ſladnizenſis. 8. D. ſcapo bifolio, fol. glabris ciliatis, ſiliculis rectis pedicellatis. *Jacq. in Litt. Miſc. v.* 1. *p.* 147. *t.* 17. *f.* 1. M.

incana. 9. D. fol. caulinis numeroſis incanis, ſiliculis oblongis, obliquis ſubſeſſilibus. *Fl. dan. t.* 130.

801. LEPIDIUM. *Silicula* emarginata, cordata, polyſperma: valvulis carinatis, contrariis.
897.

perfoliatum. 1. L. foliis caulinis pinnato-multifidis, ramiferis cordatis amplexicaulibus integris. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 346.* M.

veſicarium. 2. L. caulium geniculis inflatis.

nudicaule. 3. L. ſcapo nudo ſimpliciſſimo, flor. tetrandris, fol. pinnatifidis. *Diſtinctum ab Iberide nudicauli.*

procumbens. 4. L. fol. ſinuato-pinnatifidis extremo majore, ſcapo nudo, caul. proſtratis racemiferis. *Mant. 424.*

alpinum. 5. L. fol. pinnatis integerrimis, ſcapo ſubradicato, ſiliculis lanceolatis mucronatis. *Fl. dan. t. 569?* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 137.* M. *Petala calyce majora. Stamina 4. Jacq.*

petraeum. 6. L fol. pinnatis integerrimis, petalis emarginatis calyce minoribus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 131.* M.

cardamines. 7. L. fol. radicalibus pinnatis, caulinis lyratis. Lepidium fol. inferioribus alterno pinnatis carnoſis glaucis, ſuperioribus ſeſſilibus dentatis apice ovatis. *Ard. ſpec. 1. p. 19. t. 8.*

ſpinoſum. 8. L. fol. pinnatis: foliolis lunatis: exterioribus elongatis, ramis mucronatis. *Mant. 253.* Lepidium ſpinoſum foliis pinnatifidis furſum criſtatis, ſpicis ſubulatis. *Ard. ſpecim. 2. p. 34. t. 16.*

ſativum. 9. L. flor. tetradynamis, fol. oblongis multifidis.

lyratum. 10. L. fol. lyratis criſpis.

latifolium. 11. L. fol. ovato-lanceolatis integris ſerratis. *Fl. dan. t. 557.*

ſubulatum. 12. L. fol. ſubulatis indiviſis ſparſis, caule ſuffruticoſo.

graminifolium. 13. L. fol. linearibus: ſuperioribus integerrimis, caule paniculato virgato, floribus hexandris. *Similis, diverſa tamen, ab Iberide linifolia. Adulta dejicit folia.*

ſuffruticoſum. 14. L. fol. lanceolato-linearibus tenuibus integerrimis, caul. ſuffruticoſis. *Mant. 91.*

didymum. 15. L. fol. pinnatifidis, caul. erecto, fructibus didymis. *Mant. 92.*

rude-

ruderale. 16. L. flor. diandris apetalis, fol. radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis. *Fl. dan. t. 184.*

virginicum. 17. L. flor. ſubtriandris tetrapetalis, fol. linearibus pinnatis.

Iberis. 18. L. flor. diandris tetrapetalis, fol. inferioribus lanceolatis ſerratis; ſuperioribus linearibus integerrimis. *Mant. 425.*

bonarienſe. 19. L. flor. diandris tetrapetalis, fol. omnibus pinnato-multifidis.

chalepenſe. 20. L. fol. ſagittatis ſeſſilibus dentatis. *Cent. 169.*

802. THLASPI. *Silicula* emarginata, obcordata, poly-
901. ſperma: valvulis navicularibus, marginato-carinatis.

peregrinum. 1. T. ſiliculis ſuborbiculatis, foliis lanceolatis integerrimis.

arvenſe. 2. T. ſiliculis orbiculatis, fol. oblongis dentatis glabris. — *Fl. dan. t. 793.* M.

alliaceum. 3. T. ſiliculis ſubovatis ventricoſis, fol. oblongis obtuſis dentatis glabris.

ſaxatile. 4. T. ſiliculis ſubrotundis, fol. lanceolato-linearibus obtuſis carnoſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 236.* M. Thlaſpi ſiliculis ſubrotundis, fol. integris glabris lanceolato-linearibus, radicalibus ovatis. *Ger. prov. 348.* Thlaſpi montanum, pingui folio, carneo flore, plana et cordata ſiliqua. *Barr. ic. 845.* Thlaſpi ſiliquis ellipticis, foliis lanceolato-linearibus integerrimis. *Act. petrop. 5. p. 330. fig. Similis Iberidi ſaxatili.*

hirtum. 5. T. ſiliculis ſubrotundis piloſis, fol. caulinis ſagittatis villoſis.

campeſtre. 6. T. ſiliculis ſubrotundis, fol. ſagittatis dentatis incanis.

montanum. 7. T. ſiliculis obcordatis, fol. glabris: radicalibus ſubcarnoſis obovatis integerrimis, caulinis amplexicaulibus, corollis calyce majoribus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 237.* M. *Corollae ſubaequales. Fructus Faciesque Thlaſpeos ab Iberide hanc diſtinguunt.*

alpinum. 8. T. ſiliculis obcordatis, fol. glabris: radicalibus ſubcarnoſis obovatis integerrimis, caulinis ſeſſili-

ſeſſilibus, corollis calyce majoribus. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 3. t. 238.* M.

perfoliatum. 9. T. ſiliculis obcordatis, fol. caulinis cordatis glabris ſubdentatis, petalis longitudine calycis, caule ramoſo. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 337.* M.

alpeſtre. 10. T. ſiliculis obcordatis, fol. ſubdentatis: caulinis amplexicaulibus, petalis longitudine calycis, caule ſimplici. *Cum T. perfoliato jungitur a Gerardo, at ſeparatur ab Hallero. Corolla perexigua alba.*

Burſa paſtoris. 11. T. ſiliculis obcordatis, fol. radicalibus pinnatifidis. — *Fl. dan. t 729.* M. γ Burſa paſtoris major, folio non ſinuato. *Bauh. pin. 108.*

ceratocarpon. 12. T. glaberrimum, caule ſulcato, fol. ſagittatis lanceolatis ſubſerratis, ſiliculis bilobatis. *Suppl. p 295.* Thlaſpi *ceratocarpon*, ſiliculis oblongis ſurſum utrinque membranaceo-cornutis; foliis ſuperioribus oblongis ſagittatis amplexicaulibus, inferioribus ovalibus petiolatis. *Murr. in comm. Gott. 1774. p. 26. t. 1.* Lepidium ceratocarpon. *Pall. it. vol. 2. p. 740. t. U.* M.

803. COCHLEARIA. *Silicula* emarginata, turgida, ſcabra: valvulis gibbis, obtuſis.
903.

officinalis. 1. C. foliis radicalibus cordato-ſubrotundis, caulinis oblongis ſubſinuatis. *Fl. dan. t. 135. Caulis ramoſus.*

danica. 2. C. fol. haſtato-angulatis: omnibus deltoidibus. *Mant. 425. Fl. dan. t. 100. Caulis non ramoſus. Stolones procumbentes.*

anglica. 3. C. fol. omnibus ovato lanceolatis. *Fl. dan. t. 329.*

groenlandica. 4. C. fol. reniformibus integris, carnoſis.

Coronopus. 5. C. fol. pinnatifidis, caule depreſſo. *Fl. dan. t. 202.*

Armoracia. 6. C. fol. radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis inciſis.

glaſtifolia. 7. C. fol. caulinis cordato-ſagittatis amplexicaulibus. *Statura Turritidis.*

Draba. 8. C. fol. lanceolatis amplexicaulibus dentatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 315.* M. *Caules proſtrati,*

ſtrati, parum ramoſi. Folia haſtata, lato-lanceolata, incana.

804. IBERIS. 904. *Cor.* irregularis: petalis 2 exterioribus majoribus. *Silicula* polyſperma, emarginata.

ſemperflorens. 1. I. fruteſcens, foliis cuneiformibus integerrimis obtuſis. Thlaſpi perſicum. *Riv. tetr.* 224. *f.* 2.

ſempervirens. 2. I. fruteſcens, fol. linearibus acutis integerrimis. *Riv. tetrap.* 224. *f.* 1.

gibraltarica. 3. I. fruteſcens, fol. apice dentatis.

ſaxatilis. 4. I. ſuffruteſcens, fol. lanceolato-linearibus carnoſis acutis integerrimis ciliatis. *Ger. prov.* 354. *Gouan. hort.*

rotundifolia. 5. I. herbacea, fol. ovatis: caulinis amplexicaulibus laevibus ſuccoſis. Thlaſpi minimum, ſiliculis obcordatis, foliis inferioribus ovatis petiolatis, ſuperioribus lanceolatis amplexicaulibus. *Ard. ſpec.* 2. *p.* 33. *t.* 15. *f.* 1. *Caulis repens. Flores fere regulares. Silicula ſubquadrangularis. Similis Thlapſi ſaxatili.*

cepeaefolia. 6. I. herbacea, fol. ovatis: caulinis ſeſſilibus laevibus ſuccoſis. *Jacq. in Litt. Miſc. v.* 2. *p.* 28. *t.* 1. M.

umbellata. 7. I. herbacea, fol. lanceolatis acuminatis: inferioribus ſerratis; ſuperioribus integerrimis. Iberis cretica. *Riv. tetr.* 225.

amara. 8. I. herbacea, fol. lanceolatis acutis ſubdentatis, flor. racemoſis.

linifolia. 9. I. herbacea, fol. linearibus integerrimis, caulinis ſerratis, caule paniculato, corymbis hemiſphaericis. *Diverſa a Lepidio graminifolio.*

odorata. 10. I. herbacea, fol. linearibus ſuperne dilatatis ſerratis.

arabica. 11. I. herbacea, fol. ovatis glabris aveniis integerrimis, ſiliculis baſi apiceque bilobis.

nudicaulis. 12. I. herbacea, fol. ſinuatis, caule nudo ſimplici. *Fl. dan. t.* 323.

pinnata. 13. I. herbacea, fol. pinnatifidis. *Corymbus non mutatur. Calyx rubicundus. Petala alba.*

805. ALYSSUM. *Filamenta* quaedam introrſum denticulo notata. *Silicula* emarginata.
907.

* *Suffruticoſa.*

ſpinoſum. 1. A. racemis ſenilibus ſpiniformibus nudis. *Petala alba integra. Stamina edentula.*

halimifolium. 2. A. caulibus procumbentibus perennantibus, fol. lanceolato-linearibus acutis integerrimis.

ſaxatile. 3. A. caulibus fruteſcentibus paniculatis, fol. lanceolatis molliſſimis repandis. *Ard. ſpec. 1. p. 18. t. 7.* Thlaſpi luteum, leucoji folio. *Bocc. muſ. 79. t. 93. Petala lutea, integra.*

alpeſtre. 4. A. caulibus ſuffruticoſis diffuſis, fol. ſubrotundis incanis, calyc. coloratis. *Ger. prov. 352. t. 13. f. 2. Mant. 92.*

** *Herbacea.*

hyperboreum. 5. A. caul. herbaceis, fol. incanis dentatis, ſtamin. quatuor bifurcatis.

incanum. 6. A. caule erecto, fol. lanceolatis incanis integerrimis, flor. corymboſis, petalis bifidis. *Petala alba.*

minimum. 7. A. caulib. herbaceis diffuſis, fol. linearibus tomentoſis, ſiliculis compreſſis. *Petala lutea, ſubemarginata.*

calycinum. 8. A. caulib. herbaceis, ſtam. omnibus dentatis, calyc. perſiſtentibus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 338.* M. Alyſſum ſtaminibus quatuor dentatis: duobus ſquamula longitudinali, calyc. perſiſtentibus. *Jacq. vind. 114.*

montanum. 9. A. caulibus herbaceis diffuſis, fol. ſublanceolatis punctato-echinatis. *Jacq. auſtr. t. 37.* Thlaſpi alpinum repens. *Bauh. pin 107. Petala lutea. Stamina 4 apice bifida; 2 baſi denticulo.*

campeſtre. 10. A. caule herbaceo, ſtaminibus ſtipatis pari ſetarum, calycibus deciduis.

clypeatum. 11. A. caule erecto herbaceo, ſiliculis ſeſſibus ovalibus compreſſo-planis, petalis acuminatis linearibus.

*** *Siliculis inflatis. ſ. calycibus oblongis clauſis.*

ſinuatum. 12. A. caule herbaceo, fol. lanceolato-deltoidibus, ſiliculis inflatis.

creticum.

creticum. 13. A. caule fruticoſo, fol. lanceolatis ſubdentatis tomentoſis, ſiliculis inflatis globoſis. *Mant. 92.*

gemonenſe. 14. A. caule herbaceo, ramis divaricatis, fol. radicalibus obovatis ſubtomentoſis, ſiliculis inflatis. *Mant. 92. Ard. ſpec. 2 p. t. 10. Differt ab A. cretico ramis divaricatis, floribus minoribus, ſaturate luteis.*

utriculatum. 15. A. caule herbaceo erecto, fol. laevibus lanceolatis integerrimis, ſiliculis inflatis. *Mant. 92.* Thlaſpi fruticoſum: leucoji folio viridi. *Tournef inſt. 218. Flos Lunariae. Folia radicalia piloſa.*

Veſicaria. 16. A. fol. linearibus dentatis, ſiliculis inflatis angulatis acutis.

deltoideum. 17. A. caulibus ſuffruteſcentibus proſtratis, fol. lanceolato-deltoidibus, ſiliculis hirtis. *Flores Cheiranthi, violacei. Calyx oblongus, clauſus, baſi oppoſite gibboſus.*

807. CLYPEOLA. *Silicula* emarginata, orbiculata, compreſſo-plana, decidua.
910.

Jonthlaſpi. 1. C. ſiliculis orbiculatis unilocularibus monoſpermis. *Mant 426. Stamina Alyſſi.*

tomentoſa. 2. C. ſiliculis orbiculatis bilocularibus, fol. ſubtomentoſis. *Mant. 92.*

maritima. 3. C. perennis. ſiliculis bilocularibus ovatis diſpermis *Mant 426.* Thlaſpi montanum perenne flore albo. *Barr. ic 844.* Alyſſon caulibus diffuſis, foliis linearibus. *Ger. prov. 350.*

806. PELTARIA. *Silicula* integra, ſuborbiculata, compreſſo plana, non dehiſcens.
910.

alliacea. 1. P. foliis amplexicaulibus oblongis indiviſis. *Suppl. p. 295.* Peltaria alliacea *Syſt ed 13. p. 295. — Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 123.* M.

capenſis. 2. P. fol caulinis quinato pinnatis linearibus ſubcarnoſis. *Suppl. p. 296.*

808. BISCUTELLA. *Silicula* compreſſo-plana, rotun-
911. data, ſupra infraque biloba. *Cal.* foliola baſi gibbo.

auriculata. 1. B. calycibus nectario utrinque gibbis, ſiliculis in ſtylum coëuntibus. *Haec ſola Siliculae lobis in ſtylum coit.*

apula. 2. B. ſilic. ſcabris, fol. lanceolatis ſeſſilibus ſerratis. *Mant.* 254. Biſcutella didyma. *Spec. plant.* 911. Thlaſpidium apulum ſpicatum *Tournef. inſt.* 214. Jondraba alyſſoides apula ſpicata. *Col. ecphr.* 1. *p.* 283. *t.* 284. *f.* 1.

lyrata. 3. B. ſilic. ſcabris, fol. lyratis. *Mant.* 254 Thlaſpi biſcutatum raphani ſ. irionis folio. *Bocc. ſic.* 45. *t.* 23.

coronopifolia. 4. B. ſilic. glabris, fol. dentatis hirtis. *Mant.* 255.

laevigata. 5. B. ſilic. glabris, fol. lanceolatis ſerratis. *Mant.* 255. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 339. M. Leucojum alyſſoides umbellatum montanum. *Col. ecphr.* 1. *p.* 283. *t.* 284.

ſempervirens. 6. B. ſilic. ſcabriuſculis, fol. lanceolatis tomentoſis. *Mant.* 255. Thlaſpi biſcutellatum luteum, anchuſae folio. *Barr. rar.* 39. *t.* 841. *Bocc. muſ.* 267. *t.* 122. *Haec a reliquis magis diſtincta caulibus ſuffruticoſis foliisque Cheiranthi incani.*

809. LUNARIA. *Silicula* integra, elliptica, compreſſo-
911. plana, pedicellata: valvis diſſepimento aequalibus, parallelis, planis. *Cal.* foliolis ſaccatis.

rediviva. 1. L. foliis alternis. *Beſl. eyſt. vern.* 7. *f.* 2. *Radix perennis. Flores odori.*

annua. 2. L. fol. oppoſitis. *Beſl. eyſt. vern.* 7. *f.* 1. — *Mill. illuſtr ic* M. *Radix biennis. Flores inodori. Caulis hirſutus. Planta culta habuit folia oppoſita; an ſemper? praeſtantior nota inquirenda.*

SILI-

SILIQUOSA.

810. RICOTIA. *Siliqua* unilocularis, oblonga, compreſſa; valvulis planis.
912.

aegyptiaca. 1. Ricotia.

811. DENTARIA. *Siliqua* elaſtice diſſiliens valvulis revolutis. *Stigma* emarginatum. *Cal.* longitudinaliter connivens.
912.

enneaphylla. 1. D. foliis ternis ternatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 316.* M.

bulbifera. 2. D. fol. inferioribus pinnatis, ſummis ſimplicibus. *Fl. dan. t. 361.*

pentaphyllos. 3. D. fol. ſummis digitatis. Dentaria foliis pinnatis et digitatis. *Ger. prov. 356. β.* Dentaria foliis omnibus quinato-digitatis. *Ger. prov. 356.* Saxifraga montana, radice ſquamis denticulatis. *Geſn. faſc. 1. t. 1. f. 1. Plantam β pro diſtincta ſpecie tradit Gerard.*

812. CARDAMINE. *Siliqua* elaſtice diſſiliens valvulis revolutis. *Stigma* integrum. *Cal.* ſubhians.
913.

* *Foliis ſimplicibus.*

bellidifolia. 1. C. foliis ſimplicibus ovatis integerrimis: petiolis longis. (*Excluſo ſynonymo Cluſii.*) *Fl. dan. t. 20.*

aſarifolia. 2. C. fol. ſimplicibus ſubcordatis. (*Excluſo Bauhino.*)

nudicaulis. 3. C. fol. ſimplicibus lanceolatis ſinuato-dentatis, caulibus nudis.

petraea. 4. C. fol. ſimplicibus oblongis dentatis. *Fl. dan. t. 386. Siliquae valvulae a baſi dehiſcunt, non vero revolvuntur. Mygind.*

* * *Foliis ternatis.*

reſedifolia. 5. C. fol. inferioribus indiviſis, ſuperioribus trilobis pinnatisque. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 21.* M.

trifolia. 6. C. fol. ternatis obtuſis, caule ſubnudo. *Jacq. auſtr. t. 27.*

africana. 7. C. fol. ternatis acuminatis, caule ramoſiſſimo.

* * * *Foliis pinnatis.*

chelidonia. 8. C. ſol. pinnatis: foliolis quinis inciſis.

impatiens. 9. C. fol pinnatis inciſis ſtipulatis, flor. apetalis. — *Fl. dan. t.* 735. M. *Florem unicum cum Corolla petalis albis, majoribus quam in parviflora, reperi 1764; diverſa tamen a C. parviflora.*

parviflora. 10. C. fol. pinnatis exſtipulatis, foliolis lanceolatis obtuſis, floribus corollatis.

graeca. 11. C. foliis pinnatis: foliolis palmatis aequalibus petiolatis. *Mant.* 427.

hirſuta. 12 C. fol. pinnatis, flor. tetrandris.

pratenſis. 13. C. fol. pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis, caulinis lanceolatis.

amara. 14. C. fol. pinnatis, axillis ſtoloniferis. Naſturtium pyrenaicum aquaticum latifolium, purpuraſcente flore. *Herm. parad.* 223. *t.* 203.

virginica. 15 C. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis baſi unidentatis. *Pet. Gaz. t.* 105. *f.* 18.

813. SISYMBRIUM. *Siliqua* dehiſcens valvulis rectiuſculis. *Calyx* patens. *Corolla* patens.
916.

* *Siliquis declinatis brevibus.*

Naſturtium. 1. S. ſiliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis ſubcordatis. — *Fl. dan. t.* 690. M.

ſylveſtre. 2. S. ſiliquis declinatis oblongo-ovatis, foliolis lanceolatis ſerratis. *Fl. dan. t.* 409.?

islandicum. 3. S. ſiliquis brevibus declinatis, foliis lyrato-pinnatis, foliolis ovalibus dentatis. *Oeder in Fl. dan. t.* 409. *Murr. comm. gott.* 1772. *p.* 81. M.

amphibium. 4. S. ſiliquis declinatis oblongo-ovatis, foliolis pinnatifidis ſerratis.

pyrenaicum. 5. S. ſiliquis ſubovatis, foliis inferioribus lyratis, ſuperioribus bipinnatifidis amplexicaulibus. ſtylis filiformibus. Siſymbrium foliis pinnatis: imorum pinnis oblongis, ſuperiorum linearibus integris, ſiliquis ovalibus oligoſpermis. *Act helv.* 4. *p.* 288.

tanacetifolium. 6. S. fol. pinnatis: foliolis lanceolatis inciſo-ſerratis: extimis confluentibus.

tenuifolium. 7. S. fol. integerrimis: infimis tripinnatifidis; ſupremis integris. Eruca foliis ſinuato-dentatis

tis, caule nudiuſculo, radice perenni. *Ger. prov. 369.* Sinapis foliis laevibus glaucis, pinnis linearibus rariter dentatis. *Hall. act. 6. p. 84. n. 17.*

** *Siliquis ſeſſilibus axillaribus.*

ſupinum. 8. S. ſiliquis axillaribus ſubſeſſilibus ſolitariis, fol. dentato-ſinuatis.

polyceratium. 9. S. ſiliquis axillaribus ſeſſilibus ſubulatis aggregatis, fol. repando-dentatis. *Jacq. hort. t. 79.*

burſifolium. 10. S. racemo flexuoſo, fol. lyratis, caule erecto folioſo. *Dill. elth. 179. t. 148. f. 177.* β Heſperis fol. dentato-pinnatifidis, caule laevi. *Sp. pl. 928.*

*** *Caule nudo.*

murale. 11. S. ſubacaule, fol. lanceolatis ſinuato-ſerratis laeviuſculis, ſcapis ſubſcabris adſcendentibus. *Pauciſſimis differt a S. monenſi. Folia obſolete ſ. obiter remotiſſimeque ſerrata.*

monenſe. 12. S. acaule, fol. pinnato-dentatis ſubpiloſis, ſcapis laevibus. Siſymbrium foliis pinnato-ſinuatis, caulibus nudis ſimplicibus. *Ger. prov. 360. Folia fere pinnatifida, ſ. ultra medium indiviſa.*

vimineum. 13. S. acaule, fol. lyratis laevibus, ſcapis adſcendentibus, floribus minutis.

Barrelieri. 14. S. caule ſubnudo ramoſo, fol. radicalibus runcinatis dentatis hiſpidis. Eruca ſylveſtris minor, burſae paſtoris folio. *Bauh. pin. 98. prodr. 39.*

arenoſum. 15. S. caule ſubfolioſo ramoſo, fol. lyratis rectangulo-dentatis hiſpidis: pilis ramoſis.

valentinum. 16. S. caule ſimplici erecto ſuperne glabro, fol. lanceolatis hiſpidis antrorſum dentatis.

**** *Foliis pinnatis.*

Parra. 17. S. caulescens, fol. runcinatis muricatis. *Mont. 255. Flores uno alterove die ante antheſin recurvati. Nectaria 2 longiora expellunt calycis folia.*

aſperum. 18. S. ſiliquis ſcabris, fol. pinnatifidis: pinnis lineari lanceolatis ſubdentatis, corollis calyce longioribus. Siſymbrium foliis pinnatifidis: foliolis

liolis inaequaliter laciniatis, ſiliquis ſcabris. *Ger. prov. 360. Planta palmaris.*

Sophia. 19. S. petalis calyce minoribus, fol. decompoſito-pinnatis. *Fl. dan. t. 528.*

altiſſimum. 20. S. fol. runcinatis flaccidis: foliolis ſublinearibus integerrimis, pedunculis laxis. *Calyx patens Sinapios.*

Irio. 21. S. fol. runcinatis dentatis nudis, caule laevi, ſiliquis erectis. *Amoen. 4. p. 279. — Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 322.* M.

Columnae. 22. S. fol. runcinatis dentatis et caule villoſis ſubincanis, ſiliquis erectis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 4. t. 323.* M.

Loeſelii. 23. S. fol. runcinatis acutis hirtis, caule hiſpido. *Amoen. 4. p. 322. — Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 324.* M.

orientale. 24. S. fol. runcinatis tomentoſis, caule laevi.

barbareae. 25. S. fol. ſimplicibus ſpatulato-ovatis dentatis amplexicaulibus nudis. *Simillimum Eryſimo Barbareae Planta inſipida. Caulis angulatus. Folia radicalia integerrima, cordato-ovata*

catholicum. 26. S. ſiliquis filiformibus laevibus, fol. pinnatis denticulatis caulinis. *Mant. 93.*

* * * * * *Foliis lanceolatis integris.*

ſtrictiſſimum. 27. S. fol. lanceolatis dentato-ſerratis caulinis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 194.* M.

integrifolium. 28. S. fol. linearibus integerrimis, pedunculis glutinoſo-hiſpidis.

indicum. 29. S. fol. lanceolato-ovatis ſerratis petiolatis laevibus, ſiliquis ſubarcuatis. *Mant. 93.*

814. ERYSIMUM. *Siliqua* columnaris, exacte tetraëdra. *Cal.* clauſus.
922.

officinale. 1. E. ſiliquis ſpicae adpreſſis, foliis runcinatis. *Fl. dan. t. 560.*

Barbarea. 2. E. fol. lyratis: extimo ſubrotundo. γ. (*Excluſa varietate. γ.*)

Alliaria. 3. E. fol. cordatis.

repandum. 4. E. fol. lanceolatis dentatis, racemis oppoſitifoliis, ſiliquis racemoſis ſubſeſſilibus, corollis minutis. *Jacq. auſtr. t. 22.*

chei-

cheiranthoides. 5. E. fol. lanceolatis integerrimis, ſiliquis patulis. *Siliquae a ſcapo racemi diſtantes.* — *Jacq. Fl. auſtr. t. 23. Fl. dan. t. 731.* M.

hieracifolium. 6 E. fol. lanceolatis ſerratis. *Rupp. Hall. 77. nota a.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 73.* M.

. . CHAMIRA. *Cal.* baſi cornutus! *Glandula* extra ſtamina breviora. *Thunb. diſſ. n. pl. gen p. 48.* M.

cornuta. 1. CHAMIRA. *Thunb. l. c. p. 49.*

815. CHEIRANTHUS. *Germen* utrinque denticulo glan-
923. dulato. *Cal.* clauſus: foliolis duobus baſi gibbis. *Semina* plana.

Eryſimoides. 1. C. foliis lanceolatis dentatis nudis, caule erecto ſimpliciſſimo, ſiliquis tetragonis. *Fl. dan. t. 229.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 74.* M. (*Excluſo Allionio in Spec. pl.*)

helveticus. 2. C. fol. lanceolatis dentatis nudis, caule erecto, ſiliqua tetragona, ſtylo acuminata. *Jacq. in Litt. Hort. t. 9.* M.

alpinus. 3. C. fol. linearibus integris ſubtomentoſis, caule ramoſo. *Mant. 93.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 75.* M.

ſtrictus. 4. C. fol. linearibus acutis glabris, caule fruticoſo erecto. *Suppl p. 296.*

calloſus. 5. C. fol. lanceolatis integris calloſis, caule angulato fruticoſo. *Suppl. p. 296.*

Cheiri. 6. C. fol. lanceolatis acutis glabris, ramis angulatis, caule fruticoſo.

fruticuloſus. 7. C. fol. lanceolatis acutis glabris ſubſerratis, caule fruticoſo. *Mant. 94.*

chius. 8. C. fol. obovatis aveniis emarginatis, ſiliquis apice ſubulatis.

maritimus. 9. C. fol. ellipticis obtuſis nudis ſcabriuſculis, caul. diffuſo ſcabro. *Mant. 568.* Leucojum minus, flore violaceo. *Barr. ic. 1127.*

ſalinus. 10. C. fol. lanceolatis obtuſis integerrimis, caule erecto, antheris incluſis. *Mant 93.*

incanus. 11. C. fol. lanceolatis integerrimis obtuſis incanis, ſiliquis apice truncatis compreſſis, caule ſuffruticoſo. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

feneſtralis. 12. C. fol. conferto - capitatis recurvatis undatis, caule indiviſo. — *Jacq. hort. v. 2. t. 179.* M. *Linn. dec. 31. t. 16. Petala integra.*

annuus. 13. C. fol. lanceolatis ſubdentatis obtuſis incanis, ſiliquis cylindricis apice acutis, caule herbaceo. *Petala emarginata.*

littoreus. 14. C. fol lanceolatis ſubdentatis ſubtomentoſis ſubcarnoſis, petalis emarginatis, ſiliquis tomentoſis.

triſtis. 15. C. fol. linearibus ſubſinuatis, flor. ſeſſilibus: petalis undatis, caule fruticoſo.

trilobus. 16. C. fol dentatis obtuſis, calycibus laevibus, ſiliquis nodoſis mucronatis filiformibus laevibus.

lacerus. 17. C. fol. lanceolatis runcinatis, calycibus piloſis, ſiliquis nodoſis tridentatis. *Folia nuda, anguſta, runcinata. Flores flavo - purpuraſcentes, noctu explicati odoratiſſimi. Siliquae apice ſubtridentatae.*

tricuſpidatus. 18. C. fol. lyratis, ſiliquis apice tridentatis.

ſinuatus. 19. C. fol tomentoſis obtuſis ſubſinuatis: rameis integris, ſiliquis muricatis.

Farſetia. 20. C. ſiliquis ovalibus compreſſis, fol. lineari - lanceolatis, caule fruticoſo erecto. *Mant. 94.* Lunaria fruticoſa perennis incana, leucoji folio. *Tournef. itin. 1. p. 92. t. 92? Shaw.*

816. HELIOPHILA. *Nectaria* 2, recurvata verſus calycis baſin veſicularem.
926.

integrifolia. 1. H. foliis lanceolatis indiviſis. *Mant. 428. Seb. muſ. 1. t. 17. f. 5. — Schreb. in act. upſ. n. vol. 1. p. 94. t. 7.* M.

coronopifolia. 2. H. fol. linearibus pinnatifidis.

amplexicaulis. 3. H. fol. amplexicaulibus integris glabris, ſiliquis moniliformibus. *Suppl. p. 296.*

filiformis. 4. H. fol. ſubulatis filiformibus glabris, ſiliquis pendulis, ramis divaricatis. *Suppl. p. 296.*

puſilla. 5. H. fol. linearibus, ſiliquis moniliformibus erectis. *Suppl. p. 297.*

flava. 6. H. fol. linearibus, caulibus fruticoſis junceis. *Suppl. p. 297.*

Linae-

Circaeoides. 7. H fol. cordatis. *Suppl. p. 298.*
digitata. 8. H. fol. palmato pinnatifidis villoſis: pinnis linearibus. *Suppl. p. 296.*
pinnata. 9. H. fol. trifidis pinnatisque: foliolis linearibus, filliquis moniliformibus erectis. *Suppl. p. 297.*

817. HESPERIS. *Petala* oblique flexa. *Glandula* intra 927. ſtamina breviora. *Siliqua* ſtricta: *Stigma* baſi biſurca apice connivente. *Cal.* clauſus.

triſtis. 1. H. caule hiſpido ramoſo patente. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 102.* M.
matronalis. 2. H. caule ſimplici erecto, foliis ovato-lanceolatis denticulatis, petalis mucrone emarginatis. β. *Sibirica* 3. H. caule ſimplici, fol. lanceolatis dentato-ſerratis, petalis obtuſiſſimis integris.
inodora. 3. H. caule ſimplici erecto, fol. ſubhaſtatis dentatis, petalis obtuſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 347.* M.
africana. 4. H. caule ramoſiſſimo diffuſo, fol lanceolatis petiolatis acute dentatis ſcabris, ſiliquis ſeſſilibus.
verna. 5. H. caule erecto ramoſo, fol. cordatis amplexicaulibus ſerratis villoſis.
lacera. 6. H. foliis runcinatis, ſiliquis tricuſpidatis. Cheiranthus lacerus. *Sp. plant. 926. Folia nuda, anguſta. Calyces piloſi. Flores triſtes colore et odore. Siliquae nodoſae tricuſpidatae.*

818. ARABIS. *Glandulae* nectariferae 4, ſingulae intra 9-8. calycis foliola, ſquamae inſtar reflexae.

alpina. 1. A. foliis amplexicaulibus dentatis. *Fl. dan. t. 62.*
lucida. 2. A. fol. amplexicaulibus lucidis. *Suppl. p. 298.*
grandiflora. 3 A. caule nudo.
thaliana. 4. A. fol. petiolaris lanceolatis integerrimis.
bellidifolia. 5. A. fol. ſubdentatis: radicalibus obovatis; caulinis lanceolatis. *Mant 94.* — *Jacq. Fl. auſtr. t. 280. Ibidem* Arabis pumila *t. 281. depingitur, de qua vero Jacquin dubitat, an ſpecie ab A. bellidifolia differat.* M.

lyrata. 6. A. fol. glabris: radicalibus lyratis; caulinis linearibus.

hiſpida. 7. A. fol. hiſpidis: radicalibus runcinatis; caulinis lanceolatis. *Suppl. p. 298.* Arabis hiſpida. *Syſt. ed. 13. p. 501. Simillima A. thalianae ſ. lyratae, ſed Flores minores, Radixque perennis; Flores albi petalis erectis; Calyx palmaris. Habitat in Auſtria. D. Mygind.*

Halleri. 8. A. fol. caulinis ſublyratis; rameis lanceolatis inciſis. *Caulis erectius, anguſtus. Folia lyrata, glabra. Flores albi.*

canadenſis. 9. A. fol. caulinis lanceolatis dentatis glabris, flor. pendulis.

pendula. 10. A. fol. amplexicaulibus, ſiliquis ancipitibus linearibus, calycibus ſubpiloſis. *Flores albi. Diſtincta ab A. Turrita.* — Arabis pendula *Jacq. hort. vind. v. 3. t. 34.* Heſperis *pendula*, foliis radicalibus petiolatis cordatis, reliquis amplexicaulibus ovato-lanceolatis. *Murr. in comm. gott. 1775. p. 38. t. 6.* M.

Turrita. 11. A. fol. amplexicaulibus, ſiliquis decurvis planis linearibus, calycibus ſubrugoſis. *Jacq. auſtr. t. 11. Flores ochroleuci.*

819. TURRITIS. *Siliqua* longiſſima, angulata. *Cal.* connivens, erectus. *Cor.* erecta.
930.

glabra. 1. T. foliis radicalibus dentatis hiſpidis; caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. — *Fl. dan. t. 809.* M.

hirſuta. 2. T. fol. omnibus hiſpidis, caulinis amplexicaulibus.

alpina. 3. T. fol. radicalibus dentatis hiſpidis, caulinis ſemi-amplexicaulibus. ♂. ♃. *Statura omnino T. hirſutae, ſed Caulis laevis et Folia caulina omnino glabra, integerrima, ſeſſilia vel baſi parum cordata et obtuſa, vixque ſemiam plexicaulia. Flores majores ſunt: Petala alba, obtuſiſſima, obovato-oblonga, calyce duplo longiora. Calyx compreſſiuſculus, erectus. Flores diverſam a T. hirſuta dictitant. Habitat in Auſtria. Jacq., item in Gotlandia.*

820.

820. BRASSICA. *Cal.* erectus, connivens. *Sem.* globoſa. *Glandula* inter ſtamina breviora et piſtillum, interque longiora et calycem.
931.

* *Stylo obtuſiuſculo.*

orientalis. 1. B. foliis cordatis amplexicaulibus glabris; radicalibus ſcabris integerrimis, ſiliquis tetragonis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 282.* M. *Petala alba. Folia omnia glabra.*

auſtriaca. 2. B. fol. cordatis amplexicaulibus glabris, omnibus integerrimis, ſiliquis tetragonis ſtriatis erectis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v. 3. t. 283.* M.

campeſtris. 3. B. radice cauleque tenui, fol. caulinis uniformibus cordatis ſeſſilibus. *Fl. dan. t. 550. Radix annua; Corolla lutea; Folia Radicalia lyrata, ſubhiſpida, Caulina laevia.*

arvenſis. 4. B. fol. amplexicaulibus ſpatulatis repandis: ſummis cordatis integerrimis. *Mant. 568. 95.* Braſſica campeſtris, purpureo flore. *Cluſ. hiſt. 2. p. 127. Caulis inferne perennans. Syſt. nat. 3. p. 231.*

alpina. 5. B. fol. caulinis cordato-ſagittatis amplexicaulibus, radicalibus ovatis, petalis erectis. *Mant. 95. Figuram miſit D. Grimm.*

Napus. 6. B. radice cauleſcente fuſiformi.

Rapa. 7. B. radice cauleſcente orbiculari depreſſa carnoſa.

oleracea. 8. B. radice cauleſcente tereti carnoſa.

chinenſis. 9. B. fol. ovalibus ſubintegerrimis: floralibus amplexicaulibus lanceolatis, calycibus ungue petalorum longioribus. *Act. petrop. 1761. p. 331.*

violacea. 10. B. fol. lanceolato-ovatis glabris indiviſis dentatis.

polymorpha. 11. B. fol. inferioribus lineari-lanceolatis pinnatifido-dentatis, ſuperioribus ſubulatis integris. *Murr. in comm. gott. 1776. p. 35. t. 6.* M.

** Erucae, *ſiliquis ſtylo enſiformi.*

Erucaſtrum. 12. B. fol. runcinatis, caule hiſpido, ſiliquis laevibus.

Eruca. 13. B. fol. lyratis, caule hirſuto, ſil. glabris.

veſicaria. 14. B. fol. runcinatis, ſiliquis hiſpidis tectis calyce tumido.

821. SINAPIS. *Cal.* patens. *Cor.* ungues recti. *Glandula* inter ſtamina breviora et piſtillum, interque longiora et calycem.
933.

arvenſis. 1. S. ſiliquis multangulis toroſo turgidis laevibus roſtro ancipiti longioribus – *Fl. dan. t. 753.* M. *Siliquae laeves.*

orientalis. 2. S. ſiliquis retrorſum hiſpidis apice ſubtetragonis compreſſis. *Similis praecedenti. Siliquae roſtrum tantum laeve.*

braſſicata. 3 S. fol. obovatis denticulatis laevibus. *Syſt. nat. 3. p. 631.*

alba. 4. S. ſiliquis hiſpidis: roſtro obliquo longiſſimo enſiformi. *Mant. 429.*

nigra. 5 S. ſiliquis glabris racemo appreſſis.

pyrenaica. 6 S. ſiliquis ſtriatis ſcabris, fol. runcinatis laevibus. — *Jacq. hort. v. 3. t. 97.* M.

pubeſcens. 7. S. ſiliquis pubeſcentibus erectis roſtro compreſſo, fol. lyratis villoſis. *Mant. 95.*

chinenſis. 8. S. ſiliquis laevibus ſubarticulatis patulis, fol. lyrato runcinatis ſubhirſutis. *Mant. 95.*

juncea. 9. S. ramis faſciculatis, fol. ſummis lanceolatis integerrimis. *Jacq. hort. v. 2. t. 171.* M.

erucoides. 10. S. ſiliquis laevibus aequalibus, fol. lyratis oblongis glabris, caule ſcabro. *Mant. 429.* — *Jacq. hort. v. 2. t. 170.* M.

Allioni. 11. S. ſiliquis ovato oblongis patulis, fol. pinnatifidis: laciniis inciſis. *Jacq. in Litt. Hort. v. 2. t. 168.* M.

hiſpanica. 12. S. fol. duplicato-pinnatis: laciniis linearibus.

millefolia. 13. S. fol. bipinnatis pinnulis ovatis, ſerratis. *Jacq. in Litt. Miſc. v. 3. Icon. rar.* M.

incana. 14. S. ſiliquis racemo adpreſſis laevibus, fol. inferioribus lyratis ſcabris; ſummis lanceolatis, caule ſcabro. *Jacq. hort. v. 2. t. 169.* M.

laevigata. 15. S. ſiliquis laevibus patulis, fol. lyratis glabris: ſummis lanceolatis, caule laevi.

cernua. 16. S ſiliquis laevibus patulis, folio radicali lyrato: lobo terminali maximo ovato inciſo dentato. *Thunb. jap. mſpt.* M.

japonica. 17. S. ſiliquis laevibus erectis, fol. inciſo-pinnatifidis glabris. *Thunb. l. c.* M.

822. RAPHANUS. *Cal.* clauſus *Siliqua* toroſa, ſubarticulata, teres. *Glandulae* melliferae 2 inter ſtamina breviora et piſtillum, totidem inter ſtamina longiora et calycem.
935.

ſativus. 1. P. ſiliquis teretibus toroſis bilocularibus.

caudatus. 2. R. ſiliquis decumbentibus tota planta longioribus. *Mant. 95. Linn. dec. 3. t. 10. Siliquae ſerpentiformes, longitudine caulis.*

Raphaniſtrum. 3. R. ſiliquis teretibus articulatis laevibus unilocularibus. *Vide Diſſert. de Raphania. c. tab* — *Fl. dan. t. 678. perperam Sinapis arvenſis inſcripta.* M.

ſibiricus. 4. R. ſiliquis teretibus toruloſis villoſis, fol. linearibus pinnatifidis. Raphanus ſibiricus. *Murr. in comm. gott. 1775. p. 48. t. 11.*

Erucoides. 5. R. ſiliquis ovatis gibbis, roſtro longitudine ſiliquae. *Suppl. p. 299.*

823. BUNIAS. *Silicula* decidua, tetraëdra, angulis inaequalibus acuminatis muricata.
935.

cornuta. 1. B. ſiliculis divaricato-bicornibus baſi ſpinoſis.

ſpinoſa. 2. B. racemis ſpineſcentibus. *Mant. 96.*

Erucago. 3. B. ſiliculis tetragonis: angulis bicriſtatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 340.* M.

orientalis. 4. B. ſiliculis ovatis gibbis verrucoſis.

cochleariaides. 5. B. ſiliculis cordato-ovatis laevibus inflexis. *Murr. in comm. gott. 1777. p. 42. t. 3.* M.

Cakile. 6. B. ſiliculis ovatis laevibus ancipitibus. *Mant 430.*

myagroides. 7. B. ſiliculis biarticulatis ancipitibus ſuperne toruloſis, fol. pinnatis ſinuous reflexis. *Mant. 96.*

aegyptiaca. 8. B. ſiliculis tetragonis undique verrucoſo-muricatis, fol. runcinatis. *Syſt. nat. 3. p. 231. Act. petrop. 12. p. 509. t. 11.* — *Jacq. hort. v. 2. t. 145.* M.

balearica. 9. B. ſiliculis hiſpidis, fol. pinnatis: foliolis ſubdentatis. *Mant. 429.* — *Jacq. hort. v. 2. t. 144.* M. *Habitat in Balearibus Dav. Royen.* ⊙ *Similis B. myagroidi, ſed Siliculae ſtatura B. Erucaginis, verum omnino, excepto roſtro, echinata, Racemi longi, Flores lutei.*

824.

824. ISATIS. *Siliqua* lanceolata, unilocularis, 1-ſperma, decidua, bivalvis: valvulis navicularibus.
936.

tinctoria. 1. I. foliis radicalibus crenatis; caulinis ſagittatis, ſiliculis oblongis.

luſitanica. 2. I. fol. radicalibus crenatis; caulinis ſagittatis, pedunculis ſubtomentoſis.

armena. 3. I. fol. integerrimis cordatis poſtice obtuſis, ſiliculis cordatis.

aegyptia. 4. I. fol. omnibus dentatis.

825. CRAMBE. *Filamenta* 4 longiora apice bifurca: altero antherifero. *Bacca* ſicca, globoſa, decidua.
937.

maritima. 1. C. foliis cauleque glabris. *Fl. dan. t.* 316.

orientalis. 2. C fol. ſcabris, caule glabro. *Flores albi.*

hiſpanica. 3. C. fol. cauleque ſcabris. Myagrum ſphaerocarpum. *Jacq. obſ.* 2. *p.* 20. *t.* 41.

tataria. 4. C. fol. decompoſito multifidis. *Jacq. in Litt. Miſc. v.* 2. *p.* 274. *t.* 25. Tataria ungarica. *Cluſ. hiſt. p.* 181. M.

fruticoſa. 5. C. fruticoſa, fol. ovatis pinnatifidis ſerratis canis: racemis in panicula effuſa dichotoma. *Suppl. p.* 299. Myagrum *arboreſcens*, ſiliculis ſubbiarticulatis, caule arboreſcente. *Jacq. in Litt. Miſc. v.* 3. *Icon rar. Ad characterem Myagri propius quam Crambis accedit; nempe filamenta biſurcata non ſunt, ſiliculae inſuper biarticulatae fere. Utrumque genus aptiſſime jungeretur et una ſiliculoſis accenſeretur.* M.

826. CLEOME. *Glandulae* nectariferae 3, ad ſingulum ſinum calycis ſingulae, excepto infimo. *Petala* omnia adſcendentia. *Siliqua* unilocularis, bivalvis.
937.

fruticoſa. 1. C. floribus gynandris tetrandris, foliis ſimplicibus, caule fruticoſo.

heptaphylla. 2. C. flor. gynandris, fol. ſubſeptenatis, caule aculeato. *Bracteae lunares.*

pentaphylla. 3. C. flor. gynandris, fol. quinatis, caule inermi. *Jacq. hort. t.* 24.

tri-

triphylla. 4. C. flor. gynandris, fol. ternatis, caule inermi.

juncea. 5. C. aphylla, flor. gynandris octandris, corymbis lateralibus genitalibus elongatis, ſiliqua lineari tomentoſa, caule fruticoſo. *Suppl. p. 300.* Cleome juncea. *Sparrman in act. Upſ. nov. vol. 3. p. 192.*

polygama. 6. C. flor. ſuperioribus tetrandris maſculis, fol. ternatis: foliolis ſeſſilibus margine ſubaculeatis.

Chelidonii. 7. C. flor. polyandris: foliolis quinis ſ. ſeptenis cuneiformibus ſcabris, racemis terminalibus, ſiliquis filiformibus. *Suppl. p. 300. Hirſuta.*

felina. 8. C. flor. polyandris, axillaribus ſolitariis pedunculatis, fol. ternatis cuneiformibus ſtrigoſis, ſiliquis linearibus compreſſis. *Suppl. p. 300. Hiſpida.*

icoſandra. 9. C. flor. icoſitetrandris, fol. quinatis.

viſcoſa. 10. C. flor. dodecandris, fol. quinatis ternatisque. *Mant. 430.*

dodecandra. 11. C. flor. dodecandris, fol. ternatis. *Caulis viſcoſo pubeſcens, uti ſiliquae. Folia omnia ternata, elliptica, laevia: intermedio majore. Flores ſuperiores fere maſculi. Calyx purpuraſcens. Petala alba, emarginata. Stamina 10-14. Siliquae ſeſſiles, erectae, fuſiformes, ſubinflatae.*

gigantea. 12. C. flor. hexandris, fol. ſeptenatis, caule inermi. *Mant. 430. Syſt. nat. 3. p. 232. Jacq obſ. 4 p. 1. t. 76. Planta ſpecioſa, teterrima.*

aculeata. 13. C. flor. hexandris, fol. ternatis integerrimis, ſtipulis ſpineſcentibus. *Syſt. nat. 3 p. 232.*

ſpinoſa. 14. C. flor. hexandris, fol. ſeptenatis quinatisque, caule ſpinoſo. -- *Jacq. amer. pict. p 93.* M.

ſerrata. 15. C. flor. hexandris, fol. ternatis: foliolis lineari-lanceolatis ſerratis. — *Jacq. amer. pict. p. 93. t. 262. f. 73. quod folia* M.

ornithopodioides. 16. C. flor. hexandris, fol. ternatis: foliolis ovali-lanceolatis.

violacea. 17. C. flor. hexandris, fol. ternatis ſolitariisque: foliolis lanceolato linearibus integerrimis. *Planta viſcoſo pubeſcens. Foliola ſubaequalia: Floralia ſimplicia. Pedunculi laeves. Calyx luteus apicibus purpuraſcentibus. Petala 2 ſuperiora atropurpuraſcentia atomis flavis; Lateralia 2 cordata, unguiculata, crenata, con-*

co-

coloria. Antherae purpuraſcentes. Receptaculum ſupra ſtamina glandulis 3 flavis, globoſis. Stamina declinata. Piſtillum declinatum.

arabica. 18. C. flor. hexandris, fol. ternatis lanceolatis obtuſis, ſiliquis fuſiformibus viſcoſo-ſcabris. *Linn. dec. 3. t. 8.* Sinapiſtrum trifoliatum anguſtifolium, ſiliqua latiore. *Shaw. afr. 558. f. 558. Planta viſcoſo-ſcabra, bipedalis, annua. Petioli longitudine foliorum. Foliola ſeſſilia, ſubtus ſcabra; Floralia ſimplicia. Petala lutea, apice purpurea. Siliquae nutantes, ſubdiaphanae. Semina hirſuta.*

monophylla. 19. C. flor. hexandris, fol. ſimplicibus ovato-lanceolatis petiolatis.

capenſis. 20. C. flor. hexandris, fol. ſimplicibus ſeſſilibus lineari-lanceolatis, caule angulato.

procumbens. 21. C. flor. hexandris, fol. ſimplicibus lanceolatis petiolatis, caul. procumbentibus. *Jacq. amer. 189. t. 120. — Ed. 2. pict. p. 93. t. 181.* M. *Habitat in Domingo in pratis.*

tenella. 22. C. fol. ternatis filiformibus linearibus. *Suppl. p. 300. — Claudat agmen; ſed numerus ſtaminum non ſignificatus.* M.

CLAS-

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

TRIANDRIA.

1410. Aphyteja.	*Cal.* magnus, inſundibuliformis, ſemitrifidus. *Petala* tria, fauci tubi calycis inſerta, illoque breuiora.
. . Galaxia.	*Cor.* 1-petala, 6 fida
1318. Lerchea.	Monogyna. *Capſ.* 3 locularis, polyſperma.
827. Waltheria.	Monogyna *Capſ.* 1 locularis, 1-ſperma.
1411. Symphonia.	Monogyna. *Cor.* globoſa. *Bacca* 5-locularis.
828. Hermannia.	Pentagyna. *Capſ.* 5 locularis, 1-ſperma. *Petala* cucullata, obliqua.
829. Melochia.	Pentagyna. *Capſ.* 5-locularis, 1-ſperma.

HEPTANDRIA.

* *Gerania africana.*

OCTANDRIA.

1412. Aitonia.	Monogyna *Cor.* 4-petala. *Bacca* ſicca, 4-angularis, inflata.

ENNEANDRIA.

. . Dryandra.	*Cal.* diphyllus. *Cor.* 5-petala. *An dioica?*

DECANDRIA.

830. Connarvs.	Monogyna. *Legum.* 1-loculare. *Stam.* alterna breviſſima.
832. Geranium.	Monogyna. *Capſ.* 5 cocca, roſtrata.
831. Hugonia.	Pentagyna. *Capſ.* 1-ſperma. *Stam.* in urceolum.

ENDE-

ENDECANDRIA.

833. Brownea. Monogyna. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* exterior 5-fida: interior 5-petala.

DODECANDRIA.

834. Pentapetes. Monogyna. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma. *Stam.* 5 elongata, colorata.

POLYANDRIA.

1414. Gustavia. Monogyna. *Cal.* nullus. *Petala* plura. *Bacca* multilocularis. *Semina* appendiculata.

1344. Gordonia. Monogyna. *Cal.* ſimplex, 5-phyllus. *Capſ.* 5-loculares. *Sem.* bina, alata.

642. Morisonia. Monogyna. *Cal.* ſimplex, 2-fidus. *Bacca* capſularis, pedicellata. *Styl.* 1. *Petala* 4.

665. Mesua. Monogyna. *Cal.* ſimplex, 4-phyllus. *Nux* tetragona, 1-ſperma. *Piſt.* 1. *Petala* 4.

847. Stewartia. Pentagyna. *Cal.* ſimplex, patens. *Capſ.* locularis, *Sem.* ſolitaria.

837. Sida. Submonogyna. *Cal.* ſimplex, angulatus. *Capſ.* locularis, 1-ſperma.

. . Solandra. Monogyna. *Cal.* ſimplex. *Capſ.* toruloſa 5-locularis. *Sem.* multa duplici ordine.

835. Bombax. Monogyna. *Cal.* ſimplex. *Capſ.* 5-locularis, polyſperma. *Stylus* indiviſus. *Sem.* lanata.

836. Adansonia. Monogyna. *Cal.* ſimplex. *Capſ.* locularis, polyſperma: pulpa farinacea.

1413. Barringtonia. Monogyna. *Cal.* ſimplex diphyllus, ſuperus. *Drupa.* *Nux* 1-ſ. 4-locularis.

1415. Carolinea. Monogyna. *Cal.* ſimplex, tubuloſus, truncatus. *Petala* enſiformia. *Pomum* 5-ſulcatum, 2-loculare.

845. Gossypium. Monogyna. *Cal.* exter. 3-fidus. *Capſ.* locularis, polyſperma, coadunata.

842.

842. LAVATERA. Polygyna. *Cal.* exter. 3-fidus. *Arilli* 1-ſpermi, verticillati.

1266. MALACHRA. Polygyna. *Cal.* exter. triphyllus. *Arilli* 5, monoſpermi.

841. MALVA. Polygyna. *Cal.* exter. 3-phyllus. *Arilli* 1-ſpermi, verticillati, plures.

843. MALOPE. Polygyna. *Cal.* exter. 3-phyllus. *Arilli* 1-ſpermi, conglomerati.

844. URENA. Monogyna. *Cal.* exter. 5-fidus. *Arilli* 1-ſpermi, muricati, quini.

840. ALCEA. Polygyna. *Cal.* exter. 6-fidus. *Arilli* 1-ſpermi, plures.

846. HIBISCUS. Monogyna. *Cal.* exter. 8-fidus. *Capſ.* loculis polyſpermis, coadunatis.

839. ALTHAEA. Polygyna. *Cal.* exter. 9-fidus. *Arilli* 1-ſpermi, verticillati.

848. CAMELLIA. Monogyna. *Cal.* exter. imbricatus. *Capſ.* loculis polyſpermis. *Stylus* indiviſus.

TRIANDRIA.

1410. APHYTEIA. *Cal.* magnus, infundibuliformis, ſemitrifidus. *Petala* tria, fauci tubi calycis inſerta, illoque breviora. *Suppl. p.* 48. *Thunb. Diſſ. nov. pl. gen. p.* 22. M.

Hydnora. APHYTEJA. *Suppl. p.* 301. *Linn. Diſſ. Plant. Aphyt. p.* 7. *ſqq. c. tab.* Hydnora africana. *Thunb. in act. holm. a.* 1775. *p.* 69. *t.* 2. *et a.* 1777. *p.* 144. *t.* 4. *fig.* 1. 2.

. . GALAXIA. *Spatha* 1-valvis. *Cor.* 1-petala, 6-fida. *Thunb. Diſſ. n. pl. gen. p.* 50. M.

ovata. 1. G. foliis ovatis. *Thunb. l. c. p.* 51. *c. tab.* — Ixia Galaxia. *Suppl. p.* 93. M.

graminea. 2. G. fol. lineari-filiformibus. *Thunb. l. c. p.* 51. *c. tab.* — Ixia fugaciſſima. *Suppl. p.* 94. M.

PENTANDRIA.

1318. LERCHEA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* infundibulif. 5-fida. *Anth.* germinis Tubo inſidentes 5. *Stylus* 1. *Capſ.* 3-locularis, polyſperma.

longicauda. Lerchea. *Mant.* 257. *Folia oppoſita, lanceolata. Spica filiformis, longiſſima.*

827. WALTHERIA. Monogyna *Capſ.* unilocularis, 2-
941. valvis, 1-ſperma.

americana. 1. W. foliis ovalibus plicatis ſerrato-dentatis tomentoſis, capitulis pedunculatis. (*Breynii figura dubia.*)

anguſtifolia. 2. W. fol. lanceolatis ſerratis nudis.

indica. 3. W. fol. ovatis ſerratis plicatis, capitulis ſeſſilibus. Malvinda ulmifolia, floſculis puſillis muſcoſis. *Burm. Zeyl.* 149. *t.* 68.

1411. SYMPHONIA. Monogyna. *Cor.* globoſa. *Bacca* 5-locularis. *Suppl. p.* 49.

globulifera. 1. Symphonia. *Suppl. p.* 302.

828. HERMANNIA. Pentagyna. *Capſ.* 5-locularis. *Pe-*
941. *tala* baſi ſemitubulata, obliqua.

althaeifolia. 1. H. foliis ovatis plicatis crenatis tomentoſis.

ſalvifolia. 2. H. fol. ovatis integris rugoſis tomentoſo-hiſpidis, floribus cernuis. *Suppl. p.* 302.

biſerrata. 3. H. fol. ovatis lanceolatis inaequalibus ſerratis glabris, flor. cernuis. *Suppl. p.* 302.

trifurca. 4. H. fol. lanceolatis integris tridentatisque, racemis ſecundis. *Flores coerulei.*

alnifolia. 5. H. fol cuneiformibus lineatis plicatis crenato-emarginatis. *Berg. cap.* 166. Arbuſcula africana tricapſularis ononidis vernae ſingulari folio. *Pluk. mant.* 14. *t.* 239. *f.* 1. — *Mill. illuſtr. ic.* M. *Folia lineata. Calyx parvus. Corollae albae, dein flaveſcentes.*

hyſſopifolia. 6. H. fol lanceolatis obtuſis ſerratis. *Caulis erectus, ſtrictus.*

laven-

lavenduli-folia. 7. H. fol. lanceolatis obtuſis integerrimis.

denudata. 8. H. fol. lanceolatis acutis laevibus ſuperne ſerratis. *Suppl. p. 301.*

glabrata. 9. H. fol. lanceolatis acutis inciſo-ſerratis glabris, flor. cernuis. *Suppl. p. 301.*

ciliaris. 10. H. flor. lanceolatis acutis integris ſerratisque ciliatis. *Suppl. p. 302.*

linifolia. 11. H. fol. linearibus, pedunc. unifloris † *Burm. prodr. 18.*

filifolia. 12. H. fol. lineari-triquetris integerrimis. *Suppl. p. 302.*

trifoliata. 13. H. fol. ternatis ſeſſilibus plicatis retuſis tomentoſis. *Mant. 431.*

triphylla. 14. H. fol. ternatis petiolatis planis obovatis.

groſſulari-folia. 15. H. fol. lanceolatis pinnatifidis. — *Characterem augeant autoptae.* M.

pulchella. 16. H. fol. lanceolatis pinnatifidis: pinnis integris inciſisque, caule erecto laevi. *Suppl. p, 302.*

diffuſa. 17. H. fol. lanceolatis pinnatifidis: pinnis integris dentatisque, pedunculis capillaribus bifloris, caule procumbente. *Suppl. p. 302.*

829. MELOCHIA. Pentagyna. *Capſ.* 5-locularis, 1-ſperma.
943.

pyramidata. 1. M. floribus umbellatis, capſulis pyramidatis pentagonis: angulis mucronatis, foliis nudis. Melochia dominicenſis. *Jacq. amer. 198. hort. t. 30.* (*An Jacquini diverſa?*)

tomentoſa. 2. M. flor. umbellatis axillaribus, capſulis pyramidatis pentagonis: angulis mucronatis, fol. tomentoſis. ♄.

depreſſa. 3. M. flor. ſolitariis, capſulis depreſſis pentagonis: angulis obtuſis ciliatis.

concatenata. 4. M. racemis confertis terminalibus, capſulis globoſis ſeſſilibus.

corchoriſo-lia. 5. M. flor. capitatis ſeſſilibus, capſulis ſubrotundis, fol. ſubcordatis ſublobatis.

ſupina. 6. M. flor. capitatis, fol. ovatis ſerratis, caulibus procumbentibus.

odorata. 7. M. paniculis pedunculatis compoſitis, fol. ovatis ſubcordatis ſublobatis biſerratis glabris. *Suppl. p. 302.*

OCTANDRIA.

1412. AITONIA. Monogyna. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala. *Bacca* ſicca, 4-angularis, 1-locularis, polyſperma. *Suppl. p.* 49. — *Thunb. Diſſ. nov. pl. gen. p.* 52. M.

capenſis. 1. AITONIA. *Suppl. p.* 303. — *Thunb. l. c. p.* 52. *it. in act. lund. T.* 1. *p.* 166. *c. fig.*

ENNEANDRIA.

. . DRYANDRA. *Cal.* diphyllus. *Cor.* 5-petala. *An dioica? Thunb. Diſſ. gen. nov. pl. p.* 60. M.

cordata. 1. DRYANDRA. *Thunb. l. c. Jap. mſpt.* Dodicku et Abraſin. *Kämpf. am. exot. p.* 789. M.

DECANDRIA.

830. CONNARUS. Monogyna. *Stigma* ſimplex. *Capſ.* 944. 2-valvis, 1-locularis, 1-ſperma.

monocarpos. 1. CONNARUS.

831. HUGONIA. Pentagyna. *Cor.* 5-petala. *Drupa* nu-944. cleo ſtriato.

Myſtax. 1. HUGONIA ſpinis oppoſitis revolutis.

832. GERANIUM. Monogyna. *Stigmat.* 5. *Fructus* ro-945. ſtratus, 5-coccus.

* AFRICANA. *Staminibus* 7 *antheriferis; Foliis alternis; Pedunculis multifloris. Fruticola.*

fulgidum. 1. G. calycibus monophyllis, foliis tripartitis inciſis: intermedio majore, umbellis geminis, caule carnoſo fruticoſo.

inqui-

inquinans. 2. G. calyc. monophyllis, fol. orbiculato-reniformibus tomentoſis crenatis integriuſculis, caule fruticoſo. — *Mill. illuſtr. ic.* M.

hybridum. 3. G. calycibus monophyllis, fol. ſuborbiculatis glabris crenatis integris, caule fruticoſo. *Mant.* 97.

acetoſum. 4. G. calycibus monophyllis, fol. glabris obovatis carnoſis crenatis, caule fruticoſo laxo.

papilionaceum. 5. G. calyc. monophyllis, coroll. papilionaceis: alis carinaque minutis, fol. angulatis, caule fruticoſo. *Floret primo vere.*

hermanni-folium. 6. G. cal. monophyllis, fol. lobatis crenatis ſubcucullatis, ſtipulis cordatis involucrisque hiſpido-muricatis, caule fruticoſo. *Suppl. p.* 305. Geranium *hermannifolium* cal. monophyllis, fol. cuneiformibus plicatis ſcabris ſuperne ſerratis, caule fruticoſo. *Berg. cap.* 177. *Mant.* 569. *Syſt. ed.* 13. *p.* 511.

hiſpida. 3. R. racem. axillaribus, fol. impari-pinnatis, caul. inermi hiſpido. *Mant. 101.*

mitis. 4. R. racem. pedicellis ternis, fol. impari-pinnatis, caul. inermi. *Legumen ovali-oblongum, compreſſum, acuminatum. Pluk. t. 310. f. 3. Calyx ſubtruncatus.*

Holodendron. 5. R. racem. axillaribus trifloris, petiolis ſpineſcentibus, fol. ternatis petiolatis: foliolis cuneiformibus ſpinoſis cuſpidatis. *Suppl. p. 330.* Robinia Holodendron. *Pall. it. v. 2. p. 741. t. IV.*

Caragana. 6. R. pedunculis ſimplicibus, fol. abrupte pinnatis, petiolis inermibus.

ſpinoſa. 7. R. pedunc. ſimplicibus, fol. abrupte pinnatis, ſtipulis petiolisque ſpineſcentibus. *Mant. 269. Similis R. Caraganae, ſed ſtipulis petiolisque rigentibus ſ. ſpinoſis.* Robinia ſpinoſiſſima *Laxm. Act. Petrop. 1770. p. 558. t. 30. f. 4.*

fruteſcens. 8. R. pedunc. ſimplicibus, fol. quaternatis ſubpetiolatis, terminatis ſpina inermi.

pygmaea. 9. R. pedunc. ſimplicibus, fol. quaternatis ſeſſilibus. *Stipulae in foliis primordialibus foliaceae lanceolatae in hac tantum ſpecie; in omnibus ſibiricis folia primordialia terna ſunt.*

880. COLUTEA. *Cal.* 5-fidus. *Legumen* inflatum, baſi ſuperiore dehiſcens.
1045.

arboreſcens. 1. C. arborea, foliolis obcordatis.

fruteſcens. 2. C. fruticoſa, foliol. ovato-oblongis. *Alae minutae. Vexillum breve.*

perennans. 3. C. herbacea, racemis approximatis, fol. ovalibus. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 38. t. 7.* Colutea *perennans* herbacea, foliis ovato-oblongis. *Jacq. App. enum. ſtirp. vind. p. 311.*

p. 311. Colutea caulibus herbaceis radice perenni. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t. 3.* M.

herbacea. 4. C. herbacea, foliol. linearibus glabris. *Syſt. ed. 13. p. 556.* — Colutea *annua*, herbacea, racemis diſtantibus, foliis linearibus. *Murr. in comm. gott. 1774. p. 40.* M.

882. GLYCYRRHIZA. *Cal.* 2-labiatus: $\frac{1}{3}$. *Legumen* 1046. ovatum, compreſſum.

echinata. 1. G. leguminibus echinatis, foliis ſtipulatis, foliolo impari ſeſſili. *Jacq. hort. t. 95.*

glabra. 2. G. legum. glabris, ſtipul. nullis, foliol. impari petiolato.

hirſuta. 3. G. legum. hirſutis, foliol. impari petiolato.

aſperrima. 4. G. leguminibus glabris? foliolis ellipticis cuſpidatis, caule hiſpido ſcabro. *Suppl. p.* 330. Glycyrrhiza aſpera. *Pall. it. v. 1. p. 499. t.* M. *f. 3.* Glycyrrhiza hiſpida. *Pall. it. v.* 3. *p. 754. tab. G. g. f. 1. 2.*

883. CORONILLA. *Cal.* 2-labiatus: $\frac{2}{3}$: dentibus ſuperioribus connatis. *Vexillum* vix alis longius. *Legumen* iſthmis interceptum. 1046.

Emerus. 1. C. fruticoſa, pedunculis ſubtrifloris, corollarum unguibus calyce triplo longioribus, caule angulato.

juncea. 2. C. fruticoſa, foliolis quinatis ternatisque lineari-lanceolatis ſubcarnoſis obtuſis.

valentina. 3. C. fruticoſa, foliol. ſubnovenis, ſtip. ſuborbiculatis. *Riv. tetr. 206. Florum odor gravis. Color primo vere foliorum Rutae.*

glauca. 4. C. fruticoſa, foliol. ſeptenis, obtuſiſſimis, ſtipul. lanceolatis. Coronilla fruticoſa, leguminibus craſſioribus. *Mant. 444. Mill. ic. t. 289. f. 1. Foliola cuneiformia, obtuſa cum mucrone. Stipulae lanceolatae; noctu inodora.*

coronata. 5. C. fruticoſa, foliol. novenis obovatis: internis cauli approximatis, ſtipula oppoſitifolia bipartita. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 95.* M. Coronilla montana. *Riv. tetr. 207. Caulis fruticoſus ſeſquipedalis, erectus.*

minima.

minima. 6. C. ſuffruticoſa procumbens, foliol. novenis ovatis, ſtipula oppoſitifolia emarginata, legum. angulatis nodoſis. *Mant.* 444. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 271. M. *Foliola infima loco ſtipularum, ut in C. coronata, ſed haec non frutex, vix ſuffrutex dicenda; magnitudine Loti corniculatae.*

argentea. 7. C. fruticoſa, foliol. undenis ſericeis: extimo majore.

Securidaca. 8. C. herbacea, legum. falcato - gladiatis, foliol. plurimis. *Dormit Foliolis ſupra petiolum conniventibus, verſusque petioli baſin flexis.*

varia. 9. C. herbacea, legum. erectis teretibus toroſis numeroſis, foliol. plurimis glabris. *Foliola in petiolo communi infima cauli, uti ſtipulae, approximata ſaepius ſunt, quemadmodum in C. coronata, aut C. minima. Caules proſtrati. Pedunculi longitudine foliorum.*

cretica. 10. C. herbacea, legum. quinis erectis teretibus articulatis, foliol. undenis. *Mant.* 445. *Jacq. hort. t.* 25.

ſcandens. 11. C. caule ſcandente flaccido.

884. ORNITHOPUS. *Legumen* articulatum, teres, arcuatum.
1049.

perpuſillus. 1. O. foliis pinnatis, leguminibus incurvatis. *Pl. glabra, procumbens.* — *Fl. dan. t.* 730. M. *Folia petiolata. Pedunculi longitudine foliorum. Flores* 3 *ſ.* 4 *lutei vexillo rubro reticulato.*

compreſſus. 2. O. fol. pinnatis, legum. recurvatis compreſſis rugoſis, bractea pinnata. *Pl. tomentoſa. Folia ſeſſilia. Pedunculi folio breviores: Bractea pinnata. Flores ſaepius* 2 *flavi. Legumina recurva.*

ſcorpioides. 3. O. fol. ternatis ſubſeſſilibus: impari maximo. Scorpioides. *Riv. tetr.* 210. *Pl. erecta. Pedunculi aphylli, ſubquadriflori.*

4-phyllus. 4. O. fol. quaternis, flor. ſolitariis.

885. HIPPOCREPIS. *Legumen* compreſſum, altera ſutura pluries emarginatum, curvum.
1049.

uniſiliquoſa. 1. H. leguminibus ſeſſilibus ſolitariis rectis.

multi-

multiſiliquo-ſa. 2. H. legum. pedunculatis confertis circularibus: margine altero lobatis.
comoſa. 3. H. legum. pedunculatis confertis arcuatis: margine exteriore repandis. *Mant.* 445. 4.
balearica. 4. H. legum. pedunculatis confertis ſubarcuatis lanceolato-oblongis margine exteriore repandis. *Jacq. in Litt. Miſc. v.* 2. *p.* 305. *Icon. rar. t.* 5. *H. comoſae tam ſimilis, ut vix limites inveniam.* M.

886. SCORPIURUS. *Legumen* iſthmis interceptum, revolutum, teres.
1050.

vermiculata. 1. S. pedunculis unifloris, leguminibus tectis undique ſquamis obtuſis. *Riv. tetr.* 210.
muricata. 2. S. pedunc. bifloris, legum. extrorſum obtuſe aculeatis.
ſulcata. 3. S. pedunc. ſubbifloris, legum. extrorſum ſpinis diſtinctis acutis.
ſubvilloſa. 4. S. pedunc. ſubquadrifloris, legum. extrorſum ſpinis confertis acutis.

888. ÆSCHYNOMENE. *Cal.* bilabiatus. *Legum.* articulis truncatis, monoſpermis.
1060.

grandiflora. 1. Æ. caule arboreo, floribus maximis, leguminibus filiformibus.
arborea. 2. Æ. caule arboreo laevi, legum. articulis ſemicordatis glabris.
coccinea. 3. Æ. caul. arboreo, fol. pinnatis: foliolis numeroſis linearibus obtuſis pulverulentis, legum. compreſſis aequalibus. *Suppl. p.* 330.
aſpera. 4. Æ. caule herbaceo ſcabro, legum. articulis medio ſcabris.
americana. 5. Æ. caule herbaceo hiſpido, legum. articulis ſemicordatis, foliol. acuminatis, bracteis ciliatis. *Act. petr.* 1763. *p.* 321. *t.* 12.
indica. 6. Æ. caule herbaceo laevi, legum. laevibus hinc toroſis obtuſis, foliol. obtuſis.
Seſban. 7. Æ. caule herbaceo laevi, legum. cylindricis aequalibus, foliol. obtuſis. Emerus ſiliquis 2 longiſſimis. *Burm. Zeyl.* 93. *t.* 41.

pumi-

pumila. 8. Æ. caule herbaceo laevi, legum. hinc ſerratis medio ſcabris, foliol. acuminatis.

887. HEDYSARUM. *Cor.* carina transverſe obtuſa. *Legumen* articulis 1-ſpermis.
1051.

* *Foliis ſimplicibus.*

Alhagi. 1. H. fol. ſimplicibus lanceolatis obtuſis, caule fruticoſo ſpinoſo.

bupleurifolium. 2. H. foliis ſimplicibus lanceolatis acutis, caule inermi, ſtipulis ſcarioſis. *Legumina laevia, articulata, aequalia, erecta. Variat Foliis lanceolatis et cordato-oblongis.*

linifolium. 3. H. fol. ſimplicibus linearibus canis, caule proſtrato, leguminibus globoſis. *Suppl. p.* 331.

nummularifolium. 4. H. fol. ſimplicibus cuneiformibus. *Burm. ind.* 64.

moniliferum 5. H. fol. ſimplicibus orbiculatis, legum. moniliformibus globoſo-articulatis. *Mant.* 102.

ſtyracifolium. 6. H. fol. ſimplicibus cordato-orbiculatis retuſis ſupra glabris, ſubtus tomentoſis.

reniforme. 7. H. fol. ſimplicibus reniformibus, caule tereti. *Burm. ind. t.* 52. *f.* 1. *Legumina laevia articulata articulis plurimis.*

ſororium. 8. H. fol. ſimplicibus reniformibus emarginatis, caule triquetro. *Mant.* 270. Glycine *monophyllos* caule volubili, floribus paniculatis linearibus. *Burm. ind.* 161. *t.* 50. *f.* 2. Lens maderaſp. nummulariae folio. *Pet. gaz. t.* 32. *f.* 1. *Simile H. reniformi. Legumina articulis* 2. *Folia maculata. Caulis ſarmentoſus.*

veſpertilionis. 9. H. fol. ſimplicibus lunatis: lobis retrofalcatis, racemo terminali, leguminibus retrofractis in calyce inflato incluſis. *Suppl. p.* 331.

gangeticum. 10. H. fol. ſimplicibus ovatis acutis ſtipulatis. *Folia palmaria, oblongo-ovata. Caulis ſuffruticoſus, inclinatus, ramoſus. Legumina articulata, ſerrata. Flores minuti, luteoli. Affinis H. ſtyracifolio, ſed majus.*

maculatum. 11. H. fol. ſimplicibus ovatis obtuſis. *Folia maculata.*

latebroſum. 12. H. fol. ſimplicibus ovatis ſerrulatis, legum. occultatis; bractea fornicata ſupina ſcarioſa. *Mant.*

Mant. 270. Lens maderaſp. elatines folio. *Pet. gaz. t.* 30. *f.* 11.

vaginale. 13. H. fol. ſimplicibus cordato-lanceolatis, petiol. ſimplicibus, ſtip. vaginalibus. *Affine H. bupleurifolio. Variat foliis lanceolatis.*

imbricatum. 14. H. fol. ſimplicibus cordatis ſeſſilibus ſtipulatis: ſuperioribus imbricatis floriferis. *Suppl. p.* 331.

triquetrum. 15. H. fol. ſimplicibus oblongis, petiol. alatis, ramis triquetris *Burm. ind. t.* 49. *f.* 2. *Legumina articulata, non ſerrata.*

ſtrobiliferum. 16. H. fol. ſimplicibus, bracteis ſtrobilorum inflatis cordatis obtuſis.

** *Foliis conjugatis.*

diphyllum. 17. H. fol. binatis petiolatis, bracteis geminis ovatis acutis ſeſſilibus. *Legumina occultata inter bracteas.*

*** *Foliis ternatis.*

pulchellum. 18. H. fol. ternatis, bracteis geminis conjugatis orbiculatis lineatis. *Legumina occultata inter bracteas orbiculares*

ſpartium. 19. H. fol. ternatis ſimplicibusque ſubtomentoſis, caule dichotomo, flor. geminis, legum articulatis hiſpidis. *Burm. ind.* 166. *t.* 51. *f.* 2. †

lineatum. 20. H. fol. ternatis oblongis lineatis, racem. axillaribus pendulis. *Burm. ind. t.* 53. *f.* 1. *Legumina monoſperma.*

retroflexum. 21. H. fol. ternatis, racemis erectis, legum pendulis multiarticulatis. *Mant.* 103. *Simillimum H. lineato, ſed Legumina multi articulata.*

umbellatum. 22. H. fol. ternatis pedunc. umbelliferis, caule fruticoſo. *Umbellae foliis breviores, axillares.*

biarticulatum. 23. H. fol. ternatis, caule ſuffruticoſo, legum. biarticulatis.

heterocarpon. 24. H. fol. ternatis, flor. paniculato-ſpicatis, legum. articulatis: infimo monoſpermo, ſtipulis ſetaceis.

viſcidum. 25. H. fol. ternatis, legum. mambranaceis laevibus integris, caule ramiſque hiſpidis.

canadenſe. 26. H. fol. ſimplicibus ternatiſque, caule laevi, flor. racemoſis. *Planta erecta fere laevis. Foliola lanceolata. Stipulae ſubulatae. Caulis ſtriato-angulatus.*

caneſcens. 27. H. fol. ternatis ſubtus ſcabris, caule hiſpido, flor. racemoſis conjugatis. *Simillima H. canadenſi. Planta erecta, piloſa. Foliola ovata. Stipulae ſubulatae.*

marilandicum. 28. H. fol. ternatis: foliol. ſubrotundis, caule fruteſcente ramoſiſſimo, legum. articulatis laevibus.

fruteſcens. 29. H. fol. ternatis ſubovatis ſubtus villoſis, caule fruteſcente. — *Jacq. hort. v. 3. t. 89.* M.

viridiflorum. 30. H. fol. ternatis acutiuſculis, caule erecto, racem. longiſſimis erectis. Onobrychis americana, floribus ſpicatis, foliis ternis caneſcentibus, ſiliquis aſperis. *Pluk. alm. 276. t. 308. fig. 5. Burm.*

hirtum. 31. H. fol. ternatis ovalibus, caule fruticoſo, ſpicis oblongis, calyc. fructibus hirſutis monoſpermis. *In hortis floret primo anno floribus mutilatis, tamen frugiferum; altero anno profert corollas albas.*

junceum. 32. H. fol. ternatis lanceolatis, leguminibus uniarticulatis rhombeis, pedunculis ſubumbellatis lateralibus. Hedyſarum triphyllum, floſculis albis, polyanthos. *Amm. ruth.* 154. Cytiſus ſaxatilis, meliloti folio ad caulem appreſſo, floribus in foliorum alis. *Amm. ruth. 281. Simile H. violaceo. Umbellae foliis breviores. Legumina monoſperma. Flores albi.*

violaceum. 33. H. fol. ternatis ovatis, flor. geminatis, legum. nudis venoſis articulatis rhombeis.

paniculatum. 34. H. fol. ternatis lineari lanceolatis, flor. paniculatis, legum. rhombeis. *Flores purpurei.*

nudiflorum. 35. H. fol. ternatis, ſcapo florifero nudo, caule folioſo angulato. *Flores purpurei.*

repens. 36. H. fol. ternatis obcordatis, caulib. procumbentibus, racem. lateralibus. *Flores variegati albo et rubro.*

hamatum. 37. H. fol. ternatis nervoſis nudis, ſpicis ſeſſilibus, legum. diſpermis obtectis acumine uncinatis.

triflorum. 38. H. fol. ternatis obcordatis, caul. procumbentibus, pedunc. unifloris ternis.

barbatum. 39. H. fol. ternatis, racem. oblongis ſubramoſis, legum. inflexis, cal. piloſis.

lagopodioides. 40. H. fol. ternatis, racem. oblongis, legum. inflexis, cal. hirſutis. *Burm. ind. 68. t. 53. f. 2. Affinis*

finis H. barbaro. Commune huic cum barbaro, quod quivis pedicellus defloratus inflectatur armatus calycis laciniis 3 majoribus piloſis reflexis, ſic occultans Legumen laeve, 3-ſ. 4-articulatum.

microphyllum. 41. H. fol. ternatis ovatis villoſis, caule fruteſcente erecto glabro, flor. terminalibus paniculatis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

racemoſum. 42. H. fol. ternatis oblongis ſtipulatis glabris, caule fruteſcente erecto, racemis axillaribus erectis longiſſimis, leguminibus glabris. *Thunb. l. c.* M.

caudatum. 43. H. fol. ternatis oblongis glabris, caule herbaceo, panicula terminali, leguminibus tomentoſis. *Thunb. l. c.* M.

tomentoſum. 44. H. fol. ternatis ſubtus tomentoſis, caule angulato tomentoſo, racemis axillaribus. *Thunb. l. c.* M.

ſericeum. 45. H. fol. ternatis emarginatis villoſis, caule fruteſcente erecto, flor. axillaribus ſolitariis. *Thunb. l. c.* M.

virgatum. 46. H. fol. ternatis obtuſis cum acumine, caule angulato piloſo, pedunculis capillaribus trifloris. *Thunb. l. c.* M.

piloſum. 47. H. fol. ternatis ovatis acuminatis, caule decumbente hirto, racemis axillaribus. *Thunb. l. c.* M.

ſtriatum. 48. H. fol. ternatis oblongis ſtipulatis, caule herbabaceo, flor. axillaribus ſolitariis. *Thunb. l. c.* M.

volubile. 49. H. fol. ternatis ovato-oblongis, caule volubili.

gyrans. 50. H. fol. ternatis. . . . . *Suppl. p.* 332. *Miraculoſa planta motu ſuo quaſi arbitrario* — Cfr. *Pohl in Samml. z. Phyſ. u. Naturg. P. 4. p. 477.* M.

**** *Foliis pinnatis.*

argentatum. 51. H. fol. pinnatis ſubtus ſericeis lucidis, legum. articulatis, ſcapo aphyllo. *Suppl. p.* 333. Aſtragalus grandiflorus. *Sp. plant. 1071.* Hedyſarum argenteum. *Syſt. ed.* 13. *p.* 562. Hedyſarum grandiflorum. *Pall. it. v. 2. p.*743. *tab. y.*

 alpi-

alpinum. 52. H. fol. pinnatis, legum. articulatis glabris pendulis, caule erecto. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 26. *t.* 10. *Caulis rectus. Stipulae breves. Folia* 17, *ovato-lanceolata.*

obſcurum. 53. H. fol. pinnatis, ſtip. vaginalibus, caule erecto flexuoſo, flor. pendulis. *Mant.* 447. – *Jacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 168. M.

coronarium. 54. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis nudis rectis, caule diffuſo.

flexuoſum. 55. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis flexuoſis, caule diffuſo. Hedyſarum ſiliqua undulata. *Riv. tetr.* 213.

humile. 56. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aſperis, corollae alis obſoletis, ſpicis hirſutis, caulib. depreſſis. *Mant.* 447. *Radix perennis. Spica pubeſcens.*

ſpinoſiſſimum. 57. H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis tomentoſis, caule diffuſo. *Legum. ſaepius articulis* 2, *orbiculatis*, *aequaliter aculeatis.*

virginicum. 58. H. fol. pinnatis, caule fruticoſo, legum. articulatis glabris pedunculatis erectis.

fruticoſum. 59. H. fol. pinnatis: foliolis alternis oblongis mollibus, ſtipulis ſubulatis, ramis axillaribus leguminum articulis reticulatis. *Suppl. p.* 333. Hedyſarum fruticoſum. *Pall. it. v.* 3. *p.* 753. *tab. F.*

pumilum. 60. H. fol. pinnatis, caule ſuffruticoſo, corollarum alis vexillo vexilloque carina brevioribus, legum. monoſpermis. *Mant.* 448. *Corollae carina latior longiorque.*

Onobrychis. 61. H. fol. pinnatis, legum. monoſpermis aculeatis, corollarum alis calycem aequantibus, caule elongato. *Jacq. auſtr. t.* 38.

ſaxatile. 62. H. fol. pinnatis, legum. monoſpermis ſulcatis muticis, corollarum alis breviſſimis, ſcapis ſubradicatis. Hedyſarum foliis pinnatis, foliolis linearibus, leguminibus monoſpermis ſulcatis laevibus, petalis inaequalibus. *Ger. prov.* 504. *Corollae alae calyce vix longiores, ſ. vexillo carinaque breviores. Folia linearia.*

Caput galli. 63. H. fol. pinnatis, legum. monoſpermis: criſtae dentibus ſubulatis, alis breviſſimis, caule diffuſo.

Criſta galli. 64. H. fol. pinnatis, legumin. monoſpermis aculeatis: criſtae laciniis lanceolatis denticulatis. Onobrychis ſ. Caput galli minus, fructu maximo inſigniter echinato. *Triumf. obſ.* 65. *Annua. Petala longitudine aequalia.* *cri-*

crinitum. 65. H. fol. pinnatis, racemis longis, leguminib. inflexis, caule fruticoſo. *Mant.* 102. *Affinitas ſumma H. Lagopod. et barbati.*

cornutum. 66. H. fol. pinnatis linearibus, legum. monoſpermis laevibus, caule fruticoſo: pedunculis perſiſtenti ſpinoſis. *Figura refert Onobrychiden 2. Cluſ. hiſt. 2. p. 239.*

incanum. 67. H. fol. pinnatis exſtipulatis ſubtus incanis, caule erecto. flor. racemoſis cernuis. *Thunb. japon. mſpt.* M.

889. INDIGOFERA. *Cal.* patens. *Corollae* carina utrinque calcari ſubulato patulo! *Legumen* lineare.
1061.

ſericea. 1. I. foliis ſimplicibus lanceolatis ſericeis, ſpic. ſeſſilibus, caule fruticoſo. *Mant.* 271.

ovata. 2. I. fol. ſimpl. ovatis, caule herbaceo. *Suppl. p.* 335.

trifoliata. 3. I. fol. ternatis, flor. ſeſſilibus lateralibus. *Legumina linearia, reflexa, tetragona lateribus oppoſitis latioribus.*

pſoraloides. 4. I. fol. ternatis lanceolatis, racem. longiſſimis, legum. cernuis. Indigofera racemoſa, legum. cernuis, racem. elongatis, fol. ternatis. *Syſt. nat.* 496. Cytiſus pſoraloides. *Sp. pl.* 1043. Cytiſus africanus. *Riv. tetr.* 71. *f.* 135 Trifolium aethiopicum ex alis ſpicatum. *Pluk. phyt.* 320. *f.* 3. *Caulis perennans, angulatus a petiolis decurrentibus coſtis 3, ſubſcaber. Pedunculus angulatus, foliis longior racemo multifloro; Pedicelli breviſſimi. Bracteae propriae caducae. Calycis dentes ſuperiores magis quam in aliis divaricati. Corollae rubrae: Alae horizontales, conniventes margine ſuperiore; Carina utrinque, in medio, dente ſubulato concavo reflexo Stamina diadelpha. Antherae luteae. Germen canaliculatum. Stylus purpureus. Stigma obtuſum. Semina multa.*

procumbens. 5. I. fol. ternatis obovatis, caule herbaceo proſtrato, ſpic. pedunculatis. *Mant.* 271.

ſarmentoſa. 6. I. fol. ternatis ovatis ſubſeſſilibus, pedunculis axillaribus ſubbifloris, caule proſtrato filiformi. *Suppl. p.* 334.

denudata. 7. I. fol. ternatis ovatis glabris, racemis pedunculatis folio longioribus, caule fruticoſo erecto. *Suppl. p.* 334.

mexicana. 8. I. fol. ternatis, panicula ramoſa in ſpicas, caule fruticoſo. *Suppl. p. 335.*

trita. 9. I. fol. ternatis ovatis acutis, racemis brevibus caule erecto. *Suppl. p. 335.*

filiformis. 10. I. fol. quinatis oblongis villoſis, flor. ſpicatis pedunculatis, pedunculis ramisque filiformibus, caule erecto. *Suppl. p. 334.*

digitata. 11. I. fol. digitatis, racemis pedunculatis, caule fruticoſo. *Suppl. p. 335.*

ſtricta. 12. I. fol. pinnatis glabris oblongis, racemis axillaribus vix pedunculatis, caule fruticoſo erecto. *Suppl. p. 334.*

fruteſcens. 13. I. fol. pinnatis ovatis glabris, racemis axillaribus pedunculatis, caule fruticoſo erecto. *Suppl. p. 334.*

enneaphylla. 14. I. fol. pinnatis cuneatis ſeptenis, caul. proſtratis, ſpic. lateralibus. *Mant. 272, 571.* Hedyſarum proſtratum. *Mant. 102.*

pentaphylla. 15. I. fol. pinnatis ovalibus quinis, caul. proſtratis, pedunc. bifloris. *Simillima J. enneaphyllae. Herba depreſſa, divaricatiſſima. Foliola quina. Flores rubri. Petioli biflori. Planta duplo major.*

glabra. 16. I. fol. pinnatis ternatisque obovatis, racem. breviſſimis, legum. horizontalibus teretibus. *Folia glabra: impari majore.*

cytiſoides. 17. I. fol. quinato-pinnatis ternatisque, racem. axillaribus, caule fruticoſo. Pſoralea cytiſoides. *Sp. plant. 1076.*

hirſuta. 18. I. fol. pinnatis hirſuta, caule erecto, flor. ſpicatis. legum. pendulis lanatis. *Stipulae ſetaceae, pollicares. Spicae valde hirſutae. Petala caduca.*

anguſtifolia. 19. I. fol. pinnatis linearibus, racem. elongatis, caule fruticoſo. *Mant. 272.*

Anil. 20. I. fol. pinnatis lanceolatis, racem. brevibus, caule ſuffruticoſo. *Mant. 272.*

tinctoria. 21. I. fol. pinnatis obovatis, racem. brevibus, caule ſuffruticoſo.

diſperma. 22. I. fol. pinnatis ovalibus, racem. elongatis, legum. diſpermis. *Syſt. nat. 3. p. 232.*

argentea. 23. I. fol. pinnatis tomentoſis obovatis, caule fruticoſo. *Mant 273.* Anil leguminibus arcuatis incanis, racemis folio brevioribus, caule fruti-

fruticoſo. *Mill. dict.* 1. Colutea fruticoſa argentea, floribus ſpicatis e viridi-purpureis, ſiliquis falcatis. *Sloan. jam.* 142. *hiſt.* 2. *p.* 37. *t.* 176. *f.* 3.

890. GALEGA. *Cal.* dentibus ſubulatis, ſubaequalibus.
1062. *Legumen* ſtriis obliquis, ſeminibus interjectis.

officinalis. 1. G. leguminibus ſtrictis erectis, foliolis lanceolatis ſtriatis nudis.

cinerea. 2. G. legum. ſtrictis patentibus pedunculatis, racem. oppoſitifoliis, fol. mucronatis ſubtus villoſis.

littoralis. 3. G. legum. racemoſis, tota villoſo-tomentoſa. Vicia littoralis pedunculis multifloris, foliolis oblongis tomentoſis, ſtipulis integris, leguminibus ſublinearibus. *Jacq. amer.* 206. *t.* 124. — *Ed.* 2. *pict. p.* 101. *t.* 192. *Habitat in Carthagenae littoribus arenoſis marinis.* ♃ *Flores carnei.*

virginiana. 4. G. legum. retrofalcatis compreſſis villoſis ſpicatis, calyc. lanatis, foliol. ovali-oblongis acuminatis. *Flores* 3-*f.* 4 *rubri.*

villoſa. 5. G. legum. retrofalcatis villoſis pendulis racemoſis lateralibus, foliol. glabris lanceolatis.

ſpinoſa. 6. G. legum. ſolitariis retrofalcatis compreſſis, ſtipulis ſpineſcentibus, fol. cuneiformibus canis, caule diffuſo. *Suppl. p.* 335.

maxima. 7. G. legum. ſtrictis adſcendentibus glabris, ſtipulis lanceolatis, foliol. oblongis glabris ſtriatis. Vicia foliis glabris venoſis oblongis, floribus gemellis. *Burm. zeyl.* 228. *t.* 108. *f.* 2.

purpurea. 8. G. legum. ſtrictis adſcendentibus glabris racemoſis terminalibus, ſtip. ſubulatis, foliol. oblongis glabris.

caribaea. 9. G. legum. ſtrictis glabris pendulis racemoſis, foliol. glabris mucronatis, caule fruticoſo. *Jacq. amer.* 212. *t.* 125. — *Ed.* 2. *pict. p.* 101. *t.* 193. ♄. *Habitat in Caribaeis. Racemi foliis longiores.*

coerulea. 10. G. racemis terminalibus multifloris coarctatis, fol. octo ad decemjugis: foliolis ellipticis, caule ſcabro. *Suppl. p.* 335.

tinctoria. 11. G. ſpic. lateralibus pedunculatis, legum. ſtrictis pendulis, foliol. emarginatis ſubtus villoſis.

ſenticoſa. 12. G. legum. binis lateralibus glabris, foliol. emarginatis ſubtus ſericeis, caule fruticoſo.

891. PHACA. *Legumen* ſemibiloculare. 1064.

baetica. 1. P. caulefcens erecta piloſa, legum. tereti-cymbiformibus.

alpina. 2. P. caulefcens erecta glabra, legum. oblongis inflatis ſubpiloſis. — *Jacq. Icon. plant. rar. Fl. dan. t.* 856. M. Phaca leguminibus pendulis ſemiovatis. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 35. *t.* 14. *bona. Sibirica Gmelini et Lapponica noſtra omnino eadem.* (*Excluſo Tilli ſynonymo.*)

ſalſula. 3. P. caulefcens erecta, caneſcens, fol. pinnatis, leguminibus pedunculatis globoſis cernuis. *Suppl. p.* 336. Phaca ſalſula. *Pall. it. vol.* 3. *p.* 747 *tab. B. b. f.* 12.

ſibirica. 4. P. caulefcens, foliolis quaternis lanceolatis, obtuſis ſericeis, calyce villoſo: dentibus ſetaceis. *Suppl. p.* 336. Phaca ſibirica. *Syſt. ed.* 13. *p.* 566. Phaca lanata. *Pall. it. vol.* 3. *p.* 746. *tab. A. a. f.* 2.

auſtralis. 5. P. caule ramoſo proſtrato, foliol. lanceolatis florum alis ſemibiſidis. *Mant.* 123. *Junior hirſuta, adultior glabra evadit, quaſi diſtincta planta.*

trifoliata. 6. P. fol. ternatis ovalibus obtuſis, legum. ſemiorbiculatis. *Mant.* 270.

veſicaria. 7. P. acaulis, calycibus fructiferis ovalibus inflatis glabris. *Mant.* 123.

proſtrata. 8. P. acaulis, foliolis binatis linearibus ſericeis, ſcapo procumbente, calyce villoſo: dentibus lanceolatis brevibus. *Suppl. p.* 336. Phaca proſtrata. *Pall. it. vol.* 3. *p* 744. *tab. T. f.* 2.

microphylla. 9. P. acaulis, foliolis binatis ovatis obtuſis villoſis, calyce muricato et piloſo: dentibus undique hiſpidis. *Suppl. p.* 337. Phaca microphylla. *Pall. it. vol.* 3. *p.* 744. *tab. X. f.* 1.

muricata. 10. P. acaulis, foliolis ternis ſ. quaternis lineari-ſubulatis ſubtus muricatis, calyce glabro: dentibus ciliatis. *Suppl. p.* 337. *Pall. it. vol.* 3. *p.* 746. *tab. A. a. f.* 1.

892. ASTRAGALUS. *Legumen* biloculare, gibbum. 1064.

* *Caulibus folioſis erectis; nec proſtratis.*

alopecuroides. 1. A. caulescens, ſpicis cylindricis ſubſeſſilibus, calycibus leguminibusque lanatis.

chriſtianus. 2. A. caulescens erectus, floribus glomeratis ſubſeſſilibus ex omnibus axillis foliaceis.

capitatus. 3. A. caulescens, capitulis globoſis, pedunc. longiſſimis, foliol. emarginatis.

piloſus. 4. A. caulescens erectus piloſus, flor. ſpicatis, legum. ſubulatis piloſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t.* 51. M

ſulcatus. 5. A. caulescens erectus glaber ſtriatus ſtrictus, foliolis lineari-lanceolatis acutis, legum. triquetris. *Murr.* Aſtragalus ſulcatus. *Spec. pl. p. 1065. Jacq. hort. v. 3. t. 40. Perperam in Syſt. ed. 13 p. 566. praefigitur ſtirpi nomen A. auſtriaci, ſpeciei vere diverſae.* M.

galegiformis. 6. A. caulescens ſtrictus glaber, flor. racemoſis pendulis, legum. triquetris utrinque mucronatis.

chinenſis. 7. A. caulescens ſtrictus glaber, flor. racemoſis pendulis, legum. ovatis inflatis utrinque mucronatis.

Onobrychis. 8. A. caulescens erectus pubeſcens, flor. ſpicatis, vexillis duplo longioribus, ſtipulis ſolitariis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t.* 38. M. Phaca caulescens erecta ſubhirſuta, leguminibus cordato-oblongis inflatis ſubpiloſis. *Willich. obſ. 115. β. 6.* Aſtragalus tenuifolius. *Sp. plant. 1065.*

uliginoſus. 9. A. caulescens erectiuſculus, flor. ſpicatis, legum. erectiuſculis nudis tumidis tereti-depreſſis: mucrone reflexo. *Gmel. Sibir.* 4. *p.* 40. *t. 17. 18. Similis A. Ciceri demtis Leguminibus.*

carolinianus. 10. A. caulescens erectus laevis, pedunc. ſpicatis, legum. ovato-cylindricis ſtylo acuminatis. *Folia ſubtus ſubtomentoſa.*

aſper. 11. A. caulescens ſtrictus laevis ſubaſper, flor. ſpicatis in pedunculis elongatis, legum. oblongis. *Jacq. in. Litt. Miſc. v. 2. p.* 335. *Icon. rar. t.* 33. M.

** *Caulibus folioſis, diffuſis.*

canadenſis. 12. A. caulescens diffuſus, legum. ſubcylindricis mucronatis, foliol. nudiuſculis. *Mant.* 449. *Dodart mem. t.* 65.

Cicer. 13. A. caulescens proſtratus, legum. ſubgloboſis inflatis mucronatis piloſis. — *Jacq. Fl. auſtr. v* 3. *t* 251. M.

microphyllus. 14. A. caulescens erecto-patulus, foliolis ovalibus, calyc. tumidiuſculis; legum. ſubrotundis. Aſtragalus caulibus procumbentibus, pedunculis longioribus, ſpicis ovatis glaberrimis. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 41. *t.* 19.

glycyphyllos. 15. A. caulescens proſtratus, legum. ſubtriquetris arcuatis, foliol. ovalibus pedunculo longioribus.

hamoſus. 16. A. caulescens procumbens, legum ſubulatis recurvatis glabris, foliol. obcordatis ſubtus villoſis. *Mant.* 449. Aſtragalus ſiliqua curva. *Riv. tetr.* 221. *Flores leucophaei, 4 ſ. 5 in ſpica.*

contortuplicatus. 17. A. caulescens procumbens, legum. contortuplicatis canaliculatis villoſis.

baeticus. 18. A. caulescens procumbens, ſpic. pedunculatis, legum. priſmaticis rectis triquetris apice uncinatis.

Laxmanni. 19. A. caulescens procumbens, ſpicis elongatis: leguminibus oblongis trigonis ſulco exaratis mucronatis villoſis. *Suppl. p.* 337. Aſtragalus Laxmanni. *Jacq. hort. v.* 3. *p.* 22. *t.* 37.

Stella. 20. A. caulescens diffuſus, capitulis pedunculatis lateralibus, legum. rectis ſubulatis mucronatis. Aſtragalus annuus maritimus procumbens latifolius, floribus pediculo inſidentibus. *Tourneſ. inſt.* 416. Aſtragalus hirſutus, corniculis plurimis uno pediculo ſtelliformiter inſertis. *Pluk. phyt.* 79. *f.* 4. Glauci leguminoſae affinis. *Bauh. prodr.* 150. Stella leguminoſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 350. *Diſtinguendus ab A. Seſameo Pedunculis elongatis Leguminibusque plurimis.*

ſeſameus. 21. A. caulescens diffuſus, capitul. ſubſeſſilibus lateralibus, legum. erectis ſubulatis acumine reflexis. *Flores minuti, coeruleſcentes, axillares, ſeſſiles, calyce non longiores. Legumina ſubterna, erecta, incurva, hiſpida, apice patula.*

auſtra-

auſtriacus. 22. A. caulefcens proſtratus glaber ſtriatus debilis, foliolis ſublinearibus emarginatis, legum. teretibus. *Murr.* Aſtragalus auſtriacus *Jacq. Fl. vind. p.* 263. *Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 195. *Conf. ſupra A. ſulcatus.* M.

leontinus. 23. A. cauleſcens proſtratus, legum. ovatis villoſis. flor. ſpicatis erectis. *Jacq. in Litt. Miſc. v.* 2. *p.* 59. *Icon. rar. t.* 37. M.

pentaglottis. 24. A. cauleſcens procumbens, legum. capitatis replicatis compreſſis conniventibus criſtatis acumine reflexo. *Mant.* 274. Aſtragalus echinatus. *Murr. Fl. gott.* 222. Aſtragalus hiſpanicus, ſiliqua epiglottidi ſimili, flore purpureo, majore. *Herm. lugdb.* 74. *t.* 75. Glaux hiſpanica. *Riv. tetr.* 223. *f.* 2. *Legumina ſquamoſo-criſtata.*

epiglottis. 25. A. cauleſcens procumbens, legum. capitatis ſeſſilibus cernuis cordatis mucronatis replicatis nudis. *Mant.* 274. Aſtragalus ſiliquis cordatis acutis pendulis, lateribus conniventibus. *Hort. cliff.* 362. Aſtragalus hiſpanicus, ſiliqua epiglottidi ſimili, flore albo, minor. *Herm. lugdb.* 76. *t.* 77. Glaux minima. *Riv. tetr.* 223. *f.* 1.

hypoglottis. 26. A. cauleſcens proſtratus, legum. capitatis ovatis replicatis compreſſis piloſis acumine reflexo. *Mant.* 474. Aſtragalus villoſus procumbens, floribus pallide purpureis oblongis. *Raj. ſuppl.* 454. *Legumina pilis albis mollibus tecta.*

ſyriacus. 27. A. cauleſcens procumbens, capitulis pedunculatis, flor. reflexis, legum. tomentoſis ovato-oblongis. (*Excluſo Moriſono.*)

arenarius. 28. A. ſubcauleſcens procumbens, flor. ſubracemoſis erectis, fol. tomentoſis. — *Fl. dan. t.* 614 M.

Glaux. 29. A. cauleſcens diffuſus, capitulis pedunculatis imbricatis ovatis, flor. erectis, legum. ovatis calloſis inflatis.

ſinicus. 30. A. cauleſcens proſtratus, umbellis pedunculatis, legum. priſmaticis triquetris erectis apice ſubulatis. *Mant.* 103.

alpinus. 31. A. cauleſcens procumbens, flor. pendulis racemoſis, legum. utrinque acutis piloſis. *Fl. dan. t.* 51.

Ammo-

Ammodytes. 32. A. cauleſcens, (*addo* M. proſtratus), ſuffruticoſus, flor. geminis, legum. ovatis didymis lanatis. *Suppl. p. 338.* Aſtragalus Ammodytes. *Pall. it. vol. 2. p. 742. tab. X.*

trimeſtris. 33. A. ſubcauleſcens, ſcapis ſubbifloris, legum. hamatis ſubulatis bicarinatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 174.* M. *Caules depreſſi, ad terram rigentes ſpithamaei, rubri pilis appreſſis albis. Folia radicalia inter caules. Caulina biſaria. Foliola emarginata. Flores flavi apice ſubfulvi. Legumina ſubulata, ſubſcabra, recurva, apice ipſam baſin tangente.*

*** *Scapo nudo; absque caule folioſo.*

verticillaris. 34. A. acaulis, foliolis aggregato-ſemiverticillatis. *Mant. 275.* Aſtragalus pedunculis radicatis, foliol. linearibus, quaternis ſ. quinis radiatim (caulem) amplectentibus. *Gmel. ſib. 4. p. 63.* Aſtragaloides incana non ramoſa, floribus carneis. *Amm. ruth. 149. t. 19. f. 1. et 150. t. 19. f. 2.*

montanus. 35. A. ſubacaulis, ſcapis folio longioribus, flor. laxe ſpicatis erectis, legum. ovatis acumine inflexo. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 167.* M.

veſicarius. 36. A. acaulis, ſcap. folio longioribus, flor. laxe ſpicatis, calycibus leguminibusque inflatis hirſutis.

phyſodes. 37. A. acaulis, ſcap. folia aequantibus, legum. inflatis ſubgloboſis nudis. *Flores purpuraſcentes.*

caprinus. 38. A. acaulis ſcapo erecto, foliol. ciliatis, legum. ovatis tumidis villoſis. †

uralenſis. 39. A. acaulis, ſcapo erecto foliis longiore, legum. ſubulatis inflatis villoſis erectis.

monſpeſſulanus 40. A. acaulis, ſcap. declinatis longitudine foliorum, legum. ſubulatis teretibus ſubarcuatis glabris. *Mant. 450. Vexillum longiſſimum.*

incanus. 41. A. acaulis, ſcap. declinatis, foliol. tomentoſis, legum. ſubulatis ſubarcuatis incanis apice incurvis. *Mant. 450. Ger. prov. 522. Scapi ſcabri. Differt ab A. monſpeſſ. foliis rotun-* diori-

---

Aſtragali legum. curvis: *trimeſtris, monſpeliacus, incanus, hamoſus, contortuplicatus.*

dioribus, incanis, leguminibus rectiuſculis turgidioribus.

campeſtris. 42. A. acaulis, calyc. leguminibusque villoſis, foliol. lanceolatis acutis, ſcapo decumbente.

depreſſus. 43. A. acaulis, ſcapis folio brevioribus, legum. cernuis, foliol. ſubemarginatis nudis.

uncatus. 44. A. acaulis exſcapus, legum. ſubulatis hamatis folio longioribus, foliolis obcordatis. *Similes A. trimeſtri.*

exſcapus. 45. A. acaulis exſcapus, legum. lanatis, fol. villoſis. *Mant.* 275 Aſtragalus perennis ſupinus, foliis et ſiliquis hiſpidis. *Buxb. hal.* 32. Glaux montana acaulon. *Bauh. pin.* 347. *prodr.* 147. *Rupp. jen.* 2. *p.* 270.

**** *Caule lignoſo.*

tragoides. 46. A. ſubacaulis, flor. radicalibus numeroſis ſubſeſſilibus. *Gmel. ſib.* 4. *p.* 52.

Tragacantha. 47. A. caudice arboreſcente, petiolis ſpineſcentibus.

893. BISERRULA. *Legumen* biloculare, planum: diſſepimento contrario.
1073.

Pelecinus. 1. BISERRULA.

894. PSORALEA. *Calyx* punctis calloſis adſperſus, longitudine *Leguminis* 1-ſpermi.
1074.

rotundifolia. 1. P. foliis ſimplicibus ovatis integerrimis, capitulis bracteisque villoſis, *Suppl. p.* 338.

pinnata. 2. P. fol. pinnatis linearibus, flor. axillaribus. *Berg. cap.* 218. *Habitat ad rivulos.*

aculeata. 3. P. fol. ternatis: foliol. cuneiformibus recurvo-mucronatis, capitulis terminalibus. *Mant.* 450. (*Excluſo Plukenetio.*)

bracteata. 4. P. fol. ternatis obovatis recurvato mucronatis, ſpic. ovatis. *Mant.* 264. *Berg. cap.* 224. Trifolium fruticans. *Sp. plant.* 1085. *Fabr. helm.* 2. *p.* 305. *Comm. hort.* 2. *p.* 211. *t.* 106. *Folia ſeſſilia. Spicae pedunculatae, ſubvilloſae. Corolla violacea: Carina alba antice macula violacea.*

ſpicata. 5. P. foliis ternatis oblongis obtuſis, ſpicis cylindricis. *Amoen.* 264. *Bracteae inter flores lineares. axilla-*

axillaris. 6. P. fol ternatis: foliolis lanceolatis, pedunculis axillaribus unifloris. *Suppl. p. 338.*

Stachydis. 7. P. fol. ternatis periolaris: foliolis oblongis mucronatis, ſpicis terminalibus interruptis, calycibus villoſis. *Suppl. p. 338.*

aphylla. 8. P. fol. nullis, ſtipulis mucronatis breviſſimis verſus flores ſubimbricatis.

tenuifolia. 9. P. fol. inferioribus ternatis: ſuperioribus ſimplicibus lanceolato-ſubulatis. *Mant. 450. In alis Pedunculi laterales conferti capillares, longitudine foliorum. Bracteae in medio pedunculo.*

capitata. 10. P. fol. ternatis ſimplicibusque linearibus, capitulo terminali, *Suppl. p. 339.*

hirta. 11. P. fol. ternatis, foliol. obovatis recurvato-mucronatis, flor. ternis ſeſſilibus. *Calyces pubeſcentes.*

repens. 12. P. fol. ternatis obovatis emarginatis, caule repente, flor. ſubumbellatis. *Mant. 265. Berg. cap. 223.*

bituminoſa. 13. P. fol. omnibus ternatis, foliol. lanceolatis, petiolis laevibus, flor. capitatis. *Suffruticoſa.*

glanduloſa. 14. P. fol. omnibus ternatis: foliol. lanceolatis petiolis ſcabris, flor. ſpicatis. *Odor Rutae. Caulis ſuffruticoſus.*

palaeſtina. 15. P. fol. omnibus ternatis: foliol. ovatis, petiolis pubeſcentibus, flor. capitatis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 184.* M. *Folia piloſa. Petioli multis ſtriis. Stipulae patulae. Capitula depreſſa. Bracteae cinereae. Flores violacei, magni. Caulis herbaceus.* Cfr. *Suppl. p. 339.*

americana. 16. P. fol. ternatis: foliol. ovatis dentato-angulatis, ſpic. lateralibus. *Caulis herbaceus.*

tetragonoloba. 17. P. fol. ternatis dentatis, caul. flexuoſo, ſpicis lateralibus, legum. ſtrictis quadrangularibus. *Mant. 104. An Indigoferae ſpecies?*

corylifolia. 18. P. fol. ſimplicibus ovatis, ſubdentatis: ſpicis ovatis.

pentaphylla. 19. P. fol. digitato-quinatis: foliol. inaequalibus. *An Ebeni ſpecies?*

proſtrata. 20. P. fol. ſupradecompoſitis digitatis linearibus.

Dalea. 21. P. fol. pinnatis, ſpicis cylindricis terminalibus.

enneaphylla. 22. P. fol. pinnatis, ſpic. axillaribus, *Mant. 450.* — *Jacq. amer. pict. p. 101.* M. *Stamina omnia connata Ebeni. Planta luteo-tinctoria. (Excluſo Plukenetio.) A me non viſa.*

lae-

laevigata. 23. P. ſol. pinnatis, ſtipulis ſolidis ſubacutis minutiſſimis. *Suppl. p. 339.*

896. TRIFOLIUM. *Flores* ſubcapitati. *Legumen* vix calyce longius, non dehiſcens, deciduum.
1077.

* Meliloti, *leguminibus nudis polyſpermis.*

M. coerulea. 1. T. racemis ovatis, leguminibus ſeminudis mucronatis, caule erecto, ſpicis oblongis.

M. indica. 2. T. leguminibus racemoſis nudis monoſpermis, caule erecto.

meſſanenſe. 3. T. leguminibus racemoſis nudis monoſpermis arcuato-ſtriatis ſemiovatis acutis, caule erecto. *Suppl. p. 339.* Trifolium meſſanenſe. *Mant. pl. p. 275.*

M. polonica. 4. T. leguminibus racemoſis nudis diſpermis lanceolatis, caule erecto.

M. officinalis. 5. T. leguminibus racemoſis nudis diſpermis rugoſis acutis, caule erecto.

M. italica. 6. T. leguminibus racemoſis nudis diſpermis rugoſis obtuſis, caule erecto, foliol. integris.

M. cretica. 7. T. leguminibus racemoſis nudis diſpermis membranaceis, caule erectiuſculo.

M. ornithopodioides. 8. T. leguminibus nudis octoſpermis ſubternis, calyc. duplo longioribus, caulibus declinatis. *Fl. dan. t. 368. Trigonellis affinis.*

** Lotoidea, *leguminibus tectis, polyſpermis.*

Lupinaſter. 9. T. capitulis dimidiatis, fol. quinatis ſeſſilibus, leguminibus polyſpermis. Trifolium leguminibus polyſpermis, foliis pluribus. *Gmel. ſib. 4. p. 19. t. 6. f. 1.*

reflexum. 10. T. capitulis fructiferis reflexis, leguminibus triſpermis. *Folia mollia. Semina 2. ſ. 3.*

ſtrictum. 11. T. capitulis globoſis, leguminibus diſpermis, calycibus longitudine corollae, foliol. ſerrulatis, ſtipulis rhombeis.

hybridum. 12. T. capitulis umbellaribus leguminibus tetraſpermis, caule adſcendente. Trifolium flore albo. *Rivin. tetr. t. 127. f. 2.*

repens.

Trifolii *character, utut genus habitu facillimum, difficillime eruitur. Infloreſcentia ejus varia: racemoſa, umbellata, faſciculata, capitata, ſpicata.*

repens. 13. T. capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule repente.

comoſum. 14. T. capitulis umbellato globoſis imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, leguminibus tetraſpermis.

alpinum. 15. T. capitulis umbellaribus, ſcapo nudo, leguminibus diſpermis pendulis, fol. lineari lanceolatis.

*** Lagopoda, *calycibus villoſis.*

ſubterraneum. 16. T. capitulis villoſis quinquefloris, coma centrali reflexa rigida fructum obvolvente. *Fructus capitula globoſa terram penetrantia.*

globoſum. 17. T. capitulis villoſis globoſis, calycibus ſuperioribus floſculo deſtitutis.

cherleri. 18. T. capitulis villoſis globoſis terminalibus ſolitariis, calycibus omnibus fertilibus, caul. procumbentibus, fol obcordatis. *Mant. 451.* Trifolium capitulis globoſis villoſis, ſtipulis floralibus dilatatis cordatis, caulibus procumbentibus. *Ger. prov. 509. Calyces toti piloſi.*

lappaceum. 19. T. ſpicis ſubovatis, calycinis dentibus ſetaceis hiſpidis, caule patulo, fol. ovatis. *Calyx laevis dentibus abſoluto flore rigeſcentibus.*

rubens. 20. T. ſpicis villoſis longis, corollis monopetalis, caule erecto, fol. ſerrulatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 385.* M. *Dens calycis infimus longitudine corollae.*

pratenſe. 21. T. ſpicis globoſis ſubvilloſis cinctis ſtipulis oppoſitis membranaceis, corollis monopetalis.

alpeſtre. 22. T. ſpic. ſubgloboſis villoſis terminalibus, caule erecto, fol. lanceolatis ſerrulatis. — *Fl. dan. t. 662. Jacq. Fl. auſtr. v. 5. t. 433.* M. *Simillimum T. pratenſi, herba T. montani: diſtinguitur a T pratenſi, quod hoc alpeſtre capitulis terminalibus 2, illud 1; hoc ſtipulis viridibus, illud ſcarioſis venis rubris; hoc ſtipulis ultimis utrinque lanceolatis, illud ſubovatis. — Ab hoc ſeparat Jacquinus Trifolium* flexuoſum *ſuum in Fl. auſtr v. 4. t. 386. ob flexuoſum caulem ita denominatum.* M.

pannonicum. 23. T. ſpicis villoſis longis, corollis monopetalis, foliis integerrimis cauleque erecto villoſiſſimis. *Jacq. obſ. 2. p. 21. t. 42. Mant. 276.*

ſquarro-

ſquarroſum. 24. T. ſpicis oblongis ſubpiloſis, calycum infimo dente longiſſimo reflexo, caule herbaceo erecto. *Variat foliis ovalibus et lanceolatis.*

incarnatum. 25. T. ſpic. villoſis oblongis obtuſis aphyllis, foliol. ſubrotundis crenatis. *Foliola crenata. Calyx dentibus ſubaequalibus, hirſutis.*

ochroleucum. 26. T. ſpicis villoſis, caule erecto pubeſcente, foliolis infimis obcordatis. *Syſt. nat. 3. p. 233.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 40.* M. Trifolium pratenſe purpureum minus, foliis cordatis. *Raj. angl. 3 p. 328. t. 13. f. 1. Hall. act. helv. 6. p. 97.*

anguſtifolium. 27. T. ſpic. villoſis conico-oblongis, dentibus calycinis ſetaceis ſubaequalibus, foliol. linearibus. *Calycis dentes recti.*

arvenſe. 28. T. ſpic. villoſis ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis villoſis aequalibus. *Alae intus macula ſanguinea.* — *Fl. dan. t. 724.* M.

ſtellatum. 29. T. ſpic. piloſis ovatis, calyc. patentibus, caule diffuſo, foliol. obcordatis. *Spicae ovatae. Calyx aequalis extus piloſus.*

clypeatum. 30. T. ſpic. ovatis, calyc. patulis: lacinia infima maxima lanceolata, foliol. ovatis.

ſcabrum. 31. T. capitul. ſeſſilibus lateralibus ovatis, calyc. laciniis inaequalibus rigidis recurvis.

glomeratum. 32. T. capit. ſeſſilibus hemiſphaericis rigidis, calyc. ſtriatis patulis aequalibus. *Murr. Fl. gott. 175. Calyces 10 ſtriati, nudi.*

ſtriatum. 33. T. capit. ſeſſilibus ſublateralibus ovatis, calyc. ſtriatis rotundatis. *Calyces 10-ſtriati, extus toti piloſi.*

alexandrinum. 34. T. capit. oblongis pedunculatis, caule erecto, foliis oppoſitis. *Capitula ovata. Calycis lacinia infima paulo longior.*

uniflorum. 35. T. acaule, pedunc. trifidis ſubtriflorisque ſtipula brevioribus. *Folia denticulata. Pedicelli longi Floribus remotis. Calyces longius tubuloſi, 10-ſtriati, aequales.*

**** Veſicaria, *calycibus inflatis ventricoſis.*

ſpumoſum. 36. T. ſpicis ovatis, calyc. inflatis glabris quinquedentatis, involucr. univerſalibus pentaphyllis. *Corollae rubrae.*

reſupinatum. 37. T. ſpicis ſubovatis, coroll. ſupinatis, calyc. inflatis dorſo gibbis, caul. proſtratis.

tomentoſum. 38. T. ſpicis ſeſſilibus globoſis tomentoſis, calyc. inflatis obtuſis. Trifolium capitulis ſeſſilibus axillaribus tomentoſis, calycibus inflatis, fol. glabris, caulibus decumbentibus. *Ger. prov.* 510.

fragiferum. 39. T. ſpicis ſubrotundis, calyc. inflatis bidentatis reflexis. caul. repentibus.

***** Lupulina. *vexillis corollae inflexis.*

montanum. 40. T. ſpicis ſubimbricatis ſubtribus, vexillis ſubulatis emarceſcentibus, calyc. nudis, caul. erecto. *Capitulum eſt vere Racemus coarctatus bracteis ſubulatis minimis interſtinctis.*

agrarium. 41. T. ſpic. ovalibus imbricatis: vexillis deflexis perſiſtentibus, calyc. nudis, caule erecto. *Fl. dan. t.* 558.

ſpadiceum. 42. T. ſpic. ovalibus imbricatis: vexillis deflexis perſiſtentibus, calyc. piloſis, caule erecto.

procumbens. 43. T. ſpic. ovalibus imbricatis: vexillis deflexis perſiſtentibus, caul. procumbentibus. — *Fl. dan. t.* 796. M. *Sata evaſit diverſa a ſequenti.*

filiforme. 44. T. ſpic. ſubimbricatis: vexillis deflexis perſiſtentibus, calyc. pedicellatis, caul. procumbentibus.

biflorum. 45. T. ſpic. bifloris ſeſſilibus, invol. hiſpidis infundibuliformibus, fol. lanceolatis.

ſuffocatum. 46. T. acaule exſcapum, flor. ſubſeſſilibus radicalibus. *Mant.* 276. — *Jacq. hort. v.* 1. *t.* 60. M. Trifolium minimum ſupinum, floſculorum et ſeminum glomerulis conſertim ad radicem naſcentibus. *Raj. hiſt* 942. Trifolium epithymi capitulis inter genicula, annuum. *Cuvan. cathol.* Trifolium vernum repens. *Buxb. cent.* 3. *p.* 18. *t.* 31. *f.* 2. *forte.*

879. LOTUS. 1089. *Legumen* cylindricum, ſtrictum. *Alae* ſurſum longitudinaliter conniventes. *Cal.* tubuloſus.

* *Leguminibus rarioribus, nec capitulum conſtituentibus.*

maritimus. 1. L. leguminibus ſolitariis membranaceo-quadrangulis, foliis glabris, bracteis lanceolatis. — *Fl. dan. t.* 800. M.

ſili-

ſiliquoſus. 2. L. legum. ſolitariis membranaceo-quadrangulis, caul. procumbentibus, fol. ſubtus pubeſcentibus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 361.* M.

tetragonolobus. 3. L. legum. ſolitariis membranaceo-quadrangulis, bract. ovatis.

conjugatus. 4. L. legum. conjugatis membranaceo-quadrangulis, bract. oblongo-ovatis.

tetraphyllus. 5. L. legum. ſolitariis, foliis ternatis obcordato-cuneatis, ſtipula ſolitaria ſimili, bracteis monophyllis. *Caules filiformes. Stipulae in reliquis binae, in hac alterutra, ſ. unica ad latus, foliolo ſimilis, ſed lanceolato-oblonga. Bractea monophylla, rarius diphylla. Corolla flava vexillo dorſo atropurpureo.* Conf. Lotus tetraphyllus. *Suppl. p. 340.*

edulis. 6. L. legum. ſubſolitariis gibbis incurvis. Trifolium corniculatum creticum *Alp. exot. t. 268.*

peregrinus. 7. L. legum. ſubbinatis linearibus compreſſis nutantibus.

anguſtiſſimus. 8. L. legum. ſubbinatis linearibus ſtrictis erectis, caule erecto, pedunc. alternis.

arabicus. 9. L. legum. cylindricis ariſtatis, caul. proſtratis, pedunc. trifloris, bracteis monophyllis. *Mant. 104.* — *Jacq. hort. v. 2. t. 155.* M. *Pedunculi primi uniflori.*

ornithopodioides. 10. L. legum. ſubternatis arcuatis compreſſis, caul. diffuſis.

jacobaeus. 11. L. legum. ſubternatis, caule herbaceo erecto, foliol. linearibus. *Corollae colore Antirrh. triſtis. Petioluli albi. Caulis rarius fruteſcit et perennat.*

creticus. 12. L. legum. ſubternatis, caule ſuffruteſcente, fol. ſericeis nitidis.

** *Pedunculis multifloris in capitulum.*

hirſutus. 13. L. capitulis ſubrotundis, caule erecto hirto, legum. ovatis. *Riv. tetr. 191.*

graecus. 14. L. capit. ſubrotundis, caule erecto, fol. quinatis, legum. ovatis. *Mant. 104.*

rectus. 15. L. capit. ſubgloboſis, caule erecto laevi, legum. rectis glabris. Lotus villoſus altiſſimus, flore glomerato. *Tournef. inſt. 403.* Trifolium rectum monſpeſſulanum. *Bauh. hiſt. 2. p. 359.* Lotus lybica. *Riv. tetr. 192.*

corniculatus. 16. L. capit. depreſſis, caul. decumbentibus, legum. cylindricis patentibus. *Corollae odoratiſſimae.*

cytiſoides. 17. L. capit. dimidiatis, caule diffuſo ramoſiſſimo, fol. tomentoſis.

Dorycnium 18. L. capit. aphyllis, fol. ſeſſilibus quinatis.

898. TRIGONELLA. *Vexillum* et *Alae* ſubaequales, patentes, forma corollae 3-petalae.
1093.

ruthenica. 1. T. leguminibus pedunculatis congeſtis pendulis linearibus rectis, foliolis ſublanceolatis.

platycarpos. 2. T. legum. pedunculatis congeſtis pendulis ovalibus compreſſis, caule diffuſo, foliol. ſubrotundis. *Gmel. ſib. 4. p. 25. t. 9.*

ſtriata. 3. T. legum. pedunculatis congeſtis erectiuſculis diſtantibus, pedunculis folio longioribus. *Suppl. p. 340.*

polycerata. 4. T. legum. ſubſeſſilibus congeſtis erectis ſubrectis longis linearibus, pedunc. muticis.

hamoſa. 5. T. legum. pedunculatis racemoſis declinatis hamoſis teretibus, pedunc. ſpinoſis foliolo longioribus.

ſpinoſa. 6. T. legum. ſubpedunculatis congeſtis declinatis falcatis compreſſis, pedunc. ſpinoſis breviſſimis.

corniculata. 7. T. legum. pedunculatis congeſtis declinatis ſubfalcatis, pedunc. longo ſubſpinoſo, caule erecto. *Flores odoratiſſimi Gou.*

monſpeliaca. 8. T. legum. congeſtis ſeſſilibus arcuatis divaricatis inclinatis brevibus, pedunc. mucronato inermi.

laciniata. 9. T. legum. pedunculatis ſubumbellatis ellipticis, foliol. cuneiformibus dentatis, ſtipul. laciniatis. *Pater Medicag. laciniatae.*

Foenum-Graecum. 10. T. legum. ſeſſilibus ſtrictis erectiuſculis ſubfalcatis acuminatis, caule erecto.

ſylveſtris. α. T. eadem, caule baſi ramoſo ſtolonifero.

indica. 11. T. legum ſeſſilibus ſubſolitariis ſubfalcatis, foliol. integerrimis, caule diffuſo.

899. MEDICAGO. *Legumen* compreſſum, cochleatum. *Carina* corollae a vexillo deflectens.
1096.

arborea. 1. M. leguminibus lunatis margine integerrimis, caule arboreo.

virgi-

virginica. 2. M. caule erecto ramoſiſſimo, floribus faſciculatis terminalibus. *Corollae albo rubroque variegatae. Fr. monoſpermus.*

radiata. 3. M. legum. reniformibus margine dentatis, fol. ternatis.

circinata. 4. M. legum. reniformibus margine dentatis, fol. pinnatis. Falcata foliis Anthyllidis *Riv. tetr. 201.*

ſativa. 5. M. pedunc. racemoſis, legum. contortis, caule erecto glabro.

falcata. 6. M. pedunc. racemoſis, legum. lunatis, caule proſtrato. *Fl dan. t. 233.*

lupulina. 7. M. ſpicis ovalibus, legum. reniformibus monoſpermis, caul. procumbentibus.

marina. 8. M. pedunc. racemoſis, legum. cochleatis ſpinoſis, caule procumbente tomentoſo. Medicago incana. *Riv. 205.*

polymorpha. 9. M. legum. cochleatis, ſtipul. dentatis, caule diffuſo.

orbicularis. α. M. legum ſolitariis cochleatis depreſſis planis, ſtipul. ciliatis, caule diffuſo. Medicago ped. unifloris ariſtatis, legum. cochleatis compreſſis rugoſis nudis. *Ger. prov. 516.*

ſcutellata. β. M. cochleata major, dicarpos, capſula rotunda globoſa ſcutellata. M. ped. multifloris, leg. cochleatis globoſis inermibus nudis. *Ger. 516.*

tornata. γ. M. tornata major et minor lenis. M. leg. cochleatis nudis cylindricis apice baſique planiuſculis. *Ger. 517.*

coronatum. 55. G. caule herbaceo, fol. lanceolatis, calyc. radio multiplici ſubrotundo. *Suppl. p. 365.*

ſupinum. 56. G. caule herbaceo ſimplici procumbente, flor. ſparſis. *Syſt. nat. 3. p. 234.* Gnaphalium ſupinum, lavandulae folio. *Bocc. muſ. 107. t. 85.* Gnaphalium oblongo folio. *Scheuch. alp. 2. p. 134.*

uliginoſum. 57. G. caule herbaceo ramoſo diffuſo, floribus confertis terminalibus. — *Fl dan. t. 859.* M.

glomeratum. 58. G. caule herbaceo diffuſo, calycib. ſquamis interioribus ſubulatis nudis, fol. ſubamplexicaulibus. *Berg. cap. 251. Folia ſpatulata, hirſutiſſima capitula folioſa. Rami caule altiores.*

† *Subjungo ſeorſim.*

japonicum. 59. G. herbaceum erectum, fol. lineari-enſiformibus ſubtus niveis, capitulis terminalibus. *Thunb. jap. mſpt.* M.

947. XERANTHEMUM. *Recept.* paleaceum. *Pappus* ſetaceus. *Cal* imbricatus, radiatus: radio colorato.
1201.

* *Receptaculo paleaceo; Pappo quinqueſeto.*

annuum. 1. X. herbaceum, foliis lanceolatis patentibus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 388. Mill. illuſtr. ic.* M. *Radii ſtigma ſimplex; Semen nudum. Diſci ſtigma ſubbifidum; Semen quinque-ariſtatum.*

** *Re-*

** *Receptaculo nudo. Pappo piloſo.*

veſtitum. 2. X. fruticoſum erectum, fol. adnatis lanceolato-linearibus apice calloſo-mucronatis, ramis unifloris foliolis. *Planta tota veſtita denſo tomento.*

ſpecioſiſſimum. 3. X. fruticoſum erectum, fol. amplexicaulibus lanceolatis trinerviis, flor. pedunculatis. *Pappus plumoſus.*

proliferum. 4. X. caule fruticoſo prolifero, flor. ſeſſilibus, fol. granulato-ſubrotundis imbricatis obſoletis. *Mant.* 467. *Berg. cap.* 272.

imbricatum. 5. X. caul. fruticoſis, fol. ovatis ſubtomentoſis, pedunc. ſquamoſis. Xeranthemum capenſe tartonaire foliis. *Pet. Gaz. t.* 5. *f.* 10. Xeranthemum variegatum. *Berg. cap.* 271. *Calyces nitidi, albi extus medio ruſi. Pappus rubicundus.*

caneſcens. 6. X. fruticoſum, fol. imbricatis ovato-ſubulatis glabris. *Calyces nitidi purpurei: infimis ſubteſtaceis. Pappus albus.*

*** *Receptaculo nudo, Pappo plumoſo.*

retortum. 7. X. caul. frutescentibus provolutis, fol. tomentoſis recurvatis.

ſpinoſum. 8. X. ſquamis calycinis mucronato-ſpinoſis.

ſeſamoides. 9. X. ramis unifloris imbricatis, fol. linearibus. *Berg. cap.* 273. *Calyx albus ſ. purpureus.*

virgatum. 10. X. ramis unifloris virgatis, fol. lanceolatis tomentoſis, pedunc. ſubnudis. *Mant.* 284. *Berg. cap.* 275. Elichryſum africanum tomentoſum, anguſtiſſimo folio, calyce ſulphureo amplo. *Breyn. prodr.* 3. *t.* 16. *f.* 3. *Differt a X. ſeſamoide calyce flavo.*

Staehelina. 11. X. pedunculis terminalibus exſertis nudis unifloris, fol. lanceolatis tomentoſis. *Habitat ad Cap. b. ſpei. Dav. Royen. Caulis lignoſus, tener, paniculato-ramoſus, ut tota Herba albo tomentoſus. Pedunculi longi, terminales.*

variegatum. 12. X. flor. ſolitariis nutantibus, ſquamis calycinis obtuſis maculatis. *Roy. mſſ.* Xeranthemum africanum, gnaphalii foliis tomentoſis, foliis et ſquamarum ſummitatibus ferrugineis. *Raj. ſuppl.* 181.

pani-

panicula-tum. 13. X. flor. paniculatis, fol. lineari-lanceolatis. *Syſt. ed. 13. p. 625. An ab hac differt* Xeranthemum *paniculatum*, fruticoſum, foliis ſubulatis canaliculatis lanatis cuſpidatis patulis, corymbis terminalibus. *Suppl. p. 366?*

* * * * —— †

fulgidum. 14. X. fol. lato-lanceolatis convoluto-incumbentibus, flor. nonnullis. *Suppl. p. 365.*

ſtolonife-rum. 15. X. procumbens, repens, ſericeum, fol. oblongis recurvato-patulis, ramulis unifloris. *Suppl. p. 366.*

recurva-tum. 16. X. fol. recurvatis lanceolatis complicato-canaliculatis cuſpidatis ciliatis, ramulis unifloris. *Suppl. p. 366.*

948. CARPESIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus.
1203. *Cal.* imbricatus: ſquamis exterioribus reflexis.

cernuum. 1. C. floribus terminalibus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 204.* M.

abrotanoides. 2. C. flor. lateralibus.

949. BACCHARIS. *Recept.* nudum. *Pappus* piloſus.
1205. *Cal.* imbricatus, cylindricus. *Floſculi* feminei hermaphroditis immixti.

ivaefolia. 1. B. foliis lanceolatis longitudinaliter dentato-ſerratis. *Barth. act. 2. p. 57. t. 57.* (*excluſo Synonymo Moriſoni*). *Floſculi Foeminei corollula 3-fida, copioſiſſimi; Hermaphroditi diſci pauci, 5-fidi.*

neriifolia. 2. B. fol. lanceolatis ſuperne uno alterove denticulo ſerratis.

arborea. 3. B. fol. elliptico-lanceolatis integerrimis nudis petiolatis. *Mant. 284. Arbor in hac claſſe maxima.*

halimifolia. 4. B. fol. obovatis ſuperne emarginato-crenatis.

Dioſcoridis. 5. B. fol. lato-lanceolatis dentatis ſeſſilibus ſtipulatis. *Syſt. ed. 13. p. 626. Suppl. p. 366. Se-ro*

---

† *Supplementum plant. in ſpeciebus novis hujus generis characterum ſubdiviſionum rationem non habet; hinc tres junctim ſubiungendae.* M.

ro floret, in caldario vix ad florem pervenit luxurians.

indica. 6. B. fol. obovatis denticulatis petiolatis.

braſiliana. 7. B. fol. obovatis integris ſcabris ſeſſilibus ſubtus venoſis.

foetida. 8. B. fol. lanceolatis ſerrato-dentatis, corymb. folioſis.

950. CONYZA. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.*
1205. imbricatus, ſubrotundus. *Cor.* radii trifidae.

ſquarroſa. 1. C. foliis lanceolatis acutis, caule herbaceo corymboſo, calycibus ſquarroſis. — *Fl. dan. 622.* M.

linifolia. 2. C. fol lineari-lanceolatis integerrimis, corollis radiatis.

ſordida. 3. C. fol. linearibus integerrimis, pedunculis longis trifloris, caule ſuffruticoſo. *Mant. 466.* Gnaphalium ſordidum. *Sp. plant. 1193. Affinis C. ſaxatili.*

ſaxatilis. 4. C. fol. linearibus ſubdentatis, pedunc. longiſſimis unifloris, caule ſuffruticoſo.

caneſcens. 5. C. fol. linearibus, panicula faſtigiata. *Suppl. p. 397.*

rupeſtris. 6. C. fol. ſpatulatis ſubdentatis cauleque ſuffruticoſo tomentoſis, pedunc. elongatis unifloris. *Mant. 113.*

ſcabra. 7. C. fol. oblongis ſubdentatis ſeſſilibus ſcabris, pedunc. unifloris elongatis. *Mant. 113.*

aſteroides. 8. C. fol. lato-lanceolatis ſubſerratis, coroll. radiatis, cal. ſquarroſis.

bifrons. 9. C. fol. ovato-oblongis amplexicaulibus. *Conf. Inula bifrons.*

lobata. 10. C. fol. inferioribus trifidis; ſuperioribus ovato-lanceolatis obſolete ſerratis, flor. corymboſis.

bifoliata. 11. C. fol. ovalibus dentatis, pedunc. diphyllis: bracteis oppoſitis.

pubigera. 12. C. fol. oblongis ſubdentatis ſubpetiolatis, pedunc. lanatis ſubbifloris. *Mant. 113.*

tortuoſa. 13. C. caule tortuoſo fruticoſo, fol. ovato-oblongis integerrimis, racem. reflexis.

candida. 14. C. fol ovatis tomentoſis, flor. confertis, pedunc. lateralibus terminalibusque. Aſter raguſinus, folio verbaſci. *Zan. hiſt. 33. Pedunculi ſuperne*

perne incraſſati. Variat radiata radio brevi recurvo.

anthelmintica. 15. C. fol. lanceolato-ovatis ſcabris, pedunc. unifloris, calyc. ſquarroſis. *Radix annua. Caulis, teres, pubeſcens. rectus. Folia alterna, acuta, ſerrata, anguſtata in Petiolum baſi purpuraſcentem. Calycis apices lanceolati, elongati, patuli. Corolla parva, purpuraſcens: Floſculis 25, hermaphroditis.*

balſamifera. 16. C. fol. lanceolatis ſubtus tomentoſis: petiolis etiam dentatis. *Sp. plant. 1208. Pappus ferrugineus.*

cinerea. 17. C. fol. oblongis, flor. paniculatis, coroll. cylindricis, calyce duplo longioribus. Senecio indicus atriplicis folio. *Moriſ. hiſt. 3. p. 106. ſ. 7. t. 17. f. 7. Caulis erectus, paniculatus, pubeſcens. Folia caneſcentia, lanceolato-elliptica, repando ſerrata, remota. Corollae cylindricae, purpureae. Styli breves. Pappus calyce longior.*

odorata. 18. C. fol. ovatis ſerratis ſubtomentoſis acutis, caule corymboſo, coroll. ſubgloboſis.

chinenſis. 19. C. fol. lanceolato-ovatis reflexo-ſerratis ſubtus tomentoſis, flor. terminalibus congeſtis

hirſuta. 20. C. fol. ovalibus integerrimis ſcabris ſubtus hirſutis.

arboreſcens. 21. C. fol. ovatis integerrimis acutis ſubtus tomentoſis, ſpicis recurvatis ſecundis, bract. reflexis.

fruticoſa. 22. C. fol. ovatis integerrimis obtuſis, flor. ſeſſilibus alternis, ramulis flexuoſis.

virgata. 23. C. fol. decurrentibus lanceolatis ſerrulatis, caul. virgatis, flor. ſpicatis ſparſis congeſtis.

decurrens. 24. C. fol. decurrentibus lanceolatis ſerrulatis, flor. axillaribus ſeſſilibus glomeratis.

aurita. 25. C. fol. dentato-ſinuatis, auriculis ſubdecurrentibus. *Suppl. p. 367.*

951. ERIGERON. *Recept.* nudum. *Pappus* piloſus. *Cor.* 1209. radii lineares, anguſtiſſimae.

viſcoſum. 1. E. peduuculis unifloris lateralibus, foliis lanceolatis denticulatis baſi reflexis, calycibus ſquarroſis, corollis radiatis. *Mant. 468. — Jacq. hort. v. 2. t. 165.* M. Virga aurea major, foliis glutinoſis graveolentibus. *Tournef. inſt. 580.*

 Vaill.

Vaill. Act. 579. Pedunculi diphylli, uniflori, vix foliis longiores. Flores radiati.

graveolens. 2. E. fol. ſublinearibus integerrimis, ramis lateralibus multifloris. *Mant. 468. Flores radiati.*

glutinoſum. 3. E. fol. lanceolato-linearibus piloſo viſcidis, pedunculis unifloris. *Mant. 112. Flores purpuri.*

ſiculum. 4. E. ſquamis calycinis inferioribus laxis florem ſuperantibus, pedunc. folioſis. *Caules rubentes. Inulae pulicariae affinis.*

carolinianum. 5. E. caule paniculato, flor. ſubſolitariis terminalibus, fol. linearibus integerrimis.

canadenſe. 6. E. caule floribus paniculatis, hirtis, fol. lanceolatis ciliatis. Virga aurea virginiana hirſuta, flore pallido. *Zanon. hiſt. 1. p. 204. t. 78.*

bonarienſe. 7. E. fol. baſi revolutis.

jamaicenſe. 8. E. caule paucifloro ſubvilloſo, fol. cuneiformi-lanceolatis: ſerraturis utrinque duabus.

philadelphicum. 9. E. caule multifloro, fol. lanceolatis ſubſerratis: caulinis ſemiamplexicaulibus, floſculis radii capillaceis longitudine diſci. (*Non deſcriptio, quae E. aegyptiaci.*)

aegyptiacum. 10. E. fol ſemiamplexicaulibus ſpatulatis dentatis, flor. globoſis. *Mant. 112. 517.* — *Jacq. hort. v. 3 t. 19.* M.

Gouani. 11. E flor. congeſtis, cal. ſcarioſis, ſed lanceolatis ſubdentatis margine ſcabris. *Mant. 459.* — *Jacq. hort. v. 3. t. 79.* M.

acre. 12. E. pedunculis alternis unifloris.

alpinum. 13. E. caule ſubbifloro, calyce ſubhirſuto, fol. obtuſis ſubtus villoſis. *Fl. dan. t. 292.* Erigeron ſquamis calycinis planis, foliis obtuſis ſubtus villoſis *Ger. prov. 202. Variat extra alpes Caule paniculato, Calyce glabro.*

uniflorum. 14. E. caule unifloro, calyce piloſo.

graminеum. 15. E. caule unifloro, fol. linearibus ciliatis ſcabris.

camphoratum. 16. E. fol. lanceolato-ovatis villoſis: ſerraturis apice cartilagineis.

japonicum. 17. E. fol. ſeſſilibus obovatis ſerratis villoſis, flor. paniculatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

ſcandens. 18. E. fol. ovatis ſerratis villoſis, flor. axillaribus, caule ſcandente *Thunb. l. c.* M.

tuberoſum. 19. E. fol. linearibus, ramis uniflоris, caule ſuffruticoſo. Erigeron fol. rigidis, caul. ſublignoſo pauci-

pauciſloro. *Ger. prov.* 205. *Radix praemorſa. Varietates a Gronovio.*

foetidum. 20. E. fol. lanceolato linearibus retuſis, flor. corymboſis. Pſeudo Helichryſum fruteſcens africanum, retuſis foliis viridibus, flore luteo nudo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 90. *n.* 1. *Conf.* Inulam foetidam.

tricuneatum. 21. E. fruticuloſum, fol. cuneatis trilobis. *Suppl. p.* 368.

pinnatum. 22. E. fol. pinnatifidis dentatis. *Suppl. p.* 368.

952. TUSSILAGO. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex.
1213. *Cal.* ſquamae aequales, diſcum aequantes, ſubmembranaceae.

Anandria. 1. T. ſcapo unifloro ſquamoſo erecto, foliis lyrato-ovatis. *In frigidioribus Calyx clauſus flore floſculoſo; in calidioribus flore radiato patente.*

dentata. 2. T. ſcapo unifloro ebracteato, fol. lanceolatis dentatis villoſis.

nutans. 3. T. ſcapo unifloro ebracteato, flore nutante, fol. lyratis obtuſis.

alpina. 4. T. ſcapo unifloro ſubnudo, fol. cordato-orbiculatis crenatis, (*addo* M. *auctore Jacq.*) utrinque virentibus. *Jacq. Fl. auſtr. t.* 246. M. *Scapus una alterave bractea.*

diſcolor. 5. T. ſcapo unifloro ſubnudo, fol. cordato-orbiculatis crenatis ſupra lucidis, ſubtus tomentoſo-incanis. *Jacq. in Litt. Fl auſtr. v.* 3. *t.* 247 M.

ſylveſtris. 6. T. ſcapo ſubunifloro ſubnudo, fol. cordato-orbiculatis, inciſo-lobatis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 5. *app. t.* 12. M.

Farfara. 7. T. ſcapo unifloro imbricato, fol. ſubcordatis angulatis denticulatis. *Fl. dan. t.* 595.

japonica. 8. T. floribus alternis radiatis. *Mant.* 113. Arnica tuſſilaginea. *Burm. ind.* 182. Doronicum tuſſilaginis folio. *Pluk. amalth.* 71. *t.* 390. *f.* 6. *Burm.*

frigida. 9. T. thyrſo faſtigiato, flor. radiatis. *Fl. dan. t.* 61. *Variat floribus floſculoſis et radiatis.*

alba. 10. T. thyrſo faſtigiato, floſculis foemineis nudis paucis. *Fl. dan. t.* 524.

hybrida. 11. T. thyrſo oblongo, floſculis foemineis nudis plurimis.

 Peta-

Petaſites. 12. T. thyrſo ovato, floſculis foemineis nudis paucis. — *Fl. dan. t. 842.* M. *Floſculi foeminei (inter hermaphrodito) 2 ſ. 3, vix petaloidei, ligulati, albi. Filius.*

953. SENECIO. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.*
1215. cylindricus, calyculatus: ſquamis apice ſphacelatis.

* *Floribus floſculoſis.*

hieracifolius. 1. S. corollis nudis, foliis amplexicaulibus laceris, caule herbaceo erecto. *Mant. 469.*

purpureus. 2. S. coroll. nudis, fol. lyratis hirtis; ſuperioribus lanceolatis dentatis. *Berg. cap. 276.*

cernuus. 3. S. coroll. nudis nubilibus cernuis, fol. eroſis auriculatis. *Suppl. p. 370.* Senecio rubens. *Jacq. hort. v. 3. p. 50. t. 98.*

perſicifolius. 4. S. coroll. nudis, fol. lanceolatis integerrimis baſi dentatis.

virgatus. 5. S. coroll. nudis, fol. lyratis ſubtus tomentoſis, pedunc. unifloris: ſquamis ſubulatis.

divaricatus. 6. S. coroll. nudis, fol. lanceolatis dentatis ſcabris, ramulis floriferis divaricatis.

Pſeudo-China. 7. S. coroll. nudis, ſcapo ſubnudo longiſſimo.

reclinatus. 8. S. coroll. nudis, fol. linearibus ſparſis ſcabris recurvis, caule fruteſcente. *Suppl. p. 369.* Senecio graminifolius. *Jacq. Miſc. 2. p. 322. Icon. rar.* M.

vulgaris. 9. S. coroll. nudis, fol. pinnato-ſinuatis amplexicaulibus, flor. ſparſis. *Fl. dan. t. 513.*

arabicus. 10. S. coroll. nudis, fol. ſubbipinnatis petiolatis laevibus. *Mant. 114.*

peucedanifolius. 11. S. coroll. nudis, fol. pinnatis filiformibus. *Suppl. p. 372.*

japonicus. 12. S. coroll. nudis, fol. petiolatis inciſo-pinnatifidis dentatis glabris. *Thunb. jap. mſpt.* M.

** *Flor. radiatis: radio revoluto.*

triflorus. 13. S. coroll. revolutis, fol. ſeſſilibus ſinuatis, calyc. conicis: ſquamis minimis intactis.

aegyptius. 14. S. coroll. revolutis, fol. amplexicaulibus ſinuatis, ſquamis calycinis brevioribus integris ſphacelatis. *Mant. 517.*

livi-

lividus. 15. S. coroll. revolutis, fol. amplexicaulibus lanceolatis dentatis, ſquamis calycinis breviſſimis intactis.

trilobus. 16. S. coroll. revolutis, fol. amplexicaulibus, ſquamis calycinis ſphacelatis laceris.

viſcoſus. 17. S. coroll. revolutis, fol pinnatifidis viſcidis, ſquamis calycinis laxis longitudine perianthii.

ſylvaticus. 18. S. coroll. revolutis, fol. pinnatifidis denticulatis, caule corymboſo erecto. — *Fl. dan. t. 869.* M.

nebrodenſis. 19. S. coroll. revolutis, fol. lyratis ſinuatis obtuſis petiolatis, caule hirto.

glaucus. 20. S. coroll. revolutis, fol. amplexicaulibus lanceolatis obtuſis dentatis integerrimis.

varicoſus. 21. S. coroll. revolutis, fol. ovatis petiolatis dentatis puculato-varicoſis.

*** *Floribus radiatis: radio patente, fol. pinnatifidis.*

haſtatus. 22. S. coroll. radiantibus, petiolis amplexicaulibus, pedunc. folio triplo longioribus, fol. pinnato-ſinuatis.

pubigerus. 23. S. coroll. radiantibus, petiol. radicalibus lanatis, fol. runcinatis, caul. ſimpliciſſimis, flor. lateralibus ſeſſilibus.

elegans. 24. S. coroll. radiantibus, fol. pinnatifidis aequalibus patentiſſimis margine incraſſato recurvato. *Calycis ſquamae ſubciliatae.*

ſqualidus. 25. S. coroll. radiantibus calyce longioribus integris, fol. pinnatifidis: laciniis linearibus diſtantibus.

erucifolius. 26. S. coroll. radiantibus, fol. pinnatifidis dentatis ſubhirtis, caule erecto. *Culta villoſitatem exuit.*

incanus. 27. S. coroll. radiantibus, fol. utrinque tomentoſis ſubpinnatis obtuſis, corymbo ſubrotundo. *Pluk. phyt. 39. f. 6.*

abrotanifolius. 28. S. coroll. radiantibus, fol. pinnato-multifidis linearibus nudis acutis, pedunc. ſubbifloris. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 79.* M. Jacobaea alpina, foliis multifidis etſcheriana, flore luteo plerumque gemello. *Pluk. alm. 194. Folia Radicalia bipinnatifida; Caulina ſimpliciter pinnatifida. Pedunculi pubeſcentes,* 3 *ſ.* 4, *ſaepius biflori.*

canadenſis. 29. S. coroll. radiantibus, fol. omnibus bipinnatis linearibus, pedunc corymboſis. Jacobaea chaerophylli foliis mariana. *Pluk. mant. 107.*

diffuſus. 30. S. coroll. radiantibus, fol. bipinnatis linearibus, caulibus diffuſis. *Suppl. p.* 371.

Jacobaea 31. S. coroll. radiantibus, fol. pinnato-lyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto.

tenuifolius. 32 S. coroll. radiantibus, fol omnibus pinnatis pinnis linearibus, pedunculis corymboſis, caule erecto. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 2-8. M.

aureus. 33. S. coroll radiantibus, fol. crenatis: infimis cordatis petiolatis; ſuperioribus pinnatifidis lyratis.

lyratus. 34. S. coroll. radiantibus, fol infimis lyratis dentatis, ſupremis ſerratis amplexicaulibus: lobis margine muricatis. *Suppl. p.* 369. *Piloſus.*

alpinus. 35. S. coroll. radiantibus, fol. cordatis lyratis groſſe ſerratis, petiolis auritis. *Suppl. p. 371.* Cineraria alpina *Syſt. ed. 13 p 636*

umbellatus. 36. S. coroll. radiantibus linearibus, fol. pinnato-denticulatis: laciniis diſtantibus. *Mant. 470.* Senecio filifolius. *Berg. cap. 278.*

**** *Floribus radiatis: radio patente, fol. indiviſis.*

linifolius. 37. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus integerrimis, corymb. ſubſquamato, caule herbaceo.

roſmarinifolius 38. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus margine revolutis, caule fruticoſo *Suppl. p.* 369.

paludoſus. 39. S. coroll. radiantibus, fol. enſiformibus acute ſerratis ſubtus ſubvilloſis, caule ſtricto. *Fl. dan. t* 385.

nemorenſis. 40. S. coroll. radiantibus octonis, fol. lanceolatis biſerratis ſubtus villoſis, caule ramoſo. – *Jacq. Fl. auſtr v. 1. t. 184.* M.

ſarracenicus. 41. S. coroll. radiantibus, flor. corymboſis, fol. lanceolatis ſerratis glabriuſculis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 186.* M.

ſibiricus. 42. S. coroll. radiantibus quinqueradiis, fol. ellipticis laevibus. *Suppl p.* 370.

Doria. 43. S. coroll. radiantibus, flor. corymboſis, fol. ſubdecurrentibus nudis lanceolatis denticulatis, ſuperioribus ſenſim minoribus. — *Jacq Fl. auſtr. v. 2. t. 185.* M. *Folia utrinque laevia.*

Bra-

Bracteae ſetaceae ſub calyce. Similis Cacaliae ſaracenicae.

Doronicum. 44. S. coroll. radiante, caule indiviſo ſubunifloro, fol. indiviſis ſerratis: radicalibus ovatis ſubtus villoſis. *Ger. prov. 196. t. 7. – Jacq. Fl. auſtr. v. 5. app. t. 45.* M. Doronicum helveticum humile, craſſis foliis. *Bauh. pin.* 185 *prodr.* 97. *Varietates progreſſivas α-ε vidit Jacquin, at omnes negat convenire D. Haller.*

longifolius. 45. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus ſparſis, caule fruticoſo. *Mant. 470. Berg. cap. 279.*

cruciatus. 46. S. coroll. radiantibus, fol. linearibus ſubtus tomentoſis: inferioribus cruciatis, ſuperioribus integris. *Suppl. p.* 371.

juniperinus. 47. S. coroll. radiantibus, caule fruticoſo, fol. ſubulatis. *Suppl. p* 371.

byzantinus. 48. S. coroll radiantibus, fol. oblongis remote dentatis ſpinoſo-denticulatis ſupra nudis, caule herbaceo. Solidago iſatidis folio. *Raj ſuppl. 177. n. 46. 58?* Jacobaea ſicula, caule rigido ramoſo, foliis ad marginem laciniatis, floribus parvis luteis. *Raj. ſuppl. 178. n. 49?* Hieracium montanum Conyzae ſ. Dentariae folio. *Bocc. ſic. Statura S. rigidi, ſed omnibus partibus longe anguſtior.*

halimifolius. 49. S. coroll. radiantibus, fol. obovatis carnoſis dentatis, caule fruticoſo.

ilicifolius. 50. S. coroll. radiantibus, fol. ſagittatis amplexicaulibus dentatis, caule herbaceo. *Berg. cap.* 281. *Folia ſuprema haſtata.*

rigidus. 51. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus ſpatulatis repandis eroſis ſcabris, caule fruticoſo. *Seb. muſ. 1. t. 22. f. 5. Caulis rigidus, ſcaber, inamoenus. Folia rigida, ſupra quaſi oleo oblinita. non tamen glabra; ſubtus incana, villoſiuſcula. Flores parvi radio luteo pentapetalo: floſculis remotis integris.*

polifolius. 52. S. coroll. radiantibus, fol. ovatis ſpatulatis integris obtuſis, adultioribus ſupra glabris, caule fruticoſo.

angulatus. 53. S. coroll. radiantibus, fol. petiolatis ovatis dentato-angulatis glabris. *Suppl. p.* 369.

maritimus. 54. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus ovatis denticulatis carnoſis, caule herbaceo procumbente. *Suppl. p.* 369.

eroſus. 55. S. coroll. radiantibus, fol. radicalibus petiolatis oblongis ſinuatis ſerratis villoſis, caule unifloro ſubnudo. *Suppl. p.* 370

marginatus. 56. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus lanceolatis glabris ſubarticulatis marginatis, corymbo compoſito. *Suppl. p.* 370.

lanatus. 57. S. coroll. radiantibus, fol. ſeſſilibus utrinque lanatis dentatis, infimis ovatis, ſuperioribus lanceolatis. *Suppl. p.* 370.

cordifolius. 58. S. coroll. radiantibus, fol. cordatis dentatis, calycibus ſimpliciſſimis. *Suppl. p.* 372.

glaſtifolius. 59. S. coroll. radiantibus, fol. amplexicaulibus lanceolatis ſubdentatis laevibus. *Suppl. p.* 372.

954. ASTER. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* 1224. radii plures 10. *Cal.* imbricati ſquamae inferiores patulae.

* *Fruticoſi.*

taxifolius. 1. A. ſuffruticoſus, foliis decurrentibus ſubulatis canaliculatis ciliatis, floribus terminalibus. *Berg. cap.* 286.

reflexus. 2. A. fruticoſus, fol. ovatis ſubimbricatis recurvatis ſerrato-ciliatis, flor. terminalibus. *Berg. cap.* 285. Aſter africanus fruteſcens, ſplendentibus parvis et reflexis foliis. *Comm. hort.* 2. *p.* 51. *t.* 28. *Caulis prolifer. Radius ſanguineus.*

crinitus. 3. A. fruticuloſus, fol. ovato-oblongis acutis ſubtus tomentoſis, calyc. pilo terminatis. *Folia exquiſite acuminata.*

fruticuloſus. 4. A. fruticoſus, fol. linearibus punctatis, pedunc. unifloris nudis. *Berg. cap.* 287.

** *Herbacei Integrifolii, pedunculis nudis.*

tenellus. 5. A. fol. ſubfiliformibus aculeato-ciliatis, pedunc. nudis, calyc. hemiſphaericis aequalibus. *Mant.* 471. Aſter parvus aethiopicus, chamaemeli floribus, tamariſci aegyptiaci foliis tenuiſſime denticulatis. *Pluk. alm.* 56. *t.* 271. *f.* 4. *Raj. ſuppl.* 164. *n.* 84.

alpi-

alpinus. 6. A. fol. ſpatulatis hirtis: radicalibus obtuſis, caul. ſimpliciſſimo unifloro. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 88.* M. *Folia caulina 2, rarius 3. Gouan. Calyx aequalis.*

ſibiricus. 7. A. fol. lanceolatis venoſis ſcabris extimo ſerratis, caul. ſtriatis, pedunc. tomentoſis.

Tripolium. 8. A. fol. lanceolatis integerrimis carnoſis glabris, ramis inaequatis, flor. corymboſis. — *Fl. dan. t.* 615. M.

Amellus. 9. A. fol. lanceolatis obtuſis ſcabris trinerviis integris, pedunc. nudiuſculis corymboſis, ſquamis calycinis obtuſis. *Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello. Virg.*

divaricatus. 10. A. ramis divaricatis, fol. ovatis ſerratis, floralibus integerrimis obtuſiuſculis amplexicaulibus.

*** *Herbacei Integrifolii, pedunculis ſquamoſis.*

hyſſopifolius. 11. A. fol. linearibus integerrimis obliquatis acutis margine ſcabris, pedunc. ſubnudis. *Mant.* 114. 517.

dumoſus. 12. A. fol. linearibus integerrimis, caule paniculato, flor. terminalibus.

ericoides. 13. A. fol. linearibus integerrimis, caule paniculato, pedunc. racemoſis: pedicellis folioſis.

tenuifolius. 14. A. fol. ſublinearibus integerrimis, pedunc. folioſis.

linariifolius. 15. A. fol. linearibus integerrimis mucronatis ſcabris carinatis, pedunc. folioſis.

linifolius. 16. A. fol. linearibus acutis integerrimis, caule corymboſo ramoſiſſimo. *Folia lanceolata, ſenſim verſus apicem attenuata. Pedunculi ſquamis ſubulatis minimis.*

acris. 17. A. fol. lanceolato-linearibus ſtrictis integerrimis planis, flor. corymboſis faſtigiatis, pedunc. folioſis.

concolor. 18. A. fol. ovatis ſeſſilibus integerrimis, caule ſimpliciſſimo, racemo terminali.

rigidus. 19. A. fol. linearibus alternis, flor. terminalibus ſolitariis.

novae-angliae. 20. A. fol. lanceolatis alternis integerrimis ſemiamplexicaulibus, flor. confertis terminalibus, caule hiſpido.

undulatus. 21. A. fol. amplexicaulibus undulatis ſubtus tomentoſis, flor. racemoſis adſcendentibus.

grandiflorus. 22. A. fol. amplexicaulibus lingulatis integerrimis, ramis unifloris, calyc. ſquarroſis *Mill. ic. 282. Cateſby hunc in Europam primus introduxit.*

**** *Herbacei Serratifolii, pedunculis laevibus.*

cordifolius. 23. A. fol. cordatis ſerratis petiolatis, caule corymboſo, pedunc. aphyllis, caul. laevibus. *Caulis ſublaevis, ſuperne magis ramoſus. Folia radicalia cordata, acute ſerrata, ſubtus piloſiuſcula; Caulina inferiora ovata, ſerrata petiolis marginatis; ſuprema ſpatulato-lanceolata, amplexicaulia. Panicula corymboſa. Pedunculi nudi. Calyces imbricati, arcti. Radius exalbidus, vix purpuraſcens, 12-petalus.*

puniceus. 24. A. fol. ſemiamplexicaulibus lanceolatis ſerratis ſcabris, pedunc. alternis ſubunifloris, calyc. diſcum ſuperantibus.

annuus. 25. A. fol. lanceolatis: inferioribus crenatis, caule corymboſo, pedunc. nudis, calyc. hemiſphaericis. *Fl. dan. t. 486.*

vernus. 26. A. fol. radicalibus lanceolatis integerrimis obtuſis, caul. ſubnudo filiformi ſubramoſo, pedunc. nudis.

***** *Herbacei Serratifolii, pedunculis ſquamoſis.*

indicus. 27. A. fol. ovato-oblongis ſerratis: floralibus ovali-lanceolatis integerrimis, ramulis unifloris.

laevis. 28. A. fol. lanceolatis ſeſſilibus laevibus ſubſerratis, pedunc. folioſis ſubdiviſis.

mutabilis. 29. A. fol. lanceolatis ſerratis, calyc. ſquarroſis, panic. ſubfaſtigiata.

Tradeſcanti 30. A. fol lanceolato-linearibus medio ſerratis, pedunc. folioſis, caule racemoſo, calyc. erectis.

novi belgii. 31. A. fol. lanceolatis ſubſerratis ſeſſilibus, caule paniculato, ramulis unifloris ſolitariis, calyc. ſquarroſis.

tardiflorus. 32. A. fol. ſpatulato-lanceolatis ſerratis oblongis: baſi flexuoſis ſemi-amplexicaulibus, caul. proſtratis, flor. terminalibus.

miſer.

miſer. 33. A. fol. ſerratis: ramorum integerrimis, flor. ovatis: diſco radiis longiore.

macrophyllus. 34. A. fol. ſerratis: radicalibus maximis cordatis trinervatis; caulinis ovatis ſeſſilibus.

chinenſis. 35. A. fol. ovatis angulatis dentatis petiolatis, caul. patentibus folioſis terminalibus. *Differt nonnihil a congeneribus.*

tataricus. 36. A. fol. radicalibus lanceolato-ovatis ſerratis ſcabris, caule paucifloro. *Suppl. p.* 373.

† *Seorſim collocantur.*

hiſpidus. 37. A. fol. infimis oblongis crenatis ſcabris, caulinis lanceolatis integris ciliatis, caule ſcabro. *Thunb. jap. mſpt.* M.

ſcaber. 38. A. fol. oblongis ſerratis ſcabris, pedunculis paniculatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

955. SOLIDAGO. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex.
1232. *Cor.* radii circiter 5. *Cal.* ſquamae imbricatae, clauſae.

ſempervirens. 1. S. foliis lanceolatis ſubcarnoſis glaberrimis margine ſcabriuſculis, panicula corymboſa.

canadenſis. 2. S. paniculata-corymboſa, racem. recurvatis, flor. adſcendentibus, fol. trinerviis ſubſerratis ſcabris.

altiſſima. 3. S. paniculato-corymboſa, racem. recurvis, flor. adſcendentibus, fol. enerviis ſerratis.

lateriflora. 4. S. panic. corymboſa, racem. recurvis adſcendentibus, caule inferne ramoſo floriferoque.

bicolor. 5. S. racem. ſpicatis, fol. ſubſerratis, florum radio bicolore. *Mant.* 114.

lanceolata. 6. S. corymb. terminalibus, fol. lineari-lanceolatis integerrimis trinerviis. *Mant.* 114.

caeſia. 7. S. panic. corymboſa, racem. ſupra denſioribus, caule glabro laevi.

mexicana. 8. S. caule obliquo, pedunc. erectis foliolatis ramoſis, fol. lanceolatis integerrimis.

flexicaulis. 9. S. caule flexuoſo, fol. ovatis acuminatis ſerratis, racem. lateralibus ſimplicibus.

latifolia. 10. S. caule erecto, fol. ovatis acuminatis ſerratis, racem. lateralibus ſimplicibus.

Vir-

Virgaurea. 11. S. caule ſubflexuoſo angulato, racem. paniculatis erectis confertis. — *Fl. dan. t. 663.* M.

minuta. 12. S. caule ſimpliciſſimo, fol. caulinis integerrimis, pedunc. axillaribus unifloris.

rigida. 13. S. fol. caulinis ovatis ſcabris integerrimis, ram. alternis faſtigiatis, corymb. terminalibus.

noveboracenſis. 14. S. fol. radicalibus ovato-oblongis petiolatis, caule nudiuſculo ramoſo faſtigiato.

957. CINERARIA. *Recept* nudum. *Pappus* ſimplex.
1242. *Cal.* ſimplex, polyphyllus, aequalis.

geifolia. 1. I. pedunculis ramoſis, foliis reniformibus ſuborbiculatis ſublobatis dentatis petiolatis. *Berg. cap. 289.*

cymbalarifolia. 2. C fol. lyratis: impari reniformi denticulato; caulinis ſummis amplexicaulibus lobatis integerrimis.

ſibirica. 3. C. racemo ſimplici, fol. cordatis obtuſis denticulatis laevibus, caule ſimpliciſſimo monophyllo. *Mant 472. Bracteae 2, oblongae, emarceſcentes.*

glauca. 4. C. racemo ſimplici, fol. ſpatulato-cordatis integerrimis, caule ſimpliciſſimo. *Folia colore Crambes maritimae, ſubcarnoſa glauca petiolis marginato ſpatulatis.*

ſonchifolia. 5 C. fol. amplexicaulibus ſinuatis difformibus.

cordifolia. 6. C. panicula pauciflora, fol. caulinis petiolatis cordatis acute ſerratis glabris, caule angulato. *Suppl. p. 375.* Cineraria cordifolia. *Jacq. auſtr. v. 2. t. 176.* — Varietas *β.* Cineraria cordifolia auriculata. *Jacq. auſtr. v. 2. t. 177. in qua petioli foliorum ſuperiorum appendiculati ad baſin, non in medio, ita ut non poſſim cum Senecione alpino Suppl. p. 371. eandem habere.* M.

criſpa. 7. C. floribus paniculatis, fol. caulinis ſpatulato-oblongis ſerratis obtuſis amplexicaulibus, baſi dilatato-dentatis. *Suppl. p. 376.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 178.*

integrifolia. 8. C. *α. alpina*, flor. umbellatis, fol. denticulatis lanceolatis, radicalibus ſpatulatis. *Murr. Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 179.* M.

β pra-

β. *pratenſis*, – – – fol ſubintegris, radicalibus baſi ſenſim anguſtatis. *Staturae minoris quam praecedens. Murr.* Cineraria alpina γ. integrifolia. *Linn. ſpec. pl. p. 1243. Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 180.* M.

longifolia. 9. C. fol. obſolete denticulatis, omnibus oblongis. M. *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 181. Proxime venit ad Cinerariam integrifoliam.* M.

paluſtris. 10. C. floribus corymboſis, fol. lato-lanceolatis dentato-ſinuatis, caule villoſo. *Fl. dan. t. 573.*

aurea. 11. C. flor. corymboſis, fol. lanceolatis ſerratis ſubtus tomentoſis.

maritima. 12. C. flor. paniculatis, fol. pinnatifidis tomentoſis: laciniis ſinuatis, caule fruteſcente.

canadenſis. 13. C. flor. paniculatis, fol. pinnatifidis ſubvilloſis: laciniis ſinuatis, caule herbaceo.

capillacea. 14. C. fol. pinnatis, pinnis capillaceis integris. *Suppl. p. 375.*

linifolia. 15. C. pedunc. unifloris, fol. ſparſis, caule fruticoſo.

purpurata. 16. C. caule ſubbifloro, fol. obovatis ſubtomentoſis. *Mant. 285.*

Amelloides. 17. C. pedunc. unifloris, fol oppoſitis ovatis nudis, caule ſuffruticoſo. *Berg cap. 290. Amello lychnitidi ſimilis. Radius coeruleus. Folia petiolata ovato-oblonga, viridia, nec cinerea.*

americana. 18. C. fruticoſa, paniculis axillaribus, fol. alternis petiolatis lato-lanceolatis ſerratis ſupra glabris ſubtus canis. *Suppl. p. 373.*

alata. 19. C. caule herbaceo, fol. obovatis decurrentibus, flor. corymboſis. *Suppl. p. 374.*

elongata. 20. C. fol. ſubcordatis eroſis, pedunculis longiſſimis ſubulato-ſquamoſis. *Suppl. p. 374.*

Cacalioides. 21. C. fol. teretibus oblongis carnoſis, panicula terminali elongata pauciflora, pedunculis alternis. *Suppl. p. 374.*

denticulata. 22. C. fol. lanceolatis glabris denticulatis, flor. paniculatis. *Suppl. p. 375.*

perfoliata. 23. C. fol. ovatis cordatis amplexicaulibus, pedunculis unifloris elongatis. *Suppl p. 375.*

lineata. 24. C. fol. lanceolatis ſubtus tomentoſis apice ſerratis baſi dentatis. *Suppl. p. 375.*

haſtifolia. 25. C. fol. haſtatis: laciniis lateralibus bifidis divaricatis. *Suppl. p. 376.*

japo-

japonica. 26, C. fol. enſiformibus dentatis tomentoſis, flor. terminalibus. *Thunb. jap. mſ. t.* M.

956. INULA. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Anthe-*
1256. *rae* baſi in ſetas duas deſinentes.

Helenium. 1. I. foliis amplexicaulibus ovatis rugoſis ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis. — *Fl. dan. t.* 728. M.

odora. 2. I. fol. amplexicaulibus dentatis hirſutiſſimis: radicalibus ovatis; caulinis lanceolatis, caule paucifloro. *Folia mollia: caulina amplexicaulia. Flos 1 ſ. 2 pedunculatus.*

ſuaveolens. 3. I. fol. lanceolatis ſubſerratis: inferioribus petiolatis, ſuperioribus ſeſſilibus, caule multifloro ſubcorymboſo. *Jacq. in Litt. Hort. v. 3. t.* 51. M.

Oculus Chriſti. 4. I. fol. amplexicaulibus oblongis integris hirſutis, caule piloſo corymboſo — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 223. M.

britannica. 5. I. fol. amplexicaulibus lanceolatis ſerratis diſtinctis ſubtus villoſis, caule ramoſo erecto villoſo. *Fl. dan. t.* 413.

dyſenterica. 6. I. fol. amplexicaulibus cordato-oblongis, caule villoſo paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. *Fl. dan. t.* 410.

undulata. 7. I. fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis undulatis. *Mant.* 115.

indica. 8. I. fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis ſerratis, pedunc. unifloris filiformibus, flor. globoſis. *Folia ſubſcabra, ſubtus ſubtomentoſa. Calyx cum diſco corollae conficit globum. Flos luteus diſco flavo.*

Pulicaria. 9. I. fol. amplexicaulibus undulatis, caule proſtrato, flor. ſubgloboſis radio breviſſimo. — *Fl. dan. t.* 613. M.

arabica. 10. I. fol. oblongis ſeſſilibus, pedunc. filiformibus, calycib. cylindricis. *Mant.* 115.

ſpiraeifolia. 11. I. fol. ſubſeſſilibus ovato-oblongis nudis reticulatis conſertis ſerrulatis, flor. terminalibus ſubſeſſilibus.

ſquarroſa. 12. I. fol. ſeſſilibus ovalibus laevibus reticulato-venoſis ſubcrenatis, cal. ſquarroſo. *Caulis pubeſcens, ſtriatus, ſaepe uniflorus. Folia ſeſſilia.*

lia, ſcabriuſcula, nuda, ſubſerrata, margine magis ſcabra. Flos terminalis, ſeſſilis. Calyx foliolis lanceolatis, exterioribus majoribus.

Bubonium. 13. I. fol. lanceolatis rigidulis denticulatis, ſubvilloſis ſeſſilibus, caule ramisque ſubbifloris, cal. ſquarroſo. *Jacq. in Litt. Fl. auſt. v. 5. app. t. 19.* M.

ſalicina. 14. I. fol. lanceolatis recurvis ſerrato ſcabris, ramis angulatis, flor. inferioribus altioribus. — *Fl. dan. t. 786.* M.

hirta. 15. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis recurvis ſubſerrato-ſcabris, caule teretiuſculo ſubpiloſo, flor. inferioribus altioribus. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 358.* M. *Folia utrinque hirta lanugine ſubrufa.*

mariana. 16. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis ſubſerratis piloſis, pedunc. ſubunifloris ſubviſcoſis: foliolis linearibus.

germanica. 17. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis recurvis ſcabris, flor. ſubfalcatis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 134.* M.

japonica. 18. I. fol. ſeſſilibus lanceolatis denticulatis, pedunculis virgatis unifloris. *Thunb. jap. mſpt.* M.

dubia. 19. I. fol. ſeſſilibus oblongis ciliatis, caule unifloro. *Thunb. l. c.* M.

enſifolia. 20. I. fol. ſeſſilibus linearibus acuminatis nervoſis glabris ſparſis, caule ſubunifloro. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 162.* M.

crithmifolia. 21. I. fol. linearibus carnoſis tricuſpidatis.

provincialis. 22. I. fol. ſubſerratis ſubtus tomentoſis: radicalibus petiolatis ovatis, caule erecto unifloro.

montana. 23. I. fol. lanceolatis hirſutis integerrimis, caule unifloro, calyce brevi imbricato.

aeſtuans. 24. I. fol. ſpatulatis ſubtus tomentoſis.

bifrons. 25. I. fol. decurrentibus oblongis denticulatis, flor. congeſtis terminalibus ſubſeſſilibus.

coerulea. 26. I. fol. decurrentibus obovatis ſubſerratis, caule ſuffruticoſo, flor. ſeſſilibus terminalibus. *Mant. 471.* Inula cernua *Berg. cap. 288. Antherae caudatae. Radius coeruleus.*

aromatica. 27. I. fol. linearibus integerrimis tomentoſis ſparſis, caule fruticoſo.

pinifolia. 28. I. fol. ſubulato-linearibus triquetris confertiſſimis, caule fruticoſo. *Mant. 472.*

foetida.

foetida. 29. I. fol. lanceolato-linearibus integerrimis, corymb. ramoſis, radiis florum breviſſimis. Pſeudo-Helichryſum melitenſe, retuſis foliis viridibus, flore luteo radiato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 90. (*Excluſa Milleri figura.*) *Affinis Senec. foetido. Habitus Cinerariae.*

958. ARNICA. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Corollulae* radii filamentis 5 absque antheris.
1245.

montana. 1. A. foliis ovatis integris: caulinis geminis oppoſitis. *Fl. dan. t.* 63.

piloſelloides. 2. A. fol. integerrimis ellipticis villoſis, ſcapo unifloro aphyllo lanato, calyce radium aequante.

ſcorpioides. 3. A. fol alternis dentatis mollibus. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 349 *Semina omnia papPoſa.*

Doronicum. 4. A. fol. alternis ſubſerratis, oblongis aſperis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr.* 1. *t.* 92.

maritima. 5. A. fol. lanceolatis: inferioribus ſerratis, caule folioſo multifloro.

crocea. 6. A. fol. ovatis repando-denticulatis ſubtus tomentoſis. *Folia quibusdam cordata.*

ciliata. 7. A. fol. amplexicaulibus ovatis dentatis ciliatis glabris, caule ſimplici unifloro. *Thunb. jap. mſpt.* M.

japonica. 8. A. fol. inciſo-palmatis denticulatis, flor. terminalibus ſubbinis. *Thunb. l. c.* M.

palmata. 9. A. foliis inciſo-palmatis dentatis, flor. paniculatis. *Thunb. l. c.* M. *Eſt ſine dubio* Arnica japonica. *Suppl. p.* 376. M.

Gerbera. 10. A. fol. pinnatifidis: lobis rotundatis.

coronopifolia. 11. A. fol. pinnatis: laciniis linearibus.

959. DORONICUM. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. *Calycis* ſquamae duplicis ordinis aequales, diſco longiores. *Sem.* radii nuda pappoque deſtituta.
1247.

Pardalianches. 1. D. foliis cordatis obtuſis denticulatis: radicalibus petiolatis; caulinis amplexicaulibus. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 350. M. *Semina radii*

dii nuda. Caulis ramoſus. — Doronicum auſtriacum. *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 130. differt ab iſto praecipue, quod radix lignoſa et parum prolifera ſit, in D. Pardalianche autem radix in omnem ambitum ceſpitoſe et longa diſtantia ſurculos trudat. Varietates igitur modo habeo.* M.

plantagineum. 2. D. fol. ovatis acutis ſubdentatis, ramis alternis. *Caulis ramoſus.*

Bellidiaſtrum. 3. D. caule nudo ſimpliciſſimo unifloro — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 400.* M. *Semina pappoſa. Turr.*

960. PERDICIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex. 1258. *Corollulae* bilabiatae.

ſemifloſculare. 1. P. flore ſemifloſculoſo, ſcapo unifloro nudo.

radiale. 2. P. floribus ſubradiatis, calyce exteriore tetraphyllo, caule fruticoſo.

braſilienſe. 3. P. flor. ſubradiatis, calycibus ſimplicibus, caule herbaceo. *Mant.* 115.

magellanicum. 4. P. fol. runcinatis, caule diphyllo ſimplici unifloro. *Suppl. p.* 376.

tomentoſum. 5. P. fol. lyratis ſubtus tomentoſis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

1421. MUTISIA. *Recept* nudum. *Pappus* plumoſus. *Cal.* cylindricus, imbricatus. *Corollulae radii* ovali-oblongae; *diſci* trifidae. *Suppl. p.* 57.

Clematis. 1. MUTISIA. *Supp. p.* 373.

961. HELENIUM. *Recept.* nudum: *Radii* paleaceum. 1248. *Pappus* 5 ariſtatus *Cal* ſimplex, multipartitus. *Corollulae* radii ſemitrifidae.

autumnale. 1. H. foliis ſerratis. *Speciem alteram foliis integerrimis Mill. dict. non vidi.*

962. **BELLIS.** *Recept* nudum, conicum, *Pappus* nullus. *Cal* hemiſphaericus: ſquamis aequalibus. *Sem.* obovata.
1248.

perennis. 1. B. ſcapo nudo. *Fl. dan. t.* 503

annua. 2. B. caule ſubfolioſo. (*Excluſo Triumfetti et Bocconis ſynonymo.*)

1322. **BELLIUM.** *Recept.* nudum. *Sem.* conica corona paleacea 8-phylla, *Pappoque* ariſtato. *Cal* foliolis aequalibus.

bellidioides. 1. B. ſcapis nudis filiformibus. *Mant.* 285. Bellis annua minima. *Triumf. obſ.* 82. *t.* 82. Bellis maritima minima, roris ſolis folio pyrenaica. *Bocc. muſ.* 149. *t.* 107. *Raj. ſuppl* 222.

minutum. 2. B. caule folioſo. *Mant.* 286. Pectis minuta. *Sp. plant.* 1250. Bellis cretica fontana omnium minima. *Tournef. Cor.* 37. *Vaill. act.* 547. — *Schreb. in act. upſ. nov. v.* 1. *p.* 84. *tab.* 5. *fig.* 2. M. *Planta inter omnium minutiſſimas.*

964. **TAGETES.** *Recept.* nudum. *Pappus* ariſtis 5, erectis. *Cal* 1-phyllus, 5-dentatus, tubuloſus. *Floſculi* radii 4, perſiſtentes.
1249.

patula. 1. T. caule ſubdiviſo patulo.

erecta. 2 T. caule ſimplici erecto, pedunculis nudis unifloris.

minuta. 3. T. caule ſimplici recto, pedunc. ſquamoſis multifloris.

963. **LEYSERA.** *Recept.* ſubpaleaceum. *Pappus* paleaceus; diſci etiam plumoſus. *Cal.* ſcarioſus.
1249:

gnaphalodes. 1. L. foliis ſparſis, floribus pedunculatis. *Seb. muſ.* 2. *t.* 66. *f.* 6. *Caulis prolifer. Folia ſparſa, filiformia, villoſo incana, ſetis breviſſimis ſparſis glanduliferis. Pedunculi terminales ſolitarii, purpurei. Calyces turbinati ſquamis omnibus ſcarioſis. Margines foliorum ciliati glandulis pilo inſidentibus. Semina omnia coronata margine membranaceo, ſed inſuper diſci ſemina pap-*

pappoſa. Receptaculum radii paleaceum, diſci nudum. Dav. Royen.

Callicornia. 2. L. fol. trifariis, flor. ſubſeſſilibus. *Mant.* 286. Callicornia gnaphalodes. *Burm. prodr.* 24. *Pluk. phyt.* 350. *f.* 4.

paleacea. 3. L. fol. triquetris apice calloſis recurvatis *Roy.* Leyſera ericoides, *Berg. cap.* 294. *Folia variis pilis obſita, interius ſulco tomentoſo exarata. Receptaculum totum paleis longitudine fere florum. Seminum corona omnis membranacea; nec ulla pappoſa. Hinc* Buphthalmis *charactere convenit, ſed adeo ſimilis priori, ut facie vix diſtinguatur.*

974. ZINNIA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* ariſtis 2 erectis. *Cal* ovato-cylindricus, imbricatus. *Floſcula* radii 5, perſiſtentes, integri.
1269.

pauciflora. 1. Z. floribus ſeſſilibus. Verbeſina fol. oppoſitis ovatis acutis integerrimis ſcabris. *Acta petrop.* 1763. *p.* 325. *t.* 13. *Flores lutei.*

multiflora. 2. Z. flor. pedunculatis. *Linn. dec* 23. *t.* 12. *Jacq. obſ.* 2. *t.* 40. *Caulis hirtus; Folia petiolata; Radius ruber. Habitat in Louiſania.*

965. PECTIS. *Recept.* nudum. *Pappus* ariſtatus. *Cal.* 5-phyllus, cylindricus. *Floſculi* radiantes 5.
1250.

ciliaris. 1. P. foliis linearibus ciliatis.

punctata. 2. P. fol. linearibus integerrimis ſubtus punctatis. *Jacq. amer. pict. p.* 106 *t.* 196. M.

linifolia. 3. P. fol. linearibus integerrimis utrinque laevibus.

966. CHRYSANTHEMUM. *Recept.* nudum. *Pappus* marginatus. *Cal.* hemiſphaericus, imbricatus: ſquamis marginalibus membranaceis.
1251.

* *Leucanthema.*

fruteſcens. 1. C. fruticoſum, foliis carnoſis linearibus pinnatis dentatis apice trifidis.

ſerotinum. 2. C. fol. lanceolatis ſuperne ſerratis utrinque acuminatis.

atratum. 3. C. fol. omnibus cuneiformibus oblongis inciſis carnoſis. *Folia Radicalia cuneiformia, ſpice lobata; Caulina lanceolata, ſerrata. Caulis uniflorus. Calyx margine atro.*

alpinum. 4. C. fol. cuneiformibus pinnatifidis: laciniis integris, caul. unifloris. *Ger. prov* 206. *Calycis ſquamae nigrae ſcarioſae.*

Leucanthemum. 5. C. fol amplexicaulibus oblongis: ſuperne ſerratis; inferne dentatis. β. Bellis montana. folio obtuſo crenato. *Bauh pin* 261. *prodr.* 121. *Barr. ic.* 458. *f.* 2. *Ger. prov.* 206. γ. Leucanthemum vulgare, caule villis caneſcente. *Tournef. inſt* 492. *Semina nigra ſtriis albis capitulo luteo cylindrico cavo.*

montanum. 6. C. fol. imis ſpatulato-lanceolatis ſerratis: ſummis linearibus *Varietas* C. Leucanthemi *ſecundum Gerardum*

graminifolium. 7. C. fol. linearibus ſubintegerrimis.

monſpelienſe. 8. C. fol. imis palmatis: foliolis linearibus pinnatifidis

Balſamita. 9. C. fol. ovatis oblongis ſerratis auriculatis. *Simillimum Tanaceto Balſamitae, ſed radiatum. Caulis ſubangulatus, ramoſus Folia lanceolato-ovata, obtuſiuſcula. ſerrata. ſubtomentoſa, petiolata, auricula utrinque parva. Flos Aſteris annui Calyx fere Achilleae. Corolla lutea radio albo. Pappus nullus.*

inodorum. 10. C. fol pinnatis multifidis, caule ramoſo diffuſo. — *Fl. dan. t.* 896. M.

Achilleae. 11. C. fol. bipinnatis: pinnis imbricatis, caule ſtricto multifloro. Parthenium foliis tenuiſſimis, achilleae caeſuris *Mich. gen.* 34. *t.* 29. *Habitat in Italia.* ♃. *Caulis erectus, ſubangulatus, pedalis, multiflorus. Folia Milleſolii, ſed octuplo majora: punctis eminentibus vix conſpicuis adſperſa; ſubtus pilis albis raris; apicibus mucrone terminali albido.*

corymboſum. 12. C. fol. pinnatis inciſo ſerratis, caule multifloro. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 379. M.

** *Chry-*

** *Chryſanthema.*

indicum. 13. C. fol. ſimplicibus ovatis ſinuatis angulatis ſerratis acutis.

pinnatifidum. 14. C. fruticoſum, fol. ſimplicibus oblongis pinnatifidis: pinnis ſerratis. *Suppl. p. 377.*

arcticum. 15. C. fol. ſimplicibus cuneiformibus ſubpalmatis multifidis obtuſis.

pectinatum. 16. C. fol. pinnatis linearibus parallelis acutis integerrimis, pedunc. ſolitariis unifloris.

ſegetum. 17. C. fol. amplexicaulibus: ſuperne laciniatis; inferne dentato-ſerratis.

myconis. 18. C. fol. lingulatis obtuſis ſerratis, calyc. ſquamis aequalibus. *Caulis erectus, laevis, teretiuſculus. Folia extrorſum latiora, obtuſa, obtuſe ſerrata, laevia, ſemiamplexicaulia. Pedunculus terminalis, ſtriatus, obſcurior, apice non incraſſatus. Calyx ſquamis apice ſcarioſis. Corolla ſaturate lutea. Radius brevis, tridentatus. Seminum corona membranacea.*

italicum. 19. C. fol. bipinnatis ſerratis, florum radiis longitudine diſci, caule procumbente. *Mant. 116.*

millefoliatum. 20. C. fol. bipinnatis dentatis, caule decumbente, corollae radiis diſco brevioribus. Anthemis millefolia. *Sp. pl. 1265. Diſcus omnino absque paleis. Differt a C. bipinnato diſci corollarum diametro non ſuperante longitudinem calycis, at C. bipinnatum diſco duplo latiore gaudet. Affinis C. italico.*

bipinnatum. 21. C. fol. bipinnatis ſerratis villoſis, radiis diſco brevioribus.

coronarium. 22. C. fol. pinnatis inciſis extrorſum latioribus.

floſculoſum. 23. C. floſculis omnibus uniformibus hermaphroditis. β. Cotula grandis. *Sp. pl. 1257. Mant. 473.* *ſempervirens. Folia obovata, ſinuato dentata, rigidula. Flos terminalis, ſolitarius. G.*

† *Addo ſeorſim:*

japonicum. 24. C. fol. petiolatis apice inciſis dentatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

967. MATRICARIA. *Recept* nudum. *Pappus* nullus.
1255. *Cal.* hemiſphaericus, imbricatus: marginalibus ſolidis, acutiuſculis.

Parthenium. 1. M. foliis compoſitis planis: foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. — *Fl. dan. t.* 674. M.
maritima. 2. M. receptaculis hemiſphaericis, fol. bipinnatis ſubcarnoſis: ſupra convexis, ſubtus carinatis.
ſuaveolens. 3. M. receptac. conicis, radiis deflexis, ſquamis calycinis margine aequalibus.
Chamomilla. 4. M. receptac. conicis, radiis patentibus, ſquamis calycinis margine aequalibus.
argentea. 5. M. foliis bipinnatis, pedunc. ſolitariis.
Aſteroides. 6. M. fol. lanceolatis integris glabris obliquis. *Mant.* 116.

1420. UNXIA. *Recept* nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* 5-phyllus: foliolis ovatis. *Flores radii et diſci* quinque. *Suppl. p.* 56.

camphorata. 1. Unxia. *Suppl. p.* 368.

968. COTULA. *Recept.* ſubnudum. *Pappus* marginatus.
1256. *Corollulae* diſci 4-fidae; radii fere nullae.

Anthemoides. 1. C. foliis pinnato-multifidis dilatatis, floribus floſculoſis *Murr Fl. Gott.* 230. β. Artemiſia nilotica. *Sp. pl.* 1188. *Caulis piloſus. Folia pinnatifida, inciſa Pedunculi longi, ſolitarii, uniflori Flos globoſus, cernuus, luteus. Calyx non imbricatus.*
aurea. 2. C. fol. pinnato-ſetaceis multifidis, flor. floſculoſis cernuis. (*Excluſis C. B. et Lob. ſynonymis*) *Flores absque paleis floſculis quadrifidis.*
ſtricta. 3. C. fol. pinnatifidis planis nudis punctatis, caule erecto ſtricto, flor. radiatis. *Mant.* 287. *Syſt. nat.* 12. *p.* 734. Lidbeckia pectinata. *Berg. cap.* 306. *t.* 5. *f.* 9.
coronopifolia. 4. C. fol. lanceolato-linearibus amplexicaulibus dentatis, flor. floſculoſis. *Fl. dan. t.* 341.
umbellata. 5. C. fol. lanceolatis hirſutis, floribus umbellatis, caule erecto. *Suppl. p.* 378.

quin-

quinqueloba. 6. C. quinquelobis ſubtomentoſis, caulibus erectis. *Suppl. p. 377.*

viſcoſa. 7. C. fol. lyrato-pinnatis, flor. radiatis.

turbinata. 8. C. receptaculis ſubtus inflatis turbinatis, flor. radiatis. *Mant. 473.*

tanacetifolia. 9. C. fol. tripinnatis: lacinulis acutis, caule erecto, flor. floſculoſis corymboſis. *Floſculi foeminei vix ulli; diſci quadrifidi.* ⊙

Verbeſina. 10. C. fol. oppoſitis trinerviis cordatis crenatis, flor. radiatis pedunculatis binis. *Mant. 473.*

capenſis. 11. C. fol. pinnatis ſubcarnoſis teretiuſculis: infimis ſubbipinnatis, flor. radiatis. *Mant. 287.* Matricaria capenſis. *Mant. 115.* Matricaria africana. *Berg. cap. 296.* Chamaemelum africanum annuum, petalis florum brevibus magisque ſparſis. *Raj. ſuppl. 224.* Chamaemelum leucanthemum craſſioribus foliis e Cap. b. ſpei. *Pluk. mant. 45.* *Corollulae radii diſtantes, ſubpedicellatae, lineatae, neutrae. Planta Chamomillae ſimilis.*

pilulifera. 12. C. fol. bipinnatis, capitulis globoſis, caule erecto. *Suppl. p. 378.*

**** *Caule proſtrato, foliis integris.* M.

depreſſa. 42. L. depreſſa, fol. lanceolatis, caule carnoſo. *Suppl. p. 395.*

1007. VIOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, poſtice cornuta. *Capſ.* ſupera, 3-valvis, 1-locularis.
1323.

* *Acaules.*

palmata. 1. V. acaulis, foliis palmatis quinquelobis dentatis indiviſisque.

pedata. 2. V. acaulis, fol. pedatis ſeptempartitis.

pinnata. 3. V. acaulis, fol. pinnatifidis. *Gmel. ſib. 4. p. 101. t. 49. f. 4.*

lanceolata. 4. V. acaulis, fol. lanceolatis crenatis. *Gmel. ſib. 4. t. 49. f. 2.*

primulifolia. 5. V. acaulis, fol. oblongis ſubcordatis, petiol. membranaceis.

hirta. 6. V. acaulis, fol. cordatis piloſo-hiſpidis. — *Fl. dan. t. 618.* M. *Mant. 483.*

paluſtris. 7. V. acaulis, fol. reniformibus. *Fl. dan. t. 83.*

odo-

odorata. 8. V. acaulis, fol. cordatis, ſtolonibus reptantibus. *Fl. dan. t. 309. Mant. 483.*

** *Cauleſcentes.*

canina. 9. V. caule adultiore adſcendente, fol. oblongo cordatis. *Mant. 484.*

montana. 10. V. caulibus erectis, fol. cordatis oblongis.

cenifia. 11. V. caul. filiformibus indiviſis prorepentibus, fol. ovatis integerrimis glabris, ſtipul. indiviſis.

canadenſis. 12. V. caule erecto, fol. cordatis acuminatis.

mirabilis. 13. V. caule triquetro, fol. reniformi cordatis, flor. caulinis apetalis. *Jacq. auſt. t. 19.*

biflora. 14. V. caule bifloro, fol. reniformibus ſerratis. *Fl. dan. t. 46.*

uniflora. 15. V. caule unifloro, fol. cordatis dentatis. *Gmel. ſib. 4. p. 101. t. 48. f. 5.*

decumbens. 16. V. cauleſcens procumbens, fol. linearibus confertis. *Suppl. p. 397.*

*** *Stipulis pinnatifidis; Stigmate urceolato.*

tricolor. 17. V. caule triquetro diffuſo, fol. oblongis inciſis, ſtipul. pinnatifidis. — *Fl. dan. t. 623.* M.

grandiflora. 18. V. caule triquetro ſimplici, fol. oblongiuſculis, ſtipul. pinnatifidis. *Mant.* 120. Viola caule triquetro erecto, foliis cordatis crenatis, ſtipulis dentatis, radice repente. *Hudſ. angl. 331.*

calcarata. 19. V. caule abbreviato, fol. ſubovatis, ſtip. pinnatifidis, nectariis calyce longioribus.

cornuta. 20. V. caule elongato, fol. oblongo-ovatis, ſtip pinnatifidis, nectariis ſubulatis corolla longioribus.

arboreſcens. 21. V. caule fruticoſo, fol. lanceolatis integerrimis.

*** *Floribus erectis, nec reſupinatis.*

enneaſperma. 22. V. caule baſi ramoſiſſimo, fol. lanceolato-linearibus integerrimis diſtantibus, calyc. poſtice aequalibus.

ſuffruticoſa. 23. V. caule procumbente, fol. lanceolatis ſubſerratis confertis, calyc. poſtice aequalibus.

Calceolaria. 24. V. caule ſimplici hirſuto herbaceo, fol. lanceolatis piloſis, flor. ſolitariis.

oppoſitifolia. 25. V. caule ſuffruticoſo brachiato, fol. oppoſitis, flor. racemoſis.

Hybanthus. 26. V. arboreſcens ſcandens aculeata, fol. oblongis obtuſis glabris. — *Jacq. amer. pict. p. 107. t. 260. f. 21.* M. *Pedunculi multiflori.*

Ipecacuanha. 27. V. foliis ovalibus margine ſubtusque piloſis. Viola grandiflora, veronicae folio villoſo. *Barr. aequin.* 113. *An ſatis diverſa a V. diandra. Suppl. p. 397. Linn. Diſſ. de Viola ſpec. p. 1,* Pombalia Ipecacuanha *Vandell. faſc.* 1771. *p.* 7. *t.* 1. *Radicem Ipecacuanhae albae ex hac ſtirpe eſſe, variis placet. Certe mater Ipec. fuſcae non eſt.*

diandra. 28. V. caule ſerpente herbaceo, fol. oblongis, pedunc. unifloris. † *Caulis filiformis ſerpendo ſcandens per ſepes. Folia alterna, remota. Pedunculi ſolitarii, uniflori, articulati, incraſſati. Bracteis 2 minutis. Calyx poſtice minime protruſus. Corolla alba: Petalum ſupremum incumbens maximum, quaſi ringens galea trifida. Pet. lateralia adſcendentia. Pet. infima minora deorſum flexa; horum ſupremum poſtice exit in nectarium ſ. calcar longiſſimum contortum. Stamina 5, horum 3 anteriora ſterilia; 2 poſtica fertilia. Allamand.*

1008. IMPATIENS. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, nectario cucullato.
1328. *Capſ.* ſupera, 5-valvis.

* *Pedunculis unifloris.*

chinenſis. 1. I. pedunculis unifloris ſolitariis, foliis oppoſitis ovatis: nectariis arcuatis.

latifolia. 2. I. pedunc. unifloris ſolitariis, fol. ovatis: ſerraturis lanceolatis, nectariis flore longioribus.

oppoſitifolia. 3. I. pedunc. unifloris aggregatis, fol. oppoſitis linearibus.

cornuta. 4. I. pedunc. unifloris aggregatis, fol. lanceolatis, nectariis flore longioribus.

Balſamina. 5. I. pedunc. unifloris aggregatis, fol. lanceolatis: ſuperioribus alternis, nectariis flore brevioribus.

** *Pedunculis multifloris.*

triflora. 6. I. pedunc. trifloris ſolitariis, fol. anguſto-lanceolatis.

Noli tangere. 7. I. pedunc. multifloris ſolitariis, fol. ovatis, geniculis caulinis tumentibus. *Fl. dan. t.* 588.

CLAS-

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

1009. Orchis. *Nectarium* corniculatum.
1010. Satyrium. *Nectarium* ſcrotiforme.
1011. Ophrys. *Nectarium* ſubcarinatum.
1012. Serapias. *Nectarium* ovatum, ſubtus gibbum.
1013. Limodorum. *Nectarium* pedicellatum.
1015. Cypripedium. *Nectarium* inflato-ventricoſum.
1016. Epidendrum. *Nectarium* turbinatum.
1014. Arethusa. *Nectarium* connatum cum corolla ringente.
1272. Gunnera. 2-gyna. Amenti *Cal.* o. *Cor.* o *Sem.* 1.
1423. Disa. *Spatha* 1-valvis. *Petala* 3: tertium minus, bipartitum, baſi gibboſum.
1424. Forstera. *Cal.* duplex: *exterior* inferus 3-phyllus; *interior* ſuperus, 6-fidus. *Cor.* tubuloſa.

TRIANDRIA.

1017. Sisyrinchium. 1-gyna. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala, plana. *Stigmata* 3. *Capſ.* 3-locularis, infera.
1018. Ferraria. 1-gyna. *Cal.* o. *Cor.* 6 petala, criſpa. *Stigma* cucullatum. *Capſ.* 3-locularis, infera.
1326. Salacia. 1-gyna. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Antherae* germini inſidentes.
1273. Stilago. 1-gyna. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Bacca.*

TETRANDRIA.

1019. Nepenthes. 1-gyna. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* nulla. *Capſ.* 4-locularis.

PENTANDRIA.

1327. Gluta. 1-gyna. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Germen* columnae, corollae adglutinatae, inſidens.

1020. Ayenia. 1-gyna. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 5-cocca.

1021. Passiflora. 3-gyna. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* pedicellata.

HEXANDRIA.

1022. Aristolochia. 6-gyna. *Cal.* nullus. *Cor.* 1-petala. *Capſ.* 6-locularis.

* *Cleome.*

1024. Pistia. 1-gyna. *Cal.* nullus. *Cor.* 1-petala. *Capſ.* 1-locularis.

OCTANDRIA.

1425. Scopolia. *Cal.* 2-phyllus, multiflorus. *Cor.* 4-fida. *Antherae* connatae in duplici columna.

DECANDRIA.

1024. Kleinhovia. 1-gyna. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Nectarium* ſtaminiferum. *Capſ.* 5-cocca.

1025. Helicteres. 1-gyna. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 5, 1-loculares, polyſpermae.

DODECANDRIA.

1232. Cytinus. 1-gynus. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Bacca* 8-locularis.

POLYANDRIA.

1027. Xylopia. 1-gyna. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 6-petala. *Drupa* ſicca.

1026. Grewia. 1-gyna. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* locularis.

1031. Pothos. Spatha. *Cal.* nullus. *Cor.* 4-petala. *Bacca* 1-ſperma.

1029. Dracontium. Spatha. *Cal.* nullus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* polyſperma.

1030. Calla. Spatha. *Cal.* nullus, *Cor.* nulla. *Stam.* mixta piſtillis.

1028. Arum. Spatha. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla. *Stam.* ſupra piſtilla.

1038. AMBROSINIA. Spatha. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla. *Stamina* alterius lateris diſſepimenti, alternis *piſtilla*.

1032. ZOSTERA. Folium. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla. *Sem.* alterna, nuda.

DIANDRIA.

1009. ORCHIS. *Nectarium* corniforme pone florem. 1330.

* *Corollae galea calcarata.*

bicornis. 1. O. bulbis indiviſis, corollis galea bicalcarata; labio quinquepartito.

biflora. 2. O. bulbis indiviſis, corollis galea unicalcarata; alis patentibus; labio lanceolato acuminato.

cornuta. 3. O. bulbis indiviſis, corollis galea unicalcarata; alis patentibus; labio minimo ſubovato.

ſpathulata. 4. O. bulbis indiviſis, corollae galea calcarata, labio cordato longiſſime pedicellato. *Suppl. p. 398.*

flexuoſa. 5. O. culmo flexuoſo, corollae galea calcarata, petalis duobus lineatis ſurcatis. *Suppl. p. 398.*

tripetaloides. 6. O. fol. lanceolatis, corollae galea fornicata obtuſa calcarata, nectario lanceolato minimo. *Suppl. p. 398.*

ſagittalis. 7. O. corollae galea calcarata biaurita, labio lanceolato. *Suppl. p. 399.*

barbata. 8. O. corollae galea erecta calcarata, nectario ſubtrifido ciliato. *Suppl. p. 399.*

draconis. 9. O. bulbis indiviſis, corollae galea calcarata, nectario lineari apice ovato. *Suppl. p.* 400.

tenella. 10. O. corollae galea calcarata baſi conica, nectario lineari. *Suppl. p.* 400.

** *Bulbis indiviſis.*

ſancta. 11. O. bulbis indiviſis? nectarii labio lanceolato quinquedentato: cornu incurvo, petalis conniventibus.

ſuſannae. 12. O. bulbis indiviſis, nectarii alis amplioribus ciliatis.

ciliaris. 13. O. bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato ciliato: cornu longiſſimo.

habenaria. 14. O. bulbis . . . nectarii labio tripartito: lateralibus ſetaceis: cornu filiformi petalis decuplo longiore. *Fl. dan. t.* 235.

biſolia. 15. O. bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longiſſimo, petalis patentibus. *Mant.* 485. *Hall. flor. t.* 35. *Labium lanceolatum. Petala alba patentia.*

ornithis. 16. O. bulbis indiviſis, nectarii labio ſubrotundo, cornu germine duplo longiori, petalis tribus exterioribus conniventibus, reliquis patentiſſimis. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 138. *Margo labii trilobatus, cornu filiforme.* M.

flexuoſa. 17. O. bulbis indiviſis, nectarii labio imbricato: petalis duobus occultatis filiformibus, ſcapo flexuoſo.

cucullata. 18. O. bulbis indiviſis, nectarii labio triſido, petalis confluentibus, caule nudo.

globoſa. 19. O. bulbis indiviſis, nectarii labio reſupinato triſido: media emarginata: cornu brevi, petalis apice ſubulatis. *Mant.* 484. *Hall. flor. t.* 27. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 265. M. *Corolla reſupinata. Labium triſidum media emarginata. Bulbi fuſiformes. Spica denſiſſima brevis; flores reſupinati, purpuraſcentes.*

pyramidalis. 20. O. bulbis indiviſis, nectarii labio bicorni triſido aequali integerrimo: cornu longo, petalis ſublanceolatis. *Mant.* 484. *Hall. flor. t.* 35. *Riv. hex. t.* 14. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 3. *t.* 226. M. *Labium triſidum, bicorne, integerrimum.*

coriophora. 21. O. bulbis indiviſis, nectarii labio triſido reflexo crenato: cornu brevi, petalis conniventibus. *Mant.* 485. *Hall. flor. t.* 34. *Riv. hex. t.* 20. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 2. *t.* 122. M. *Labium triſidum, ſerratum.*

cubitalis. 22. O. bulbis indiviſis, nectarii labio triſido filiformi: intermedia ovata: cornu germinibus breviore.

Morio. 23. O. bulbis indiviſis, nectarii labio quadriſido crenulato: cornu obtuſo adſcendente, petalis obtuſis conniventibus. *Mant.* 485. *Hall. flor. t.* 33. *Riv. hexap. t.* 19. *Fl. dan. t.* 253. *Labium lateribus crenulatum, triſidum media emarginata. Petala obtuſa, lineata.*

maſcula.

maſcula. 24. O. bulbis indiviſis, nectarii labio quadrilobo crenulato: cornu obtuſo, petalis dorſalibus reflexis. *Mant.* 485. *Hall. flor. t.* 33. *Fl. dan. t.* 457. *Riv. hex. t.* 10. *Segu. ver. t,* 15. *f.* 6. *Differt ab O. Morione Petalis exterioribus acutioribus longioribus; Labelli lacinia media bifida lateralibus longiore.*

uſtulata. 25. O. bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido punctis ſcabro: cornu obtuſo, petalis diſtinctis. *Mant.* 485. *Hall. flor. t.* 28. *Riv. hex t.* 17. *Fl. dan. t.* 103. *Segu. ver. t.* 15. *f.* 4. *Labium trifidum media biloba productiore punctis ſcabris. Petala diſtincta.*

militaris. 26. O. bulbis indiviſis, nectarii labio quinquefido punctis ſcabro: cornu obtuſo, petalis confluentibus. *Mant.* 485. *Hall. flor.* 28. 31. *Riv. hex. t.* 15. 16. *Labium trifidum media biloba productiore punctis ſcabris. Petala connata.*

fuſca. 27. O. bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido laciniis oblongis, cornu brevi, petalis confluentibus. *Jacq. in Litt. Fl. auſtr. v.* 4. *t.* 307. M.

moravica. 28. O. bulbis indiviſis, nectarii labio trifido, lacinia media ſubrotunda emarginata ampliſſima, petalis erectis conniventibus. *Jacq. in Litt. Miſc. v.* 3. *Icon. rar.* M.

papilionacea. 29. O. bulbis indiviſis, nectarii labio indiviſo crenato emarginato ampliato: cornu ſubulato, petalis conniventibus.

rubra. 30. O. bulbis indiviſis, nectarii labio indiviſo, crenulato integro rotundato, cornu ſubulato, petalis patulis. *Jacq. in Litt. Miſc. v.* 3. *Icon. rar.* M.

pallens. 31. O. bulbis indiviſis, nectarii labio trifido integerrimo, cornu obtuſo mediocri, petalis patentibus. *Mant.* 292. — *Jacq. Fl. auſtr. v.* 1. *t.* 45. M. Orchis bulboſa, floribus flaveſcentibus. *Segu. ver. t.* 8. *f.* 3. Orchis foetida ſylvatica praecox flore albo barba luteola. *Rupp. jen.* 2. *p.* 297. *Labium integerrimum, trifidum: media breviore emarginata.*

hiſpidula. 32. O. (*addo* M. bulbis indiviſis) culmo aphyllo, fol. reniformibus. *Suppl. p.* 401.

ſpecioſa. 33. O. bulbis indiviſis, ſcapo folioſo: fol. latis ovatis, labello quinquepartito: laciniis flexuoſis. *Suppl. p.* 401.

 *** *Bul-*

**** Bulbis palmatis.*

latifolia. 34. O. bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico: labio trilobo lateralibus reflexo, bracteis flore longioribus. *Mant. 486. Hall. flor. t. 32. Riv. hex. 19. Fl. dan. t. 266. — Mill. illuſtr. ic.* M. *Caulis fiſtuloſus.*

incarnata. 35. O. bulbis palmatis, nectarii cornu conico: labio obſcure trilobo ſerrato, petalis dorſalibus reflexis. *Hall. emend. 178. flor. 1280.*

ſambucina. 36. O. bulbis ſubpalmatis erectis, nectarii cornu conico: labio ovato ſubtrilobo, bracteis longitudine florum. *Fl. ſvec. 2. n. 803. Hall. flor. 1280. Segu. ver. t. 8. f. 5 — Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 108.* M. *Labium ſerratum, trilobum: medio emarginata punctis purpureis.*

maculata. 37. O. bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breviore: labio plano, petalis dorſalibus erectis. *Mant. 487. Hall. flor. t. 32. Riv. hex. t. 8. 11. Labium crenatum, trilobum media anguſtiſſima integerrima. Caulis ſolidus.*

odoratiſſima. 38. O. bulbis palmatis, nectarii cornu recurvo breviore: labio trilobo, foliis linearibus. *Mant. 487. Hall. flor. 29. — Jacq. Fl. auſtr. v. 3. t. 264. Labium trifidum aequale: media latiore acuta.*

conopſea. 39. O. bulbis palmatis, nectarii cornu ſetaceo germinibus longiore: labio trifido, petalis duobus patentiſſimis. *Mant. 487. Hall. flor. t. 29. Riv. hex. t. 11. Fl. dan. t. 224. Labium trifidum, crenulatum, aequale.*

flava. 40. O. bulbis palmatis, nectarii cornu filiformi longitudine germinis: labio trifido integerrimo.

***** Bulbis faſciculatis.*

fuſceſcens. 41. O. bulbis faſciculatis, nectarii cornu longitudine germinis, labio ovato baſi dentato.

ſtrateumatica. 42. O. bulbis faſciculatis, nectarii labio bilobo integerrimo: cornu longitudine germinis.

hyperborea. 43. O. bulbis faſciculatis, nectarii cornu longitudine germinis: labio lineari integerrimo truncato. *Mant. 121.* Orchis bulbis fibroſis, calcari germine breviore, labio tripartito: laciniis aequalibus integerrimis. *Fl. dan. t. 333.*

abor-

abortiva. 44. O. bulbis faſciculatis filiformibus, nectarii labio ovato integerrimo, caule aphyllo. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 2. t. 193. Hall. flor. t. 36.* Pſeudo Limonodorum auſtriacum. *Cluſ. hiſt. 1. p. 270. Caulis aphyllus. Flores violacei.*

***** *Bulbis etiamnum ignotis.*

pſycodes. 45. O. nectarii cornu ſetaceo longitudine germinis: labio tripartito ciliari.

ſpectabilis. 46. O. nectarii cornu longitudine germinis: labio ovali emarginato, caule aphyllo, fol. ovalibus.

filicornis. 47. O. corollae nectario bifido, cornu capillari. *Suppl. p. 400.*

tipuloides. 48. O. nectarii labio tripartito lineari ſubaequali, cornu filiformi longiſſimo. *Suppl. p. 401.*

japonica. 49. O. bulbis . . . nectarii cornu recurvo, labio ſubulato integro. *Thunb. jap. mſpt.* M.

falcata. 50. O. bulbis . . . cornu filiformi longiſſimo, fol. enſiformi-canaliculatis falcatis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

1010. SATYRIUM. *Nectarium* ſcrotiforme ſ. inflato-didymum pone florem.
1337.

hircinum. 1. S. bulbis indiviſis, fol lanceolatis, nectarii labio trifido: intermedia lineari obliqua praemorſa. *Mant.* 487. *Hall. flor. t. 25. Riv. hex. t. 18.* — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 367.* M. *Labium trifidum: intermedia lineari praemorſa longiſſima. Planta alta.*

tabulare. 2. S. bulbis rotundis, caule folioſo, labello trifido: lacinia media emarginata. *Suppl. p.* 402.

triſte. 3. S. bulbis indiviſis, galea unicalcarata, labello integro. *Suppl. p.* 402.

giganteum. 4. S. bulbis rotundis, caule nudo, labello ſagittato. *Suppl. p.* 402.

aculeatum. 5. S. bulbis rotundis, caule folioſo, labello integro inermi aculeato. *Suppl. p.* 402.

viride. 6. S. bulbis palmatis, fol. oblongis obtuſis, nectarii labio lineari trifido: intermedia obſoleta. *Mant.* 488. *Hall. flor. t. 26. Fl. dan. t. 77. Segu. ver. 2. t. 16. f. 18.*

nigrum. 7. S. bulbis palmatis, fol. linearibus, nectarii labio reſupinato indiviſo. *Mant.* 488. *Segu. ver. t. 15. f. 17. Hall. flor. t. 27.* — *Jacq. Fl. auſtr.*

auſtr. v. 4. t. 368. M. *Labium ovato-lanceolatum, crenatum.*

albidum. 8. S. bulbis faſciculatis, fol. lanceolatis, nectarii labio trifido acuto: intermedia obtuſa. *Fl. dan. t. 115. Mant.* 488. *Hall. flor. t. 26. Riv. hex. t. 3.*

Epipogium. 9. S. bulbis compreſſis dentatis, caule vaginato, nectarii labio reſupinato indiviſo. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 1. t. 84.* M. Epipactis caule aphyllo, flore ſupinato: labello ovato-lanceolato, calcare ovato turgido. *Act. bernenſ. 5. p. 309.*

plantagineum. 10. S. bulbis ſubfibroſis, fol. caulinis ovatis petiolatis vaginantibus, nectarii labio integro. — *Jacq. amer. pict. 2. p. 108.* M.

repens. 11. S. bulbis fibroſis, fol. ovatis radicalibus, floribus ſecundis. — *Jacq. Fl. auſtr. v. 4. t. 369. Fl. dan. 812.* M. Epipactis foliis petiolatis ovato-lanceolatis, floribus tetrapetalis hirſutis. *Mant.* 488. *Trew. norimb. 1736. p.* 409. *t. 6. f. 7. Hall. flor. t. 22. Act. helv.* 4. *p.* 114. *Petala 3 pubeſcentia, conglutinata.*

capenſe. 12. S. bulbis . . . nectarii labio latiore obtuſo emarginato utrinque undulato.

hians. 13. S. bulbis . . . corollae galea calcarata hiante, nectario ovato, fol. linearibus radicalibus. *Suppl. p.* 401.

Orobanchoides. 14. S. bulbis . . . corollae galea poſtice biloba ſubbicornuta, fol. bifariis. *Suppl. p.* 402.

pedicellatum. 15. S. bulbis . . . ſcapo ſubnudo, racemo pedicellis filiformibus laxis. *Suppl. p.* 402.

1001. OPHRYS. *Nectarium* ſubtus ſubcarinatum. 1339.

* *Bulbis ramoſis.*

Nidus avis. 1. O. bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio bifido. *Mant.* 448. *Hall. flor. t. 37. Riv. hex. t. 7.*

Corallorhiza. 2. O. bulbis ramoſis flexuoſis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio trifido. *Fl. dan. t. 451. Hall. flor. t. 44. Stamina 4 ſ. in ſingulis loculis 2.*

ſpiralis. 3. O. bulbis aggregatis oblongis, caule ſubfolioſo, flor. ſpirali-ſecundis, nectarii labio indiviſo crenu-

crenulato. *Fl. dan. 387. Riv. hex. t. 14. Hall. flor. t. 38. Segu. ver. t. 8. f. 9.* δ. Epipactis foliis plerisque ex lineari-lanceolatis. *Gmel. ſib. 2. p. 13. t. 3. f. 1. Petala exteriora 3 conglutinata. Labium ſubrotundum, ciliatum.*

cernua. 4. O. bulbis faſciculatis, caule folioſo: flor. cernuis, nectarii labio oblongo integro acuto.

ovata. 5. O. bulbo fibroſo, caule bifolio, fol. ovatis, nectarii labio bifido. *Fl. dan. t. 137.*

cordata. 6. O. bulbo fibroſo, caule bifolio, fol. cordatis. *Act. helv. 2. p. 75. t. 6. Labellum bifidum, baſi utrinque dente notatum, quod non in O. ovata.*

** *Bulbis rotundis.*

liliifolia. 7. O. bulbo ſubrotundo, ſcapo nudo, fol. lanceolatis, nectarii labio integro, petalis dorſalibus linearibus. *Ehret. act. angl. 1764. n. 53. p. 81. t. 4.* β. Epipactis foliis binis ovatis, bulbis pyriformibus folioſa vagina cinctis. *Hall. act. 4. p. 120.* Bifolium bulboſum. *Dod. pempt. 292. Scapus nudus, triqueter. Folia radicalia nervoſa. Flores rubri, ſed petala 3 anguſta, linearia, viridia.*

Loeſelii. 8. O. bulbo ſubrotundo, ſcapo nudo trigono, nectarii labio ovato.

paludoſa. 9. O. bulbo ſubrotundo, ſcapo ſubnudo pentagono, foliis apice ſcabris, nectarii labio integro. *Fl. ſuec. 813.*

monophyllos. 10. O. bulbo rotundo, ſcapo nudo, folio ovato, nectarii labio integro. *Hall. flor. t. 36.*

alata. 11. O. bulbis rotundis, caule folioſo, fol. lanceolatis, labello trifido: lacinia media breviſſima. *Suppl. p. 404.*

myodes. 12. O. bulbis ſubrotundis, ſcapo folioſo, nectarii labio oblongo, quadripartito, laciniis duabus mediis elongatis lanceolatis. *Jacq. in. Litt. Miſc. v. 2. p. 375. Icon. rar.* Orchis muſciflora. *Hall. hiſt. n. 1265. t. 24.*

arachnites. 13. O. bulbis ſubrotundis, ſcapo folioſo, nectarii labio lato emarginato appendiculato. *Murr.* Orchis fuciflora. *Hall. hiſt. n. 1266 t. 24. Haec et praecedens olim (Syſt. ed. 13. p. 678.) junctae nomine O. inſectiferae a Linneo ſuerunt,* ſed

ſed ob diverſitatem floris in duas ſpecies divelli debent. M.

Monorchis 14. O. bulbo globoſo, ſcapo nudo, nectarii labio triſido cruciato. *Fl. dan. t.* 102. *Hall. flor. t.* 22. *f* 3. *Labium cruciatum.*

alpina. 15. O. bulbis ovatis, ſcapo nudo, fol. ſubulatis, nectarii labio indiviſo obtuſo utrinque unidentato. *Fl dan. t.* 452. *Hall. flor. t.* 22. *f.* 1.

camtſchatea. 16. O. bulbis . . . ſcapo filiformi vaginato, racemo laxo, nectarii labio lineari bifido.

anthropophora. 17. O. bulbis ſubrotundis, ſcapo folioſo, nectarii labio lineari tripartito: medio elongato bifido. *Hall flor. t.* 23.

crucigera. 18. O. bulbis ſubrotundis, ſcapo folioſo, nectarii labio indiviſo convexo cruce inſignito. *Jacq. in Litt Miſc. v.* 3. *Icon. rar.* M.

Volucris. 19. O. bulbis ſubrotundis, labro triangulari ſagittato. *Suppl. p.* 403.

bracteata. 20. O. bulbis ſubrotundis, ſpica bracteis longioribus mixta, labio trilobo. *Suppl. p.* 403.

atrata. 21. O. bulbis . . . florum cucullo ſtaminifero bicorni. *Mant.* 121.

catholica. 22. O. bulbis fibroſis, flor. tripetalis: galea ventricoſa magna: labio cruciato, ſcapo folioſo.

circumflexa. 23. O. bulbis indiviſis, flor. tripetalis: alis emarginatis; labio trifido lateralibus circumflexis.

caffra. 24. O. bulbis . . . nectarii labio reniformi latiſſimo emarginato.

bivalvata. 25. O. bulbis . . . flor. faſciculatis, labio lanceolato. *Suppl. p.* 403.

alaris. 26. O. bulbis . . . nectario labio integro undato. *Suppl. p.* 404.

patens. 27. O. bulbis . . . fol. ſubulatis, nectarii labio breviſſimo capillari. *Suppl. p.* 404.

nervoſa. 28. O. bulbis . . . ſcapo nudo angulato, fol. ovatis nervoſis, nectarii labio integro reflexo. *Thunb. jap. mſpt.* M.

1012. SERAPIAS. *Nectarium* ovatum, gibbum, labio ovato.
1344.

latifolia. 1. S. bulbis fibroſis, fol. ovatis amplexicaulibus, flor. pendulis. *Fl. ſvec.* 819. — *Fl. dan. t.* 811. *nov. t.* 267. M. Serapias bulbis fibroſis, nectarii labio obtuſo crenato petalis aequali, fructibus pendulis. *Hudſ. angl.* 341.

Sera-

Serapias bulbis fibroſis, floribus ſecundis, labello planiuſculo, petalis ovatis. *Scop. carn.* 255. Serapias bulbis fibroſis; caule multifloro, floribus ſpicatis, nectarii labio petalis breviore. *Ger. prov.* 132. Epipactis foliis amplexicaulibus ovato-lanceolatis, labello lanceolato. *Hall. flor. t.* 40. *act. helv.* 4. *p.* 108. Epipactis ſ. Helleborine. *Cam. epit.* 187. *Riv. hex. t.* 6. Helleborine floribus e viridi et purpureo variis labello acuminato, foliis breviſſimis. *Hall. helv.* 275 Helleborine latifolia montana. *Bauh. pin.* 186. *Folia amplexicaulia. Spica multiflora, longa. Flores fructusque penduli. Nectarium lineis nullis.*

longifolia. 2. S. bulbis fibroſis, fol. enſiformibus ſeſſilibus, flor. pendulis. Serapias bulbis fibroſis, nectariis labio obtuſo longitudine petalorum. *Ger. prov.* 132. Serapias bulbis fibroſis, floribus ſparſis patulis, labello concavo petalis longiore. *Scop. carn.* 256. Epipactis foliis enſiformibus, floribus pendulis labello obtuſo oris plicatis. *Hall. act. helv.* 4. *p.* 111. *flor. t.* 39. Helleborine anguſtifolia paluſtris ſ. pratenſis. *Bauh. pin.* 87. *Riv hex.* 3. *Caulis altior. Spica longa multiflora. Flores fructusque penduli. Flores duplo majores petalis latioribus. Nectarium reliquis petalis cohaerens: cymba lineis purpureis. H.*

enſifolia. 3. S. bulbis fibroſis, fol. enſiformibus diſtichis, bracteis minutiſſimis, flor. erectis: nectarii labio obtuſo petalis breviore. *Suppl. p.* 404. Serapias *grandiflora*, bulbis fibroſis, fol. enſiformibus, flor. erectis, nectarii labio obtuſo petalis breviore. *Syſt. ed.* 13. *p* 679. *It. oel.* 144. *Hudſ. angl.* 341. Serapias bulbis fibroſis, caule paucifloro, flor. diſtantibus, nectarii labio petalis breviore. *Ger. prov.* 132. Epipactis caule folioſo paucifloro, lineis laevibus labelli obtuſi. *Hall. act. helv* 4. *p.* 105. *flor. t.* 41. *Riv. hex. t.* 54. *Fl. dan. t.* 506. *Flores albi, magni Fructusque erectus; Labellum breve minus acutum lineis eminentibus. H.*

lancifolia. 4. S. bulbis fibroſis, fol. ovato-lanceolatis, bracteis longitudine capſulae, flor. erectis: nectarii labio

bio obtuſo petalis breviore. Serapias grandiflora. *Syſt. ed. 13. p. 679.* *Iterum hic locus citatus in Suppl. l. c.* M.

rubra. 5. S. bulbis fibroſis, fol. enſiformibus, flor. erectis: nectarii labio acuto. *Fl dan. t.* 345 *Riv. hex. t.* 6. Epipactis caule folioſo paucifloro, lineis undulatis labelli acutiſſimi. *Hall. flor. t.* 42. Helleborine longifolia, paucis purpureis floribus. *Hall. helv.* 274. Helleborine montana anguſtifolia purpuraſcens. *Bauh pin.* 187. Elleborines genus 5. *Cluſ. pan.* 275. *Flores purpurei magni Fructusque erecti. Labellum longius acutum lineis undulatis. H.*

Lingua. 6. S. bulbis ſubrotundis, nectarii labio trifido acuminato glabro petalis longiore.

cordigera. 7. S. bulbis ſubrotundis, nectarii labio trifido acuminato maximo baſi barbato. *Praecedenti affinis.*

capenſis. 8. S. fol. conduplicato-enſiformibus: caule ſuperne nudiuſculo, vaginis ſpathaceis. *Mant.* 293. *Labium bifidum.*

erecta. 9. S. bulbis . . . fol. ovatis amplexicaulibus, floribus erectis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

falcata. 10. S. bulbis . . . fol. enſiformibus convolutis falcatis, flor. erectis. *Thunb. l. c.* M.

1013. LIMODORUM. *Nectarium* monophyllum, concavum, pedicellatum, intra petalum infimum.
1345.

tuberoſum. 1. L. floribus ſeſſilibus racemoſis alternis.

altum. 2. L. flor. pedunculatis ſparſis. *Plum ic.* 189. *Distincta a praecedenti: nulla in floribus barba et floribus ſparſis numeroſiſſimis.*

ſtriatum. 3. L. ſcapo angulato glabro, fol. enſiformibus nervoſis, petalis lanceolatis: labio oblongo plano. *Thunb. jap. mſpt.* M.

1014. ARETHUSA. *Nectarium* tubuloſum intra corollae fundum: labio inferiore ſtylo adnato.
1346.

bulboſa. 1. A. radice globoſa, ſcapo vaginato, ſpatha diphylla.

ophioglossoides. 2. A. radice fibroſa, ſcapi folio ovali, foliolo ſpathaceo lanceolato.

diva-

divaricata. 3. A. radice ſubpalmata, ſcapi folio folioloque ſpathaceo lanceolatis, petalis exterioribus adſcendentibus.

capenſis. 4. A. bulbo rotundo, caule diphyllo ſimplici unifloro. *Suppl. p.* 405.

villoſa. 5. A. bulbo rotundo, foliis ovatis ciliatis, pubeſcens. *Suppl. p.* 403.

ciliaris. 6. A. radice carnoſa, folio reniformi orbiculato, labio ciliari. *Suppl. p.* 405. Orchis burmanniana. *Syſt. ed.* 13. *p.* 405.

biplumata. 7. A. ſcapo vaginato, ſpatha cucullata, petalis duobus inferioribus elongatis ſuperiore latere barbatis. *Suppl. p.* 405.

1423. DISA. *Spatha* 1-valvis. *Petala* tria: tertium minus, bipartitum, baſi gibboſum. *Suppl. p.* 59.

grandiflora. 1. D. cornu petalis breviore, caule ſubbifloro. *Suppl. p.* 406. Diſa uniflora. *Berg. cap. p.* 348. *t.* 4. *f.* 7.

racemoſa. 2. D. cornu petalis breviore, floribus racemoſis. *Suppl. p.* 406.

longi-cornu. 3. D. cornu petalis longiore, ſcapo unifloro. *Suppl. p.* 406.

maculata. 4. D. cornu conico breviſſimo, ſcapo unifloro. *Suppl. p.* 407.

1015. CYPRIPEDIUM. *Nectarium* ventricoſum inflatum
1346. cavum.

Calceolus. 1. C. radicibus fibroſis, fol. ovato-lanceolatis caulinis. *Mill. ic. t.* 242. *Flos tetrapetalus.*

bulboſum. 2. C. bulbo ſubrotundo, fol. ſubrotundo radicali. *Flos pentapetalus.*

japonicum. 3. C. fol. caulinis ſubrotundis ſuboppoſitis nervoſis. *Thunb. jap. mſpt.* M.

1016. EPIDENDRUM. *Nectarium* turbinatum, obliquum,
1347. reflexum.

* *Scandentes.*

Vanilla. 1. E. ſcandens, foliis ovato-oblongis nervoſis ſeſſilibus caulinis, cirrhis ſpiralibus. *Plum. ic.* 188.

Flos aëris. 2. E. caule ſcandente tereti ſubramoſo, fol lanceolatis, petalis linearibus obtuſis. *Flores Araneae ſimiles.*

*** Caule erecto folioſo.*

tenuifolium. 3. E. fol. caulinis ſubulatis canaliculatis.

ſpatulatum. 4. E. fol. caulinis oblongis alternis obtuſis aveniis, nectarii labio bifido divaricato.

furvum. 5. E. caulescens, fol. imbricatis lanceolatis, racem. axillaribus. (*105 lege 46.*)

coccineum. 6. E. fol caulinis enſiformibus obtuſis, pedunc. unifloris axillaribus confertis. — *Jacq. amer. pict. p. 109. t. 205.* M.

ſecundum. 7. E. fol. caulinis oblongis, ſpicis ſecundis, nectarii tubo longitudine corollae. — *Jacq. amer. pict. p 109. t. 209.* M.

lineare. 8. E. fol. caulinis linearibus obtuſis emarginatis, caule ſimplici. — *Jacq. amer. pict. p. 108. t. 201.* M.

punctatum. 9. E. fol. lanceolatis nervoſis: vaginis imbricatis, ſcapo paniculato corollisque punctatis.

caudatum. 10. E. fol. lanceolatis nervoſis, ſcapo paniculato: petalis maculatis caudatis: duobus longiſſimis.

ovatum. 11. E. fol. caulinis ovatis acutis amplexicaulibus nervoſis, ſcapis paniculatis.

ciliare. 12. E. fol. oblongis aveniis, nectarii labio tripartito ciliato: intermedia lineari, caule bifolio. — *Jacq. amer. pict. p. 110. t. 209.* M.

nocturnum. 13. E. fol. oblongis aveniis, nectarii labio tripartito integerrimo: intermedia lineari, caule multifolio. — *Jacq. amer. pict. p. 110. t. 210.* M. *Catesbyi et Jacquini forte diſtinctae ſpecies.*

cucullatum. 14. E. fol. ſubulatis, ſcapo unifloro, nectarii labio ovato ciliato acuminato, petalis elongatis.

teres. 15. E. caule vaginato decumbente, fol. teretibus. *Thunb. jap. mſpt.* M.

**** Scapo nudo, foliis radicalibus.*

nodoſum. 16. E. fol. unico ſubradicali, ſpadice ſubquadrifloro. — *Jacq. amer. pict. p. 110. t. 213.* M.

carinatum. 17. E. fol. oblongis obtuſis compreſſis articulatis.

aloifolium. 18. E. fol. radicalibus oblongis obtuſis ſuperne latioribus.

guttatum. 19. E. fol. radicalibus lanceolatis canaliculatis, petalis cuneiformibus retuſis.

juncifolium. 20. E. fol. ſubulatis ſulcatis, ſcapo petalisque punctatis: labio immaculato dilatato.

ſcri-

ſcriptum. 21. E. fol. ovato-oblongis trinerviis, floribus racemoſis maculatis.
retuſum. 22. E. fol. radicalibus linearibus apice bifariam retuſis, flor. racemoſis maculatis.
amabile. 23. E. fol. radicalibus lato-lanceolatis aveniis, petalis lateralibus orbiculatis.
cochleatum. 24. E. fol. oblongis geminis glabris ſtriatis bulbo innatis, ſcapo multifloro, nectario cordato.
tuberoſum. 25. E. fol. lato-lanceolatis nervoſis, membranaceis bulbo innatis, ſcapo vaginato, nectario cymbiformi bifido.
puſillum. 26. E. fol. enſiformibus ſubcarnoſis, ſcapo paucifloro. *Mant. 491.*
enſifolium. 27. E. caule tereti laevi, fol. enſiformibus ſtriatis, petalis lanceolatis glabris: labio recurvato latiore.
moniliforme. 28. E. caule tereti articulato ſtriato moniliformi nudo ſimpliciſſimo, foliis linearibus acutis.
ophiogloſſoides. 29. E. caule unifolio, floribus racemoſis ſecundis. – *Jacq. amer. pict. p. 110. t. 211.* M.
ruſcifolium. 30. E. caule unifolio, flor. e ſinu folii aggregatis. – *Jacq. amer. pict. p. 110. t. 212.* M.
graminifolium. 31. E. caule unifolio, flor. e ſinu folii geminis.
capenſe. 32. E. ſcapo nudo, fol. imbricatis bifariis linearibus obtuſis, flor. ſecundis, cornu longiſſimo. *Suppl. p. 407.*

Obſ. Jacq. 11 alias ſpecies ſiſtit in amer. pict. M.

1424. FORSTERA. *Cal.* duplex: *exterior* inferus, 3-phyllus; *interior* ſuperus, 6-fidus. *Cor.* tubuloſa. *Suppl. p. 59.*

ſedifolia. 1. FORSTERA. *Suppl. p. 407. Forſt. in act. upſ. v. 3. p. 184. t. 9.*

1272. GUNNERA. Amentum ſquamis unifloris. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Germen* 2-dentatum. *Styli* 2, *Sem.* 1.

perpenſa. 1. GUNNERA. *Mant. 121. Amoen. acad. 7. p. 495.* Perpenſum blitiſpermum. *Burm. prodr. 26.*

TRIANDRIA.

1017. SISYRINCHIUM. Monogyna. *Spatha* diphylla. 1353. *Petala* 6, plana. *Capſ.* 3-locularis, infera.

Bermudiana. 1. S. foliis enſiformibus enerviis. — *Mill. illuſtr. ic.* M.
palmifolium. 2. S. fol. enſiformibus nervoſis. *Mant.* 122. Siſyrinchium american. foliis plicatis et nervoſis. *Magn. hort.* 185.

1018. FERRARIA. Monogyna. *Spathae* uniflorae. *Petala* 6, undulato-criſpata. *Stigmata* cucullata. *Capſ.* 3-locularis, infera. 1353.

undulata. 1. F. caule multifloro. *Murr. Jacq. hort. t.* 63.
pavonia. 2. F. ſcapo unifloro. *Murr.* Ferraria petalis inferioribus minoribus haſtatis. *Suppl. p.* 407.

1326. SALACIA. Monogyna. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Antherae* germinis apici inſidentes.

chinenſis. 1. SALACIA. *Mant.* 293.

1273. STILAGO. Monogyna. *Cal.* 1-phyllus ſubtrilobus. *Cor.* o. *Bacca* globoſa.

Bunius. 1. STILAGO. *Mant.* 122. *Burm. ind.* 16.

TETRANDRIA.

1019. NEPENTHES. Monogyna. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o. 1354. *Capſ.* 4-locularis.

deſtillatoria. 1. NEPENTHES.

PEN-

PENTANDRIA.

1020. **AYENIA.** Monogyna. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* connata in ſtellam ungvibus longis. *Antherae* 5, ſub ſtella. *Capſ.* 5-locularis.
1354.

puſilla. 1. A. foliis cordatis glabris. *Flores varii abortiunt, an ſexu?*

tomentoſa. 2. A. fol. ovato-ſubrotundis tomentoſis.

magna. 3. A. fol. cordatis pubeſcentibus. florum germine ſeſſili. — *Jacq. amer. pict. p. 112.* M.

1327. **GLUTA.** Monogyna. *Cal* campanulatus, deciduus. *Petala* 5, inferne adglutinata columnae germinis. *Filamenta* apici columnae inſerta. *Germen* columnae inſidens.

Benghas. 1. GLUTA. *Amoen. 293. Separatis Petalis a columna germinis, Staminum ſitus erit ut Paſſiflorae.*

1021. **PASSIFLORA.** Trigyna. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5. *Nectarium* corona. *Bacca* pedicellata.
1355.

* *Foliis indiviſis.*

ſerratifolia. 1. P. foliis indiviſis ovatis ſerratis. *Jacq. hort. t. 10.*

pallida. 2. P. fol. indiviſis ovatis integerrimis: petiolis biglanduloſis.

cuprea. 3. P. fol. indiviſis ovatis ſubintegerrimis: petiolis aequalibus.

tiliaefolia. 4. P. fol. indiviſis cordatis integerrimis: petiolis aequalibus.

maliformis. 5. P. fol. indiviſis cordato-oblongis integerrimis: petiolis biglanduloſis, involucris integerrimis.

quadrangularis. 6. P. fol. indiviſis ſubcordatis integerrimis, petiolis ſex glanduloſis, caule membranaceo-tetragono. *Jacq. amer. 231. t. 143.* — *Ed. 2. pict. p. 113. t. 218.* M.

Ayeniae *Florem qui intelligat, ſeparet petala a baſi germinis.*

laurifolia. 7. P. fol. indiviſis ovatis integerrimis: petiolis biglanduloſis, involucris dentatis. *Jacq. obſ.* 35. — *Hort. v.* 2. *t.* 162. *Amer. pict. p.* 113. *t.* 219.

multiflora. 8. P. fol. indiviſis oblongis integerrimis, flor. confertis.

adulterina. 9. P. fol. (*addo* M. indiviſis) oblongo-ovalibus integris, flor. tubuloſis. *Suppl. p.* 408.

** *Foliis bilobis.*

perfoliata. 10. P. fol. bilobis oblongis transverſis amplexicaulibus petiolatis ſubtus punctatis.

rubra. 11. P. fol. bilobis cordatis acuminatis, ſubtus ſubtomentoſis. *Petioli eglanduloſi.*

normalis. 12. P. fol. bilobis baſi emarginatis: lobis linearibus obtuſis divaricatis: intermedio obſoleto mucronato. *Brown. jam.* 328. *n.* 11. *Folia lobis angulo recto divaricatis. Petioli eglanduloſi.*

Murucuja. 13. P. fol. bilobis obtuſis baſi indiviſis, nectariis monophyllis. *Folia ſubtus punctata, ſetula inter lobos. Petioli eglanduloſi.*

Veſpertilio. 14. P. fol. bilobis baſi rotundatis glanduloſisque: lobis acutis divaricatis, ſubtus punctatis. *Folia ſubtus punctata, baſi punctis* 2 *majoribus excavatis, ſetula nulla inter lobos. Petioli eglanduloſi.*

capſularis. 15. P. fol. bilobis cordatis oblongis petiolatis.

*** *Foliis trilobis.*

rotundifolia. 16. P. fol. ſubtrilobis obtuſis ſubrotundis, ſubtus punctatis. *Petioli absque glandulis. Folia ſubtus inter nervos longitudinali ordine punctata. Jacq. obſ.* 2. *t.* 46. *f.* 1.

punctata. 17. P. fol. ſubtrilobis oblongis ſubtus punctatis: intermedio minore. *Flos albidus. Petala calyce breviora. Nectarii ambitus exterior radiis* 30 *luteis, longitudine fere petalorum, clavatis. Intermedius ordo capillaris brevior. Intimus plicatus, truncatus, etiam viridis. Receptaculum tectum operculo concavo ſtriato albido. Folia fere biloba ſunt. Petioli eglanduloſi.*

lutea. 18. P. fol. trilobis cordatis aequalibus obtuſis glabris integerrimis. *Caulis annuus. Folia eglanduloſa.*

mini-

minima. 19. P. fol. trifidis integerrimis: lobis ſublanceolatis: intermedio longiore. *Jacq. hort. t. 20. Folia ſubpubeſcentia, ultra medium trifida. Petioli eglanduloſi. Flores minuti.*

ſuberoſa. 20. P. fol. trilobis ſubpeltatis, cortice ſuberoſo. — *Jacq. hort. v. 2. t. 163.* M. *Petioli glanduloſi.*

holoſericea. 21. P. fol. trilobis baſi utrinque denticulo reflexo. *Petioli glandulis 2 oppoſitis. Foliorum lobi laterales breves: ſubtus pone ſinum lobi glandula obſoleta. Folia ovata, utrinque tomentoſa.*

hirſuta. 22. P. fol. trilobis villoſis, flor. oppoſitis.

foetida. 23. P. fol. trilobis cordatis piloſis, involucris multifido-capillaribus. *Foliorum lobus medius multoties lateralibus major. Stipulae ciliares. Petioli eglanduloſi piliis viſcidis. Involucrum Nigellae damaſcenae ſimile.*

incarnata. 24. P. fol. trilobis ſerratis. *Petioli glandulis 2 ad baſin folii.*

mixta. 25. P. fol. trifidis ſerratis, flor. tubuloſis. *Suppl. p. 408.*

**** *Foliis multifidis.*

coerulea. 26. P. fol. palmatis integerrimis. — *Mill. illuſtr. ic.* M. *Folia quinqueloba, obtuſa. Petioli glandulis 2. Stipulae lunares.*

ſerrata. 27. P. fol. palmatis ſerratis.

pedata. 28. P. fol. pedatis ſerratis.

HEXANDRIA.

1022. ARISTOLOCHIA. Hexagyna. *Cal.* 0. *Cor.* 1-petala, lingulata, integra. *Capſ.* 6-locularis, infera.
1361.

bilobata. 1. A. foliis bilobis, caule volubili. — *Jacq. Miſc. auſtr. 2. p. 346.*

trilobata. 2. A. fol. trilobis, caule volubili, flor. maximis. *Jacq. ſpec. 8. t. 3. Folia palmato-triloba. Caulis aromaticus. Contra ictus ſerpentum. Barrer.*

pentandra. 3. A. fol. cordatis haſtato-ſubtrilobis, caule volubili, bractea cordata amplexante. — *Jacq. amer. pict. p. 115. t. 224.* M.

peltata. 4. A. fol. reniformibus ſubpeltatis, caule volubili. *Jacq. ſpec. 9. t. 4. — Jacq. amer. pict. p. 114. t. 222.* M. *Corollae labium longiſſimum.*

maxima. 5. A. fol. oblongis acuminatis, caule volubili, pedunc. multifloris. — *Jacq. amer. pict. p. 114. t. 223.* M. *Caulis verſus radicem ſuberoſus. Fructus marſupium referens, maximus, ſexvalvis, apice cohaerens, baſi dehiſcens etiam pedunculo, commode complicandus, totus intertextus filis tranſverſis.*

bilabiata. 6. A. fol. ovato-oblongis trinerviis, caule volubili, corollis bilabiatis.

erecta. 7. A. fol. lanceolatis ſeſſilibus ſubhirſutis caule erecto, pedunc. ſolitariis unifloris, flor. longiſſimis. ♄

arboreſcens. 8. A. fol. cordato lanceolatis, caule erecto fruticoſo.

caudata. 9. A. fol. cordatis acuminatis triplinerviis, caule volubili — *Jacq. amer. pict. p. 114. t. 221.* M. Ariſtolochia ſcandens, florum flabellis maximis variegatis in appendicem longam tenuem deſinentibus. *Brown. jam. 329.*

odoratiſſima. 10. A. fol. cordatis, caule volubili fruticoſo, pedunc. ſolitariis, labio corollis majore.

anguicida. 11. A. fol. cordatis acuminatis, caule volubili fruticoſo, pedunc. ſolitariis, ſtipulis cordatis. — *Jacq. amer. pict. p. 114. t. 220.* M. *Succus radicis ſaliva mixtus, Gtj – Gtij, ori ſerpentis inſtillatus, facit ut tuto tractetur, poſt horas aliquot redit ad ſe. D. Jacquin.*

maurorum. 12. A. fol. haſtatis integerrimis, caule infirmo ſimplici, flor. ſolitariis recurvatis.

indica. 13. A. fol. cordatis acutiuſculis, caule volubili, peduncul. multifloris.

baetica. 14. A. fol. cordatis acutiuſculis, caule volubili, pedunc. ſubternis petiolo longioribus.

ſempervirens. 15. A. fol. cordato-oblongis acuminatis undatis, caule infirmo, flor. ſolitariis.

Serpentaria. 16. A. fol. cordato-oblongis planis, caulibus infirmis flexuoſis teretibus, flor. ſolitariis. *Caulis genicula valde nodoſa. Flores ad radicem.*

Piſtolochia. 17. A. fol. cordatis crenulatis ſubtus reticulatis petiolatis, flor. ſolitariis. *Bractea cordata, ſeſſilis, parva, inſidens baſi pedunculi.*

rotunda.

rotunda. 18. A. fol. cordatis ſubſeſſilibus obtuſis, caule infirmo, flor. ſolitariis.

longa. 19. A. fol. cordatis petiolatis integerrimis obtuſiuſculis, caule infirmo, flor. ſolitariis.

hirſuta. 20. A. fol. cordatis obtuſiuſculis hirtis, flor. ſolitariis pendulis recurvatis ſubtruncatis.

clematitis. 21. A. fol. cordatis, caule erecto, flor. axillaribus confertis. — *Mill. illuſtr. ic.* M. *Tipula pennicornis foecundat flores. D. Schreber.*

1023. PISTIA. Monogyna. *Cal.* 0. *Cor.* 1-petala, lin-
1365. gulata, integra. *Antherae* 6. ſ. 8, filamento inſidentes. *Capſ.* 1-locularis, in fundo corollae.

Stratiotes. 1. PISTIA foliis obcordatis. *Jacq amer.* 234. — *Ed.* 2. *pict. p.* 115. *t.* 225. Plantago aquatica. *Rumph. amb.* 6. *t.* 74. *Radiculis natat, ut Lemna, cui affinis.*

OCTANDRIA.

1425. SCOPOLIA. *Cal.* 2-phyllus, multiflorus. *Cor.* 4-fida. *Antherae* connatae duplici columna, quarum altera ſupra alteram poſita. *Suppl. p.* 60.

compoſita. 1. SCOPOLIA. *Suppl. p.* 409.

DECANDRIA.

1024. KLEINHOVIA. Monogyna. *Cal.* 5-phyllus. *Pe-*
1365. *tala* 5. *Nectarium* campanulatum, pedunculatum, ſtaminiferum. *Capſ.* inflata, 5-cocca.

Hoſpita. 1. KLEINHOVIA.

1025. HELICTERES. Pentagyna. *Cal.* 1-phyllus, ob-
1366. liquus. *Petala* 5. *Nectarium* foliolis 5. *Capſulae* 5, intortae.

barvenſis. 1. H. decandra, foliis cordatis ſerratis, fructu contorto apicibus rectis. *Mant.* 122. — *Jacq. ſtirp. amer. pict. p.* 116. *t.* 227. M.

Iſora. 2. H. decandra, fol. cordatis ſerratis, fructu toto contorto. *Jacq. amer.* 236. Helicteres villoſa et fruticoſa, fol. cordatis acuminatis ſerratis. *Brown. jam.* 330. – Var. *β Linn. ſpec. p.* 1366. Helicteres jamaicenſis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. p.* 115. *t.* 226. M.

anguſtifolia. 3. H. . . . fol. lanceolatis integerrimis, fructu ovato recto. *Oſb. it.* 232. *t.* 3.

pentandra. 4. H. pentandra, fol. ovatis, floralibus coloratis. *Mant.* 294. Spiriploca. *Allamand. mſſ.*

carthagenenſis. 5. H. polyandra, fol. cordatis ſerratis, fructu oblongo recto. — *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 228. M.

apetala. 6. H. dodecandra apetala, fol. quinquelobis, ſiliquis divaricatis. *Jacq. amer.* 238. *t.* 181. *f.* 98. — *Jacq. ſtirp. amer. p.* 116. *t.* 263. *f.* 74. M. *Stamina* 14.

DODECANDRIA.

1232. CYTINUS. Monogyna. *Cal.* 4-fidus, ſuperus. *Cor.* 0. *Antherae* 16, ſeſſiles. *Bacca* 8-locularis, polyſperma.

Hypociſtis. 1. Cytinus. Aſarum Hypociſtis. *Sp. pl.* 633. Thyrſine. *Gleditſch. verm. Abhandl. T.* 1. 226. *Tab.* 2.

POLYANDRIA.

1027. XYLOPIA. Monogyna. *Cal.* 1-phyllus. *Petala* 6. *Stam.* exteriora 6 craſſiora. *Drupa* ſicca.
1867.

muricata. 1. X. pedunculis multifloris, fructibus muricatis.

glabra. 2. X. peduncul. ſubunifloris, fruct. glabris.

1026. GREWIA. Monogyna. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5: baſi ſquama nectarifera. *Bacca* 4-locularis.
1367.

occidentalis. 1. G. foliis ſubovatis, floribus ſolitariis.

orientalis. 2. G. fol. ſublanceolatis, flor. ſolitariis. *Praecedenti affinis.*

aſia-

aſiatica. 3. G. fol. cordatis. *Mant. 122.* Microcos lateriflora. *Sp. pl. 734.*

Malococca. 4. G. fol. cordatis ovato-oblongis crenatis ſcabris, pedicellis axillaribus trifloris, fructu tetracocco. *Suppl. p. 409.*

ſalvifolia. 5. G. fol. oblongis integerrimis, flor. axillaribus pluribus pedicellatis, petalis recurvis linearibus. *Suppl. p. 409.*

Microcos. 6. G. fol. ovato-oblongis, flor. paniculatis. Microcos paniculata. *Spec. pl. 733.*

1238. AMBROSINIA. *Spatha* monophylla diſſepimento diviſa: *Stamina* interioris, *Piſtilla* exterioris lateris.

Baſſii. 1. Ambrosinia. *Gen. plant. 579.* Ariſarum potamogeiti folio. *Bocc. ſic. 50. t. 26. Moriſ. hiſt. 3. p. 544. ſ. 13. t. 6. f. 19. Raj. hiſt. 1097. Habitat Panormi et in Barbaria* ♃

1028. ARUM. *Spatha* monophylla, cucullata. *Spadix*
1367. ſupra nudus, inferne foemineus, medio ſtamineus.

* *Acaulia: fol. compoſitis.*

Dracunculus. 1. A. foliis pedatis: foliolis lanceolatis integerrimis aequantibus ſpatham ſpadice longiorem.

Dracontium. 2. A. fol. pedatis: foliolis lanceolatis integerrimis ſuperantibus ſpatham ſpadice breviorem.

pentaphyllum. 3. A. acaule, fol. quinatis.

triphyllum. 4. A. acaule, fol. ternatis, flor. dioicis.

ternatum. 5. A. acaule, fol. ternatis, receptaculo ſpatha longiore. *Thunb. jap. mſpt.* M.

** *Acaulia: fol. ſimplicibus.*

Colocaſia. 6. A. acaule, fol. peltatis ovatis repandis: baſi emarginatis. *Catesb. car. 2. p. 45. t. 45.*

eſculentum. 7. A. acaule, fol. peltatis ovatis integerrimis: baſi emarginatis.

macrorrhizon. 8. A. acaule, fol. peltatis cordatis repandis: baſi bipartitis.

peregrinum. 9. A. acaule, fol. cordatis obtuſis mucronatis: angulis rotundatis.

diva-

divaricatum. 10. A. acaule, fol. cordatis haſtatis divaricatis. *Spatha revoluta. Spadix ſubulatus.*

trilobatum. 11. A. acaule, fol. ſagittato-trilobis, flore ſeſſili. *An ſola varietas A. divaricati?*

ſagittaefolium. 12. A. acaule, fol. ſagittatis triangulis: angulis divaricatis acutis. — *Jacq. hort. v. 2. t. 127.* M.

maculatum. 13. A. acaule, fol. haſtatis integerrimis, ſpadice clavato. *Fl. dan. t. 505.* — *Mill. illuſtr. ic.* M.

virginicum. 14. A. acaule, fol. haſtato cordatis acutis: angulis obtuſis.

proboſcideum. 15. A. acaule, fol. haſtatis, ſpatha declinata filiformi-ſubulata.

Ariſarum. 16. A. acaule, fol. cordatis oblongis, ſpathae apertura ovata. Ariſarum ſerpentinum. *Barr. ic. t. 573. Spatha ſuperne integra, ſubinflexa; inferne integra, nec convoluta.*

pictum. 17. A. acaule, fol. cordatis venis coloratis pictis. *Suppl. p. 410.*

ovatum. 18. A. acaule, fol. ovato-oblongis, ſpatha ſcabra.

tenuifolium. 19. A. acaule, fol. lanceolatis, ſpadice ſetaceo declinato.

cannaefolium. 20. A. acaule, fol. lanceolatis aveniis. *Suppl. p. 410.*

muſcivorum. 21. A. (*addo* M. ſcapo breviſſimo) fol. haſtato-pedatifidis, ſpatha intus ſpadiceque piloſis. *Suppl. p. 410.*

*** *Cauleſcentia.*

arboreſcens. 22. A. caulefcens rectum, fol. ſagittatis.

ſeguinum. 23. A. caulefcens ſuberectum, fol. lanceolato-ovatis. — *Jacq. amer. pict. p. 117. t. 229.* M. *Mill. ic. t. 295. Folia interdum pertuſa, ut Dracontii pertuſi.*

hederaceum. 24. A. caulefcens radicans, fol. cordatis oblongis acuminatis, petiolis teretibus. — *Jacq. amer. pict. p. 117. t. 230.* M.

lingulatum. 25. A. caulefcens repens, fol. cordato-lanceolatis: petiolis marginato-membranaceis.

auritum. 26. A. caulefcens radicans, fol. ternatis: lateralibus unilobatis.

1029. DRACONTIUM. *Spatha* cymbiformis. *Spadix* tectus. *Cal.* o. *Petala* 5. *Baccae* polyſpermae.
1372.

polyphyllum. 1. D. ſcapo breviſſimo, petiolo radicato lacero, foliolis tripartitis: laciniis pinnatifidis.

ſpinoſum. 2. D. foliis ſagittatis, pedunculis petioliſque aculeatis.

foetidum. 3. D. fol. ſubrotundis. *An Pothos potius ſpecies?*

camſchatcenſe. 4. D. fol. lanceolatis.

pertuſum. 5. D. fol. pertuſis, caule ſcandente. *Mill. ic. 197. t. 296.*

1030. CALLA. *Spatha* plana. *Spadix* tectus floſculis. *Cal.* o. *Petala* o. *Baccae* polyſpermae.
1374.

aethiopica. 1. C. fol. ſagittato-cordatis, ſpatha cucullata, ſpadice ſuperne maſculo. *Lederm. microſc. 37. t. 18, 19.*

paluſtris. 2. C. fol. cordatis, ſpatha plana, ſpadice undique hermaphrodito. *Fl. dan. t. 422.*

1031. POTHOS. *Spatha. Spadix* ſimplex, tectus. *Cal.* o. *Petala* 4. *Stam.* 4. *Baccae* diſpermae.
1373.

ſcandens. 1. P. petiolis latitudine foliorum, caule radicante.

acaulis. 2. P. foliis lanceolatis integerrimis enerviis. *Sp. plant. 1675. — Jacq. amer. pict. p. 118. t. 231.* M.

lanceolata. 3. P. fol. lanceolatis integerrimis trinerviis, ſcapo apice triquetro.

crenata. 4. P. fol. lanceolatis crenatis.

cordata. 5. P. fol. cordatis.

pinnata. 6. P. fol. pinnatifidis.

palmata. 7. P. fol. palmatis.

